

A PDF fájlok elektronikusan kereshetőek.

A dokumentum használatával elfogadom az
[Europeana felhasználói szabályzat](#)át.

MONUMENTA HUNGARIAE JUDAICA

PUBLICARI FECIT

SOCIETAS LITTERARIA HUNGARICO-JUDAICA

TOMUS III.

1711—1740

COLLEGIT ET CONSTRUXIT

BERNARDUS MANDL



BUDAPEST

1937

MAGYAR-ZSIDÓ OKLEVÉLTÁR

KIADJA

AZ IZR. MAGYAR IRODALMI TÁRSULAT

III. KÖTET

1711—1740

GYÜJTÖTTE ÉS ÖSSZEÁLLÍTOTTA

MANDL BERNÁT

1974 AUG 23
R 94



BUDAPEST

1937

AZ I. M. I. T. OKLEVÉLTÁRÁNAK
I. KÖTETE MEGJELENT 1903-BAN
DR. WEINMANN FÜLÖP, UDV.
TANÁCSOS ELNÖKSÉGE ALATT.

A II., III. ÉS IV. KÖTET MEGJE-
LENT 1937-BEN WERTHEIMER
ADOLF ELNÖKSÉGE ALATT.

3662
1942-43 T.



E¹
94

OKLEVÉLTÁR

III. KÖTET

1711—1740

1.

Eperjes 1711 május 31. Gróf Pálffy János tábornaszernagy igazolja, hogy Keppisch Ábrahám, Jakab és Mózes fivérek Érsekújvár ostrománál életük és vagyonuk kockáztatásával a császári hadseregnek nagy szolgálatokat tettek.

Postquam praesentes Iudaei fratres Abraham, Jacobus et Moyses Keppisch durante nupera rebellione in Hungaria ad requisitionem meam sese in diversis occasionibus ad servitium suae Caesariae Majestatis gloriosae memoriae saepissime promptissimos exhibuerunt, et quidem in specie occasione obsidionis fortalitii Neuheusel sub praetextu commerciorum aliquos officiales ex inimicorum parte ad nostras commovendi omni studio et cum erogatione facultatum suarum laborarunt, fideles explorationes procurarunt et circumjacentes praefectos Caesareos desuper adverterunt ad praeveniendas et impediendas molitiones adversas; porro transfugam Antonium Esterhasis ad partes Caesareas reducendi omnem lapidem moverunt, et ad hunc finem multas literas sive correspondentias hinc inde reddiderunt, qua propter nominatis Iudaeis 1000 fl. et insuper relegatio perpetua ex Regno a rebellibus dictata fuit, id quod pretio 800 fl. tandem redimerunt, quam summam ideo spontaneae et alacri animo persolverunt, ut ad alia fidelia servitia eo magis idonei essent, quare etiam post ea instinctu meo machinarunt, quomodo tormenta inimica in dicto Neuheusel disrupti et globuli in fossas conjici possint, ad quod exequendum locumtenentem rei tormentariae Rottenstein 1400 fl. ut et alios milites rebelles majori adhuc quanto, ad prodendum persuaserunt, postquam ipsis promiserim dictam summam ex metallo disrupto iterum refundendi.

sed cum adhuc majori opere et zelo non sine ingenti periculo et jactura suorum bonorum ad praestanda alia majora servitia se accinxerint, et idcirco sub colore et specie commercii salini et castris Ragozianis ipsis explorationes suas emittendi annisi fuerint in suspicionem tandem Hostis ita ecciderunt, ut praeter jacturam praesentem 8000 fl. ipsorum bona universa postea in dicto Neuheusel directioni militari subjectae fuerunt, adeo ut inde ipsis damnum 18000 fl. insimul cum periculo crudelissimi supplicii et ultimae inter necionis emergerit.

Quare cum praedicta omnia jussu et mandato meo insecuta sint et dicti judaei a me desuper testimonium veritatis requisiverint, ipsis in fidem hujus non deesse volui, potius mediante hac Attestatione illos ubique locorum ad propitium effectum suorum desiderium optime commendandos duxi. Datum in Civitate Eperies die 31. Maji 1711.

Suae Regiae Majestatis in Hispania Hungaria Bohemia Marchallus Campi Generalis Banus Croatiae et Confinium, Colonellus Legionis Cataphractorum et Commendans Generalis in Hungaria.

L. S. Joannes Comes a Pálffy.

Collatum Originali, cum quo per omnia concordat in
cujus fidem actum Viennae die 21. Julii 1714.

L. S. Georg Adam Specker Cancellariae
bellicae Registr. adjunctus.

Collationatum cum sua vidimata Copia etque de verbo
ad verbum simile die 21. febr. 1715.

L. S. Joannes Leopoldus Pecher
Camera Superialis aulicae Expedit. adjunctus.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1715. Aprilis Nrs. 4.

2.

Bécs 1711 augusztus 28. Zsidókra vonatkozó kivonat azon privilégiumból, melyet Eleonora királynő Buda városának adott.

Extractus

Privilegiorum Budensium Imperatricis Eleonorae Magdalenae Theresiae, de dato Viennae Austriae 28. Augusti 1711.

Tertio; Praedicta Civitas Budensis inter alia Puncta, de eo specialiter conqueritur, Rascianos ibidem habitantes, Zingarosque; et Iudaeos, contra expressum Privilegiorum suorum tenorem, a Contributione, et Iurisdictione Civitatis, variis sub praetextibus avelli, et prorsus eximi velle, qui tamen non solum Domos, et fundos civiles possident, sed etiam varia civilia commercia, et publicas ibidem negotiationes exercent, ac per hoc ipsis civibus magna damna, praejudiciasque inferunt, hinc desuper nos benignissime resolvimus, et vobis omnino fideliter exequendum commitimus, ut mentionata Civitas Budensis in sua, ut supra, Privilegiis inserta Iurisdictione civitatensi quovis modo protegatur, ac in iisdem nullo sub praetextu perturbetur, minusque aggravetur, consequenter omnes in fundo ejusdem civitatis Regiae habitantes Rasciani, Zingari, et Iudaei, praesertim vero illi, qui civilia commercio exercent, Iurisdictioni civitatensi tam bene, quam alii cives, Inhabitationes et Incolae subjecti habeantur, non obstantibus quibusvis Mandatis, ac ordinibus, in ipsorum, et praesertim Iudaeorum favorem hactenus expeditis, qui solum modo ad illos, si et inquantum Annonarii Caesarei, seu Lifferantes dicti non autem privatos quaestores, seu Negotiatores erant intelligendi, nullatenus vero in praejudicium Iurisdictionis Civitatis extendendi sunt, qua de causa, non solum a praememorata Iurisdictione civitatensi, verum etiam a proportionato contributionum pro publicis necessitatibus praestandarum onere neutiquam eximi possunt, quia imo penes haec etiam non minus ipsi in eodem civitatensi Territorio,

quemadmodum et omnes alii in Regno Hungariae, praesertim vero in Civitatibus Liberis, qua Peculiis Regiis habitantes Iudaei, juxta priores, et signanter illam a charissimo quondam Marito nostro Leopoldo primo gloriosae rememinentiae Romanorum Imperatore, et Hungariae Rege, jam dudum emanatam, aut imposterum taliter vel qualitercunque, ac quandocunque forsán promulgandam resolutionem, aerario Regio Camerali, certum pro eorum toleratione Tributum Pecunarium annuatim pendere debebunt, quibus sub praedecclaratis modis ac conditionibus vos eosdem nunc, et quidem mox sine ulteriori dilatione Iurisdictioni Civitatis extrudere cumque tali dependentia subijcere noveritis.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1719 Novembris 20 és Conc. Exp. 1729 Martius Nrs. 61.

3.

Pozsony 1711 november 4. Gróf Pálffy János tábornagy igazolja, hogy Simon Hirschl Érsekújvár körülzárása és ostroma idején (1709), midőn a katonaság és a lovak az élelem fogytán voltak, 4000 mázsa lisztet és még ennél több zabot rendes áron szállított.

Welchergestalten der bestandt Jud zu Leopoldstatt Simon Hirschl zu zeiten vor-Jährig plocada, und darauf erfolgter Belagerung Neuhäusel, da nicht allein das benöthigte Mechl uns abgang, der zufuhr zu ermangeln begonnete, sondern auch die Tag und nacht strapazirt geweste Kays. Cavallerie ohne haaber stunde, auf mein gethanes zue- und guettsprechen bis viertausend Centner Mechl, und so viell, auch ein mehreres an Haaber zu lieffern übergenomben hat, mit Versicherung, dasz es ihme entweder par in damahligen preis, oder mittelsz den Liefferanten solle bonificiret werden. Wirdt hirmit bester massen bezeuget. Preszburg d. 4ten Novembris 1711.

Der Röm: Kayl: Maytt: Cammerer, ghber. Rath, Banus Croatiae, Obrister überem Regiment Courassier und Commandirender Gral Veldt Marschall zu Königreich Hungarn.

L. S.

Joh. graff Palffi.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1712 Aprilis 29.

4.

Bécs 1712 január 16. A bécsi udvari kamara kéri a magyar kir. kamarát, hogy nyomoztasson a magyar harmincadhivataloknál az iránt, vajjon Simon Michel, a pénzverde ezüstszállítója, ki arra is kapott szabadalmat, hogy tűzérsegi és lőszer-cikket is szállíthasson, a kincstár kárára nem-e visszaélt ezen tárgyak szállításánál.

Illustrissimi etc.

Ex acclusis copiis A. et B. qualia vel cujus tenoris Decreta ab hoc Dicasterio Aulico, et etiam antea a Supremo Armamentariorum Praefecto ad Simon Michel Argenti, sive Materialium Monetae Cusoriae Procuratorem fuerint expeditae, amplius colligere placebit, super quibus memoratus Iudaeus sub C. relationem quidem aliquam obiter confectam demissime deposuerat, cui tamen certis de Causis minime acquiescendum, sed ulterius videtur inquirendum, an non sub dola quapiam subreptione, aut maligna practica gestum quid fuerit. Siquidem mentionatus Iudaeus concessa sibi passus privilegia ad Artigl: et munitionis species procurandas tot annis penes se retinendo, ne minimam quidem de rebus Artigl: ut supra apportatis reddidit relationem ac proinde dictos passus in Caesarei damnum aerarii quidem, ast in propriae bursae commodum fluxisse merito suspicamur.

Idcirco praetitulata Camera Regia Hungarica hisce amicabiliter requiritur, quatenus, et praesertim apud Tricesimae per Regnum Hungariae officiales aut in ratiociniis eorundem inquire faciat, an non a saepetacto Haebraeo

aliqua armaturae exportatio ad praedictos passus insinuata fuerit? Item quoties, cujusque quantitatis idem transierit? ut sic contra hunc judaeum ulterius inquiri, ac procedi possit, considerando vel maxime eundem hujusmodi passus Caesareos nondum restituisse, atque per omnia vi sui Responsorii in negativis persistere. Eisdem diu salvas vivere cupimus. Dabantur Viennae, 16 Januarii A^o 1712.

N. Sacae Caesae Regiaeque in Deo piissime
defunctae Mttis. Josephi Imi relictæ
Camerae Aulicae Consiliarii.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1712 Januarii 16.

5.

Pozsony 1712 február 3. A bécsi kamarai tanácstól kapott felszólításra jelenti a pozsonyi számvevősegi hivatal, hogy Simon Michelre vonatkozólag átnézte a számvevősegi és harmincadhivatali iratokat és csak azt találta azokban, hogy 1709 február 5-én Bürgl Sámuel zsidó szállított a Dunán Pozsonytól Bécsbe hadifegyverzési cikkeket, melyek után harmincadot fizetnie nem kellett.

Inclutum Camerale Consistorium.

Commiserat Praetitulatum Inclutum Camerale Consistorium, mediante gratioso Suo decreto officinae huic Rationariae, quatenus perquisitis rationibus Dominorum Tricesimatorum eruat, an non per Simonem Michel Iudaeum aliqua Armaturae exportatio facta fuerat, penes Passum sibi elargitum et quoties? Proinde obsequenter informatur Inclutum Camerale Consistorium quod pervolutis Copulis officinalibus, ita et Rationibus dominorum Tricesimatorum, nihil reperitur, ut aliqua talis expeditio facta fuisset alicujus armaturae, praeterquam in Anno 1709 die 5 Februarii, quidam Iudaeus Samuel Birgl, qui penes praecitatum passum diversos Globos et fragmenta Pumarum ad centum centenarios extendent: Buda beneficio Danubii huc Poso-

nium promoverat et hinc Viennam, a qua massa tamen hic Posonii nihil solverat dictus Birgl, uti copia Informationis officinalis hisce sub A. et Decretum Camerale sub B. acclusa doceret. In reliquo remissis remittendis dicta officina Rationaria solitae gratiae Consistoriali se una mecum humillime commendat. Posonii die 3. Februarii A. 1712.

Incltyti ejusdem Cameralis consistorii

Servus humillimus
Franciscus Cserman
vice Rationum Mag:

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. ddo 16 Januarii 1712.

6.

Bécs 1712 február 16. Rendelet, hogy Pozsony-Váralján lakó zsidók a pestisjárvány miatt haladéktalanul a környékbe költözködjének és az országgyűlés tartama alatt a várostól távol maradjanak.

....„Demum Iudaei sive extranei, sive actuales et continui incolae subarcenses Posonienses, omnes omnino e residentiis suis ad extranea loca absque mora et omni excusatione se transferre, ac toto Dietae tempore emanere debeant, nec ulli Iudaeo durante Dietae Posonium sub gravi poena accedere liceat“

Kivonat a közegészségi tanácsnak a pestis idejében hozott határozatai alapján kibocsátott rendeletből.

O. L .Conc. Exp. 1712 Februarius Nrs. 31 és Martius Nrs. 44.

7.

Bécs 1712 február 19. A bécsi udvari kamara kérdést intéz a pozsonyi kamarához, vajjon az 1699-ben a zsidókra türelmi adó címén kivetett és csak nagyon nehezen behajtható összeg jövőre is a régi, vagy más módon beszedendő? Utolsó esetben ajánljon a pozsonyi kamara más praktikus eljárást.

Illustrissimi, Spectabiles etc.

Ex litteris praetitulatarum Dominationum Vestrarum responsis intelleximus, in anno 1699 mediante Comissione Olberiana Iudaeis Summa viginti quatuor millium florenorum imposita erat, et illa non titulo taxae Dietalis, sed nomine et titulo Tollerantiae Summae, quae Summa etiam non secus quam cum maxima difficultate et adhibita executione a Iudaeis desumi potuit, modus autem et observantia, impositae et exactae praeviae summae fuit haec, quod mentionata olberiana commissio fuerit praesente Dno. Consiliario et primario Secretario Ioanne Bornemisza suscepta et peracta, et quidem praemissis in Comitatus Inclyti Regni Hungariae regiis mandatis ad finem assistentiae, in quantum necessaria erant, directis hic modus ex relatione memorati Dni Consiliarii Bornemisza indubie uberius deductus et scripto exhibitus, an modernis rerum circumstantiis idem etiam sit practicabilis! et num sine clamore et querela regnicolarum institui possit, mentem una cum voto praetitulatarum Dominationum vestrarum desideramus. In quantum vero ne fors antelatus modus vel causa modernarum circumstantiarum, vel aliis ex respectibus practicabilis non esset, sed alium praetitulatae Dominationes vestrae existimarent convenientionem et inconsiderabilem, qualemcunque ad finem praemissum practicabilem cognoverint, talem nobis quantocyus perscribere, et supra mentem ac votum suum ante initiationem rei (ut prius idipsum Suae Matti Sacratissimae suo mori referi possit) nobiscum communicare ne graventur. Caeterum Dominationes vestras diu etc Dabantur Viennae die 19. februarii 1712.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1712 februarii 19.

8.

Bécs 1712 március 14. Wertheimer Simson csász. kir. főfaktor felségfolyamodványban kéri III. Károlyt, hogy 1703 augusztus 29, 1705 május 22 és 1712 január 5-én kapott, illetve megerősített privilegiumát Magyarország területére is kiterjessze.

Allerdurchleüchtig: Groszmächtig und Unüberwündlichster Röm: Kayser, auch inn Hispanien, zu Hungarn, und Böheimb König, Ertz Herzog zu Öszterreich etc. etc.

Allergnädigster Kayszer, König, und Herr Herr etc.

Nachdeme von Eür Kays: Hochlöbl. Österr. geheimben Hoff Cantzley die Intimation, mit Beylegung deren vorhin von weyl. beeden Kayl. Mayest. Leopoldi und Josephi Primi glorwürdigsten angedenkhens unterm 29: Aug: 1703. und 22. May 1705 habend. allergnädigsten Privilegien, welche von Eür Kays: May: mir zu Frankfurth den 5ten Jan: in stehenden 1712 Jahrs allergnädigst Confirmirt und mehrmahlen ertheilet seind worden, der gewohnheith nach an verschiedene Hoche Stellen, wie auch an Eür Kays: May: Hochlöbl: Königl: Hungar: Hoff Canzley bereits geschehen ist.

Alsз gelanget an Eür Kays: May: Mein allerunterthänigst undt gehorsambstes Bitten, dieselbe geruhen gdgst: sothane Privilegien, gleich wie es von dero Hochlöbl. König: Hungar: Hoff Cantzley, wegen dero König Reich Ungarn in soweith sich solche Privilegien darauf Extendiren, nebst einem Gral. Pasz, welcher für jederzeit und auf soviell Jahre, alsz ermelte Privilegien begrüffen, gültig sein solle, umb selbiges nicht jederzeit im Reisen mit nemmen, und hin: und wider vorweisen zu dörffen in forma (doch Unterthgst Unmaszgebung) wie solche Eür Kays: May: Hoff Cammer und Königl: Boheimb Hoff Cantzley mir nach beyliegend vidimation ertheilet hat, auszfertigen und zustellen zu

laszen, zu welcher gdsten: Gewehrung ich mich allerunder-
thänigst und ghorst. Empfehle

Eür Kays: May:

Allerundthgst: und gehorst:

Simson wertheimber dero Kay's: undt
Königl. Pohl, etc. etc. oberfactor und . . .

Praes. 14. Mart 1712.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1716 Május Nrs. 61.

9.

*Bécs 1712 március 23. A pozsonyi zsidók kérésére megengedi
III. Károly király, hogy az országgyűlés tartama alatti kény-
szerült távollétük idejére hátrahagyott vagyonuk őrzésére
saját költségre keresztény őröket fogadhassanak.*

Carolus 6 Dei gratia etc.

Rndsse in X^{to} Pr. et Sersse, Cognato Nobis Syncere
dilecte. Recenti tenebit memoria Eadem Dilectio Vestra,
quibusnam ex rationibus ad praecavendum utpote quodvis....
contagionis periculum, quod occasione imminentis Diaetae,
in eademque felicitis inaugurationis Nrae, et copiose undique
hominum concursus potissimum per Iudaeos vilissimis etiam
lineis ac laneis mercibus hinc inde conquisitis, velut contra-
hendae contagioni plurimum obnoxiiis, quaestum exercentes
causari posse metuendum foret, omnes omnino Iudaeos, e
Civitate Posoniensi, ejusque suburbiis amovendos, nec du-
rante eadem Diaeta eosdem aut alios admittendos pro majori
Nostra et fidelium Notrorum statuum ac ordinum ad
eandem Diaetam comparentium securitate clementer resol-
verimus. Et dum jam dicti Iudaei abinde abscedere, do-
mosque et hospitia sua evacuare debuissent, complures vero
ipsorum res et merces suas ibidem Posonii, quo post diae-
tam iterum redituri sunt, reliquissent, vererenturque ne
absentibus ipsis, res et merces eorum inibi relictas, quoquo-
modo ab iisdem deperdantur, aut furto etiam diripiantur,
Humillime Matti Nrae supplicarunt, quatenus certos vigiles

christianos, quibus res et merces suas Posonii remansas custodiendas concedere et confidere possint, propriis ipsorum sumptibus conducendos et exolvendos iisdem admittere benigne dignemur. Cum itaque per modernam dictorum Iudaeorum Posonio stante Diaeta exclusionem, eosdem etiam in rebus et mercibus suis ibidem relictis damnificari, aut direptionis vel furti periculo subijci neutiquam velimus, humillimae ipsorum supplicationi clementur annuimus, ut unum et alterum Christianos incolas Posonienses, aut satellites, convasatis et reconditis rebus et mercibus eorum invigilatuos conducere, easdemque ipsorum curae et fidei custodiae committere possint; ita tamen, ut ejusmodi merces nec ipsi custodes aut vigiles fors ex conducto Iudaeorum tacita dispositione et correspondentia venum exponere, nec per alios distrahi et divendi facere praesumant, verum intacte prout a Iudaeis curae suae commissas receperint, iisdem post Diaetam iterum redituris ex integro consignandas conservare et custodire debeant. Quod ipsum Dilectioni Vestrae pro sui et Deputatae Commissionis Posoniensis directione elementer intimandum esse duximus. Gratia nostra Caesareo Regia eandem Dilectionem Vestram benigne etc. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae, die 23 Men. Martii A^o 1712.

Breznyszky.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1712 Martius Nrs. 37.

10.

1712 április havában. Hirschl Simon, a lipótvári vám, italmérés és mézarszék bérlője, lejáró bérszerződésének megújítását kéri az udvari kamarától.

Hochlöbl. Kay. Hof. Cammer.

Gnädig und Hochgebieth: Herrn, Herrn.

Es ruhet Einer hochlöbl: Kay. Hoff Camer noch im guten andenken, wie das ich bereits in das 20. Jahr bei der Föstung Leopoldstatt in Hungarn so wohl im Camerali als

militari treunützliche undt ersprieszliche dienste, ohne ruhm zu sagen, gelaistet habe, wie ein solches die mit mir von obgedachten Jahre hero geschlossenen bestand Contracten des mehreren an Tag legen werden; wie dan auch eben dieses, undt alle von obiger Zeit her die daselbstesten geweste Herrn Comendanten Jedes mahls, was ich bey vorgemelter Vöstung vor dienst praestirt, bezeugt haben; In dieser treu nun zu continuiren, habe ich auch bey der Jüngst vorgewesenenen Hungarischen Rebellion, undt darauf erfolgten leydigen contagions zeit mit Zusetzung meines völligen Vermögens nicht allein die Vöstung Leopoldstatt, sondern auch die kays. Miliz, so der orten herum gelegen, mit nöthigen Proviant, Montur und andere bedürfftigkheiten aus meinen aigenen Mittlen, wie deszgleichen die beygelegte Attestata von beyden Commandirenden H. H. Gral. feldt Marschallen Guido von Starhemberg und Palfy des mehreren bezeugen, versehen, auch mich in verschidenen geheimben sachen mit leib und lebensgefahr gebrauchen lassen; wie dann mein Schwager löbell so die geheimbe Brieffe nacher Wienn gebracht undt mein Aydam Marcus Abraham deszwegen von denen rebellen erschossen und niedergemacht worden; welchemnach ich nicht allein meine ausgelegte gelder billich wieder einzufordern habe, sondern auch mich überhin einer wohlverdienten recompens: oder einiges ertheillendten privilegii, wie es mit anderen Juden gepflogen, getrösten thue. Allermaszen ich nun wehrender dieser betrübten Zeit nicht allein sehr vill vor Ihro kays: May: dienst gelitten, sondern auch umb das meinige khommen bin, dannoch den Cameral bestandt zu Leopoldstatt gehrne weithers confirmiter haben möchte; Also

Gelaget an Excellenz und Gnaden mein gehorsamstes bitten Sye. geruhen hierüber eine Comission anzuordnen, vor welche ich meine praetensiones und ausgelegte bahre Mittel liquidiren undt so dan der bestandt auf fernere Jahr mit mir wieder aufgerichtet werden möchte, damit Ich noch länger undt zwar in meinen alten Jahren unter Einer

hochlöbl: kays: Hoff Cammer gnädigen schutz stehen undt
endlich ersterben könne.

Euer Excellenz und Gnaden

Unterthänig gehorsamster Simon Hirschl,
bestandt Judt zu Leopoldstadt.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1712 Aprilis 29.

11.

*Bécs 1712² április 29. Az udvari kamara kérdezi a pozsonyi
kamarát, vajjon a Hirschl Simonnal kötött és lejárófélben
levő bérszerződés megújítható?*

Illustrissimi, Spectabiles etc.

Simon Hirschl Iudaeo retroactis temporibus penes
Macellum et Educillum in Fortalitio Leopoldopoliensi, etiam
Teloniam ibidem Camerali Contractu mediante ad certos
annos in arendam concessum fuit; quo contractu expirato,
eundem qualiter memoratus Iudaeus denuo prorogandum
supplicaret, ex inclusis praetitulatis Dominationibus Vestris
uberius constabit. Hic supplicans esto exhibitorum suorum
servitiorum intuitu, consolatione dignus videretur, prius-
quam tamen antelatae ejusdem petitioni deferatur, voto et
opinione praetitulatarum Dominationum Vestrarum in eo
egeremus, num talis cum mentionato Iudaeo ante hac initi
Contractus ulterior prorogatio et extensio, in specie quoad
Telonium de Lege aut consuetudine Regni ad-omittenda
esset.

Eapropter praetitulatas Dominationes Vras. praesentibus
amice requirandas esse duximus, quatenus in praefacto
negotio mentem et opinionem una cum voto sua Nobis trans-
mittere ne gravetur. In reliquo etc.

Dabantur Viennae 29. April. 1712.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1712. Aprilis 29.

12.

1712 június 23. Katarina, a konstantinápolyi zsidók főnökének leánya, ki a Konstantinápoly melletti Czadillában(?) Rabutin és Ligrespergh tábornokok által elfogatott és később megkeresztelkedett, III. Károlytól évi járadékot és Nagyszombatban ingyen lakást kér.

Augustissime, Sanctissime Romanorum Imperator et Regia Apostolica Majestas, Dne. Dne. naturaliter Clementissime.

Necessitor sub alas Majestatis Vestrae humillime confugere tanquam ad Patrem misericordiae Adjutorem et Protectorem meum Clementissimum, quae Constantinopoli Iudaeorum Principis filia existens, tandem per Excellentissimum Generalem Rabutin et Generalem à Ligrespergh prope Constantinopolim in Czadilla(?) fuissem capta et huc Viennam cum caeteris pie memoriae Suae Majestati Sacratissimae Parentis sui per generalem à Ligrespergh fuissem praesentata, tunc Sanctissime apromisit, me non velle deserere, sed sua Protectione conservare, cum autem agnovissem Sacrae Romanae Ecclesiae Catholicae Fidem et essem conversa, jam per bonos Patronos, post obytum Suae Matris Sacrae sub Protectione Suae Eminentiae Cardinalis ac Archiepiscopi Strigoniensis Tyrnaviae sum detenda (sic), sed cum ancillae innocentiae meae adhuc usque temporis spatii vivem, tandem humillime Matrem Vram Sacram per Iesu Christi amorem et per septem dolores Beatissimae Matris ejus [supplico.] dignetur Majestas Vestra Sacra meae benigne habere reflectionem et ex Inclita Camera Posoniensi annuatim pro sustentatione vitae meae aliquid assignare subsidium et Tyrnaviae aliquod liberum quarterium dari demandare, aliunde sim insufficiens hospicium solvere, alias penes votum meum Domino Deo volo servire, donec ille Altissimus noster mecum disponat. Orabo Deum Salvatorem pro Majestate Vestra Sacra, ut quam felicissi-

mum ex omni parte praeesset benignam expecto Resolutio-
nem.

Humillima Ancilla ex Constantinapoli
Iudaeorum Principis filia
Catharina

Kivül: Regiae Camerae Ungariae pro informatione, item voto ac
opinione. Ex Consilio Camerae Aulicae. Posonii 23 Junii 1712.

O. L. Ben. Resol. 1712 Junii 23.

13.

*1712 július havában. Az országgyűlés tartama alatt a pestis
miatt Pozsonyból távortartott zsidók újból kérik III. Károly
királyt, hogy engedje meg a férfiaknak boltjaikba való visz-
zatérését és az áruknak, nehogy megromoljanak, eladását.*

Allerdurchleictigst- Groznmächtigst- und unüberwünd-
lichster Römischer Kayser zu Hispanien. Hungarn und
Böheimb König, Ertz Herzog zu Österreich etc. etc.

Allernädigster Kayszer König und Herr Herr etc.

Demnach wür ungefehr vor 8 Tagen Ewer Kays- und
Königl- Mayest- ein allerunter thönigstes Memorial über-
reichen lassen, worinnen wür gebetten, Ewer Kays- und
Königl- Mayest- geruheden unsz allernädigst zuerlauben,
dasz wür Männer zu Unszern gewölbern herein kommen
Unszere Wahren (damit Sie nicht gäntzl. verderben und
hirdurch in eysersten ruin gesetzt würden) verkauffen
könten in allernädigster betrachtung dasz vür die gantze
Zeit hero, da der Landtag getauert, und Von hinnen unsz
begeben müssen nichts handeln und wandlen können, wor-
durch nicht allein Wür, sondern Unszere treu hertzige Cre-
ditöres, die wür bey solchen Umbständten unmöglich con-
tentiren können:

Als

Gelanget Solchemnach an Euer Kays.- und Königl-
Mayest.- Unszere allerunterhönigst, allergersambst.- fusz-
fallendes bitten, dieselbe geruhen sich obbemeltes unszer
allerunthönigstes memoria unmaszgebíg Vortragen und

damit wir widerumb zu unszeren sachen Kommen und Ver
Kauffen Können ein allernadigste Resolution hierauf er-
gehen zu lassen. Die wir unsz einer gnädigsten bitt ge-
wehrung getrösten und Verbleiben

Ewer Kays: und Königl: Mayest:

Aller unterthönigst allergehorsambst
U. Gesambte General Pálffyscher
Judenschaft in Presburg.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1712 Julius Nrs. 87.

14.

*Pozsony 1712 július 25. Keresztély Ágost szász herceggel,
győri bíbornok-püspökkel, mint az egészségügyi főbizottság
elnökével közöltetik a királynak azon elhatározása, mely
szerint néhány, az országgyűlés tartama alatt Pozsonyból
kizárt zsidónak lakásukba való visszatérését megengedi.*

Sacmae Caesae Regiaeque Mattis Dni. Dni. nri clemen-
tissimi nomine, Ejusdem actuali Intimo Consiliario, Emi-
nentissimo Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali.
Serenissimo Dno. Christiano Augusto Duci de Saxonia,
Archiepiscopo Strigoniensi Primati Hungariae Legato Nato,
Summo et Secretario Cancellario, Episcopatus lauriensis
Administratori, qua in negotio sanitatis per Hungariam de-
legatae supremae comissionis Praesidi, hisce perbenigne
significandum.

Altetitulatam Suattem Ssm., ad humillimam nonnullo-
rum Hebraeorum supplicationem, ac penes eosdem demis-
sam Excellmi Dni. Comitís Nicolai Pálffy praelibatae Suae
Mattis Ssae Intimi Consiliarii et Aurei Velleris Equitis inter-
cessionem, clementer annuisse, ut praescitis ex rationibus
et motivis, occasione moderna etiamnum Durantis Diaetae
exclusi ab hinc Hebraei, non quidem universaliter et pro-
miscue omnes, verum non nisi in annexa specificatione
nominetenus denotati, (reliquis omnibus Hebraeis imo prae-
nominatorum etiam uxoribus, filiis, filiabus vel servitoribus



ulterius etiam, durante utpote Diaeta exclusis) ad Domos Quarteria et Officinas suas, quas ante inchoationem modernae Diaetae incolebant et possidebant, redire ac velut antehac ita imposterum etiam ibidem commorari et degere valeant, mercesque suas hic loci duntaxat asservatas, et nullatenus durante Diaeta aliunde sub gravi animadversione ac poena novae exclusionis adducendas, distrahere et divendere possint.

Quapropter praetitulata Sua Eminentia et Serenitas, quoad denominatorum duntaxat Hebraeorum admissionem, ac eorundem liberam in suis Domibus Quarteriis ac Officiis ulteriorem permansionem et mercium suarum tempore prioris discessus eorundem hic Posonii relictas et hactenus asservatarum distractionem, aliarum vero, quarumvis noviter adducendarum inhibitionem, et super his omnibus benignae Caes^o Regiae resolutionis effectuationem, necesarios ordines instituere non gravabitur. Cui altissime fata Sua Majestas Ssma Caes^o Regiam Gratiam Suam benigne ingeniterque offert et confirmat

Per Ssmam Caes^o Regiam Majestatem.
Posonii die 25 Julii 1712.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1712 Julius Nrs. 87.

15.

Bécs 1712 szeptember 30. III. Károly király Löw Manasses zsidónak védlevelet ad és megengedi neki, hogy családjával együtt egész birodalmában lakhassék, vallása szerint élhesen, zavartalanul kereskedhetik és zsidójel viselése nélkül, valamint zsidó személyvám fizetése nélkül, mozoghat.

Wir Karl der Sechste von Gottes Gnaden Erwehlter Römischer Kayser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs in Germanien, zu Hispanien, Hungarn, Böheimb, Dalmatien, Croatien und Slavonien etc. König, Erzherzog zu Österreich, Herzog zu Burgund, Steyr, Kärnten, Crain und Württemberg, Graf zu Tyrol etc. Bekennen öffentlich mit diesem Brieff, und thun kundt allermänniglich, dasz Wir auf des

Löw Manasses Judens in unser und des Heyl. Reichs Stadt Frankfurth unterthänigstes Anlagen und Bitten, Ihn sambt seinen Weib und Kindern, Hausz und Brodgesind, auch ihr Leib, Haab und Güther aus angebohrener Kayserlichen Güthe und Mildigkeit in Unseren und des Heyl. Reichs Verspruch, Schutz und Schirm aufgenommen und empfangen, und ihnen darzu Unser und des Reichs frey Sicherheit und Gland wissentlich in Krafft dieses Brieffs mitgetheilt und gegeben haben, und meinen, setzen und wollen, dasz obbenannter Jud mit sambt seinen Weib, Kindern Hausz- und Brodgesind Haab und Güthern, so sie jezo haben und künfftig mit rechtmässigen Titel überkommen werden, nicht allein in Unsern und des Heyl. Reichs Verspruch, Schutz, Schirm und Gland seyen, und sich derselben gebrauchen und geniessen, sondern auch hinführo selbiger Orthen, so lange alda die Juden und Jüdinen mit Unseren und der Obrigkeit Willen verbleiben, hausen oder wohnen werden, an Ihrer Handlung, Ceremonien, Gebrauchen und Begräbnussen, wie auch sonst wider gemeiner Judenschafft Kayser. freyheit und Reichs constitutiones keineswegs beschwehrt, angefochten, gesperret, gehindert, wie nicht weniger allenthalben im Heyl. Röm. Reich, auch Unseren Erb Königreich- Fürstenthumb- und Landen zu Wasser und Land frey, sicher ohne Jüdische Zeichen, Leibzoll durch passiren, und sich derselben Jüdischen Ordnungen und Freyheiten, so die Jüdischheit von Unsz oder Unseren Vorfahren am Reich haben, gebrauchen sollen und mögen von allermänniglich unverhindert: Wir haben auch obgedachten Löw Manasses, sambt seinen Weib, Kindern, Hausz- und Brod-Gesind diese besondere Gnad gethan, ob jemand zu Ihrem Leib, Haab und Güthern Zuspruch oder Klag zu haben vermeint, oder gewunne, der, oder dieselben sollen obgemelte Juden an keinem Orth alsz bei Ihrer ordentlichen Obrigkeit mit recht fürnehmen und beklagen, dann auch Ihnen von jedermännigl. in Ihren verbriefften oder aber sonst kundbahren und beweislichen Schulden und in anderen rechtmässigen forderungen ohne weitläuffigen process und Umbführung schleunig zu dem Ihrigen ver-

helfen, dieselbe wider diesen Unseren Kays Schutz Brieff nicht beschwährt, sondern darbey ruhiglich gelassen werden sollen, ohne Männiglichs Hinderung.

Gebieten darauf allen und jeden Churfürsten, Fürsten, Geistlichen und weltlichen Praelaten, Grafen, Freyen Herrn, Rittersn, Knechten, Landvögten, Hauptleuthen, Vitzdomben, Vögten, Pflegern, Verwesern, Ambtleuthen, Land Richtern, Schultheiszen, Burgermeistern, Richtern, Räthen, Burgern, Gemeinden, und sonst allen andern Unseren und des Reichs, auch Unserer Erb Königreichen, Fürstenthumb- und Landen Unterthanen und Getreuen in was Würden, Stand oder Weesen die seynd, ernst- und vestiglich mit diesem Brieff und wollen, dasz sie mehrgemelten Löw Manasses, desselben Weib, Hausz und Brodgesind, auch all Ihr Haab und Güther bey obberührtem Unserem und des Reichs Verspruch, Schutz Schirm und Gelaid festiglich handhaben, darbey geruhiglich bleiben und deren gebrauchen lassen, auch sie darwider nicht dringen, bekümmern oder belästigen, noch dasselbe jemand's anderen zuthun gestatten in keiner weisz als lieb einem jeden seye Unserer und des Reichs schwere Ungnad und Straff und darzu ein Poën nemlich zwanzig Markh löttigen Golds zu vermeiden, die ein jeder, so oft er freventlich hierwider thete, Unsz halb in Unser und des Reichs Cammer, und den anderen halben Theil mehrgedachten Juden unablässlich zu bezahlen verfallen seyn solle: Mit Uhrkund dies Brieffs besiegelt mit Unserem Kaysn. anhangenden Insiegel, der geben ist in Unserer Stadt Wienn, den dreysigsten Tag Monaths Septembris nach Christi Unseres lieben Herren und Seligmachers gnadenreichen gebuhrt im Siebenzehenhundert und zwölfften, Reiche des Römischen im Ersten, des Hispanischen im Zehenden, des Hungarischen und Böheimbischen aber in anderten Jahre.

Carl.

Ad mandatum Sacae Caesae
Majestatis proprium.

E: F: v Glandorff

Vtfrid: Carl grf. Schönborn.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1737 Augustus Nrs. 82.

16.

1712 november 18. A Budából családostul kiutasított Bürgl Joachim kéri a városi tanácsot, hogy télen át családjával még a városban maradhasson. A magisztratus ezt csak őneki megengedi.

Löbl. Wohlweiser Statt Magistrat. Gebietend Hochgeehrteste Herren, auf mein Jüngstes bewögliches, und unterthäniges remonstriren, dass ich allhiro Verschiedene schulden einzucassieren habe, nicht weniger auch Ich, da und dorthen selbst schuldig bin, hat gleich wohl Ein Löbl. Magistrat mein behöllig, und unterthäniges bitten nicht attendiren, sondern bey dem vorigen resolute zuverbleiben, verschaiden wollen. Wann nun ich nicht umbillig widerholtermaszen, einem Löbl. Magistrat vorzutragen mich bemüssiget befinde, dass, obwohl ich auf intercession Tit. Ihro gnaden Herren Obristen und vice Commendanten dahire, wie auch Tit. Herrn Ober-Kriegs-Comissarii von Forstern die gnad erhalten, biss neuen Jahrs hieie Verbleiben zu können, so solle doch mein Weib mit 6 Kindern von hier weggeschafft werden, welcher schmerzlicher Sentenz mir mehrmahlen in mein Herz gegriffen, da bey dieser harten Winters Zeit dieselbe weiss nicht wo, unterbringen könnte, und wird Ein Löbl. Magistrat sich von selbst Hochvernünftig beyfallen lassen, dass Ein Weib mit Kindern ohne ihren Mann absonderlich von der Judenschaft aller orthen, wann solche auch wegschikken sollte, Veracht und verworffen seye und müste, Ja, dass gott zuerbambe die Kleine Kinder von der Kelte zugruntt gehen;

Weilen nun Kein Eyssen so harth, dass Es nicht durch Menschen Händte erwaicht werde, Kein Richter so scharff, dass Er sich nicht barmherziger erzeige, und Kein obrigkeit so gestreng, dass Sie nicht mit einen leydenden, mit leyden trage, also dann will auch getröst seyn, und nochmahlen bey Einen Löbl. Magistrat an Klopfen umb gnaden und Barmherzigkeit unterthänig bittend: derselbe geruhe in ansehen obiger zweyten Herrn interponenten und ande-

rer bewöglichen motiven, die gnade vor mich mein Weib sambt Kindern zuhaben, dass durch diese Winter gegen reichender Monathl. oder quartals-bezahlung, umb ich detto füglicher mit meinen schuldnern die richtigkeit pflegen könne, die permansion biss auf den Frühling dahier zuge-niessen haben möge, vor solche hohe gnadt werde ich sambt den meinigen obligirt seyn, schuldigsten Dankh zuerstatten, wie dann ich zu Einer hochgeneigten resolution und fa-vorabler Verbeschaidung mein unterthänigst Empfehle, und verbleibe Einẽs Löbl. Wohlweissen Statt Magistrat Unter-thänig-gehorsamster Judt

Joachim Pirgl.

A tanács határozata: Wie Jungsthin in pleno senatu auf intercession des Herrn Obristen und dess Herrn ober Kriegs Commissary dem Supplicanten verwilligt und gesagt worden, dass man ihn mit seiner person allein, biss aufs neue Jahr zu eintreibung seiner schulden leyden wolle, her-gegen sein weib, Kinder und gesindt ungesaumer von hier wegbringen solle, also hat es noch heünt dato bey solcher resolution sein verbleiben. Ofen den 18. ten 9 ber 712. Per gemeiner Statt Canzley alda.

Orsz. Levél. Ad Ben. Resol. 1713 Januarii 14.

Magy. Zs. Szemle 1907. évf. 108—109. l.

17.

Bécs 1712 november 26. Királyi felszólítás Pozsony és Nyitra vármegyéhez, hogy az udvari kamara védelme alatt álló Simon Hirschl zsidó adósait arra szorítsák, hogy a Hirschltől kölcsönvett pénzeket neki visszafizessék, a vona-kodók ellen pedig az ország törvényei szerint eljárjanak.

Carolus Dei gratia etc.

Rndi. Hbles. et Fid. n. dil. Demisse repraesentatum restitit Matti. nrae per Caes^o Regiam Cameram nram Auli-cam. Qualiter Hebraeus Simon Hirschell cognominatus, alias sub protectione et in negotiis Camerarum nostrarum

constitutus, Teloniique Leopoldopoliensis arendator, uti ipse exponeret superioribus praeteritis temporibus, diversisque vicibus, diversis itidem personis coram denominandis, partim paratas pecunias suas, partim vero merces bonafide mutuasset et credidisset, superindeque a debitoribus suis literas etiam obligatorias, et de adaequata satisfactione eidem impendenda assecutorias haberet. Tantum tamen hac tenus abfuisse, ac in praesens usque abesset, ut ad iteratas etiam ejusdem Hebraei requisitiones et instantias, memorati ipsius debitores eidem satisfactionem impendissent mutuatque pecunias, vel mercium ab eodem lavatarum pretium juxta initum conventionem refudissent, gravi ejusdem damno, et promovendi quaestus sui detrimento manifesto.

Quia vero justitia unicuique quod suum est, absque respectu personarum reddi juberet ac restitui, et prout quisque se obligat, ita obligamini suo satisfacere teneretur. Renitentes vero et morosi debitores jure etiam ad contentandos suos creditores et persolvenda debita juxta tenorem literarum obligationarium, ac etiam ad mentem Acli. 31. Anni 1659 per competentes judices adigi possent et compelli.

Quapropter Vobis harum serie benigne committimus et mandamus quatenus acceptis praesentibus memorati Hebraei debitores coram nominatenus specificandos de et super impendenda eidem adaequata contentatione judicialiter praemonere, contra renitentes vero aut morosos competenti juris ordine eidem jus et justitiam administrare ac secundum tenorem literarum obligatarum, legisque Regni debitam satisfactionem eidem impendi facere debeatis et teneamini. Secus non facturi. Gratia in reliquo etc. etc. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae, die 26. Men. Novembris A^o 1712.

In simili Comitatu Nittriensi.

Frank.

18.

Bécs 1712 november 28. Buda városának tanácsa felszólítatik, hogy Bürgl Joachimot feleségével és gyermekeivel addig tűrje városában, míg ottan vagyoni viszonyát nem rendezte, a kiutasításának okairól pedig tegyen mielőbb pontos és alapos jelentést.

Prudentes ac Circumspecti Dni nobis observandi.

Salutem et officiorum nostrorum commendationem. Ex hisce inclusis geminis copiis uberius percepturae sunt praetitulatae Dominationes Vestrae qualiter nam certus judaeus in ista Libera Regiaque Civitate Budensi degens et commorans Ioachim Bürgel nominatus coram Sua Sma. Matte D^o Dno. nro. clementissimo in eo, quod praefatae Dnes Vestrae nesciter qua de causa eundem ex praefata Civitate (uti ex earundem resolutione dorso obsequissae ejusdem instantiae apposita apparet) exturbare relegareque intenderent lamentabiliter queruletur; quibusve ex motivis et rationibus pro sui ibidem ulteriori toleratione et permansione perquam humillime supplicet.

Licet quidem praefatus Ioachim Bürgel a praefatis Dnibus. Vestris super instantia ejus eam resolutionem recepisse comperiretur, ut ipse quidem in persona sua ibidem ad statutum tempus morari possit, verum uxorem cum prolibus et familia ab inde ipso facto educere debeat. Quia tamen id tum ex eo, quod maritus cum uxore una casa esset, prolesque a parentibus abstrahendae contra dictamen naturae non sint; tum denique quod aliorum fienda migratio, seu translatio potissimum tempore hyemali difficilis et perniciose sit, sanae rationi repugnare dignosceretur.

Ideo suprafatas Dnes Vras hisce ex officio serio ac diligenter hortamur, quatenus tam ex praemissis, quam vero aliis in praesenti memoriali adductis motivis et rationibus, potissimum vero Fisci Regii interesse seu Regiorum Proventuum allegatae augmentationis intuitu, memoratum Ioachinum Bürgel una cum uxore prolibusque et familia ulterius quoque ibidem tolerare, quaesturamque hactenus

usitatam exercere permittere, tempusque quo praetensiones et debita sua activa incassare, passiva vero exolvere et complanare possit, eidem admittere et concedere. Iterum vero, qualinam de causa et ratione praerepetitum supplican-tem Iudaeum abinde amovendum habere cuperent, genuinam et fundamentalem informationem nobis quantocyus trans-mittere et suppeditare et ab ulteriori ab hinc resolutione praestolari noverint Eaedem Dominationes Vestrae. Quas in reliquo etc. etc. Datum Viennae Die 28. men. Novembris A. 1712.

Civitati Budensi.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. December Nrs. 39.

19.

*Bécs 1712 november 28. Királyi felszólítás Pest vármegyé-
hez, hogy adja vissza a Budán lakó Bürgerl Sámuelnek vagy
természetben, vagy pénzben azt a 112 mérő zabot, melyeket
a megye helyett a Törökországból visszatérő portai követ-
ségnek előlegezve szállított.*

Carolus VI. Dei gratia etc.

Rendi, Hrables, Splēs Ac Magei, nec non Egrii, et Nobi-
les, Prudentesque ac Circumspecti, Fidelis Nobis dilecti.
Relatum est Matti; qualiter licet quidem virtute certi benigni
Caesareo-Regii Mandati, hic Viennae Austriae die 17. Men-
sis Martii Anno 1708 jam praeteritis, ad demissam Splis ac
Magfici olim Comitē Wolfgangi ab Ötting, Imperialis Au-
lici Consilii eotum Praesidis repraesentationem benigni
elargiti, Vice Comitique eotum Vro-propter turbatum prae-
fati Comitatus Statum sonantis, eidem Vice Comiti medioque
eujusdem Vobis quoque hoc et id, quatenus cuidam Iudaeo
Budensi Samueli Bürgerl, qui memorato Comiti, qua legato
eotum nostro ex Porta Ottomanica, finita ibidem functione
sua, cum copioso famulitio ac comitiva redeunti, Comita-
tumque istum Pesthiniensem transeunti Centum et duo-
decem modios Pesthinienses avenae, aliunde protunc minus
reperibilis, loco praefati Comitatus Pesthiensis, cui eandem

avenam memoratae legationi nostrae praestare incumbebat, ad requisitionem illius temporis, Vice Comit^{is} Vestri bonafide, et erga appromissam proxime subsecuturam restitutionem, seu persolutionem subministraverat, ex rationibus et motivis in eodem benigno Mandato ubivique contentis, praefatos 112 modios avenae, in natura, seu aequivalenti praecio, absque ulla dilatione restituere, et persolvere debeat^{is} et teneamini, Serio demandatum extitisset, nihilominus tamen ab illo tempore eundem Iudaeum, ad praevias etiam multifarias, ac sumptuosas sollicitationes ejusdem, in praesens usque condignam, debitamque praedictae Avenae restitutionem, a Nobis consequi haud valuisse, interim autem durantibus in praefato Regno Nostro Hungariae perniciosis tumultibus, non ita pridem consopitis, non contemnendi valoris damna perpessum fuisse, totoque praefatorum tumultuum tempore hic Viennae magnis sumptibus, post universarum rerum suarum jacturam subsistere debuisse, jamque vivendi mediis destitutum esse informaremur.

Cum autem communis justitia unicuique quod suum est, restituere jubet; et alioquin etiam prout cujus modi ingruente necessitate, per officiales comitatenses factae anticipationes, eatenusque datae affidationes, exacte observandae essent, ita propter exuberantiam fidei, per praefatum Iudaeum tam arduo, publicum bonum concernante negotio, erga istum Comitatum Vrum demonstrat, toties repetitae avenae refusio, et satisfactio, sive in natura, sive in aequivalente pretio per Vos eidem Iudaeo praestanda veniret.

Ea propter Vobis in forma superabundanti, harum serie firmiter praecipientes committimus et mandamus, quatenus acceptis iisdem ex motivis et rationibus superius declaratis, praetactos, a tanto temporis intervallo restantes Centum duodecem modios avenae, saepe repetito Iudaeo in natura, aut aequivalenti, seu currenti pretio, absque ulteriori dilationi restituere, vel persolvere, plenariamque in praemissis satisfactionem, una cum expensis et fatigiis praestare modis omnibus debeat^{is} et teneamini.

Ne in casu contrario eidem Iudaeo eatenus Nos, aut Dicasteria nostra Aulica ulterius molestandi, eandemque

praetensionem, cum damno emergente, et lucro cessante merito praetendendi ansa praebeatur. Secus non facturi. Gratia in reliquo nostra Caesareo-Regia Vobis benigne propensi manem. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae die 28. Men. Novembris A^o Dni. 1712.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1712 November Nrs. 40.

20.

Pozsony 1712 december 15. Pozsony város elismeri, hogy Simon Michel császári udvari zsidó, a magyar udvari kamara által a városnál a nádor részére kiutalványozott 1000 rhénes forintot készpénzben előlegezte és kötelezi magát, ezt az összeget egy negyedév múlva 6%-os kamattal visszafizetni.

Die 15 Decembris 1712, Hat die Stadt diese Obligation Von sich gegeben. Wir N. Richter, Bürgermeister und Rath und eine sämbtliche Gemeinde der Königl., freyen Stadt Preszburg in Nider Hungern bekennen hiemit, dasz der Ehrsame Simon Michl Kays. Hoff Jud Ihro hochfürst. Gnaden H: Palatino Paul Eszterházy die von Einer hochlöbl. Ung. Hoff-Cammer allhie bei unss jüngst angewiesene Ein Tausend Gulden Rhein. Landtags Imposition, anstatt unser in baarem Geld erleget hat, mithin wir ihme Simon Michl Juden besagte 1000 fl. recht und aufrichtig schuldig sind verbliben; welche wir auch von heut an gerechnet inner einen Viertl Jahr mit den proportionirten 6 per Centum Interesse, in gut, gültig und gangbahrer Müntz dankbahrlich zu bezahlen hiermit uns anheischig machen. Im fahl aber wir auff bestimmten Termin nicht zuhalten wollen, noch könnten, soll ernendter Creditor, oder dieses Briefs getreuer Inhaber fug und macht haben, sich an hiesig Benannte Stadt Haab- und Güttern, so Viel die Forderung austraget, Zahlhafft zu machen Alles getreu, unnd ohne gefährde. Urkund dessen, und zu mehrerer Glaubwürdigkeit wir gegenwertige Obligation unter unseren und hiesiger Gemeiner Stadt Vor-

gedruckten kleineren Secret. Insigill. von Uns gegeben. D.
ut supra.

Protocollum Actionale Cittis Posoniensis 1709—1714 pag. 580.
Közlölte: Kaufmann D. Heinrich Heines Ahnensaal. 188. l.

21.

*Bécs 1713 január 4. III. Károly is, ugy mint atyja és elődje,
védelmébe veszi Simon Hirschl zsidót özv. Czobor Ádám
grófnő üldözése ellen.*

Carolus VI. Dei gratia etc. Fidelibus nostris praesertim
vero Cognato nro. dilecto S. R. I. Principi Paulo Eszterházy
de Galantha, Regni nri. Hungariae Palatino caeterisque
ejusdem Regni nri. Iudicibus et Magistratibus, Ecclesiasticis,
et Secularibus Belli Ducibus, et Locorum quorumcunque
Commandantibus Officialibus etc. etc. Salutem gratiam.

Quandoquidem occasione revisionis certae cujusdam
causae, seu differentiae, inter Generosam ac Magnificam
Dominam Comitissam Barbaram Erdödy, Splis. ac Mgfici,
olim Comitis Adami Czobor relictam viduam ab una; nec
non Iudaeum quondam Oppenheimer eotum factorem
Caesareum ab altera; a tertia vero partibus alterum Iuda-
eum Simonem Hirschl, protunc factorem Czoboria-
num contraversae, in commissione eatenus per Camera
Caesaream et Cancellariam Regiam Hungaricam Aulicam
instituta, imo in ipsa praetacta Camera Aulica conclusum,
et determinatum fuisse, ut nimirum differentia, inter ean-
dem Comitissam et praenominatum ipsius factorem Simon
Hirschl controversa a causa Oppenheimerii sejungatur,
idemque Oppenheimer causam suam via, jam sibi ordinata
persequatur. Memoratus vero Simon Hirschl cum uxore,
prolibus, fratre, familiaque et rebus eorum e potestate prae-
libatae Comitissae Czoborianaе, tum ob saevitiam ejusdem
et comminationes, ac insidias quas in praefatum Iudaeum
Hirschl exeruisse perhibebatur, tum vero, quod certo con-
tractu mediante ipse defunctus olim Comes Adamus Czo-
bor, ab omnibus praetensionibus, quas, quomodo et quali-

tercunque eatenus habere potuisset, dictum Simonem Hirschl absolutum et immunem reddidisset, actutum eximatur, manibusque memorati olim Oppenheimarii, veluti jus in illum respectu servitii Caesareo Regii habentes, inque privilegialem ipsi Oppenheimerio et sub potestate illius constitutis elargitum et insimul benignam Caesareo Regiam protectionem assumatur; eundemque, tum ob id, tum vero intuitu in eo passu observantis servitii Caesareo Regii eundem Simonem Hirschl cum uxore, prolibusque, fratre suo, et familia, ac rebus eorundem in praemissam protectionem Caesareo Regiam benigne receptum, privilegialique Oppenheimerianae societati agregatum fuisse, ex benignis Sacratissimi condam Principis ac Domini Leopoldi Romanorum Imperatoris, et Regis Hungariae, Genitoris, ac Praedecessoris nri, beatae reminiscendae desideratis hinc literis protectionalibus coram Nobis in specie, seu originali productis manifesta constitisset. Causaque seu differentia eadem, necdum finaliter decisa et complanata extitisset. Hinc nos quoque toties repetitum Simonem Hirschl una cum prolibus, fratre et familia suis rebusque eorundem universis, sub clementissimae, Caesareo Regiam protectionem nostram clementer recipientes. Vobis quibus supra universis et singulis harum serie benigne simul ac firmiter comittimus et mandamus, quatenus dum et quando per memoratum Simonem Hirschl, vel homines familiamque ipsius, cum praesentibus requisiti fueritis, aut alter Vestrum fuerit requisitus, eundem et ejusdem praemissos, tam in persona, quam rebus ipsorum via et in persona nra. Regia, contra memoratam Comitissam Czoborianam hominesque ipsius, imo contra alios etiam ipsorum violentos impeditores tueri et protegere, eandem vero Comitissam Czoborianam siquidpiam praetensiones erga jam fatum Iudaeum Hirschl, aut praenotatos ipsius habere speraret, ad persecutionem illius, in praesentiam comissionis eatenus per Nos clementer instituendae relegare; denique toties recensitum Simonem Hirschl, familiamque et fratris quidem ipsius jam demortui proles hanc benigna exemptione uti frui et gaudere permittere, in eademque manutenere, et conservare, ac per alios etiam conservare facere

modis omnibus velitis, debeatisque et teneamini. Autoritate nra. Regia Vobis, hac in parte, per Nos plenarie comissa, et attributa jureque, et justitia mediante. Secus non facturi. Praesentes aut. post earum perlectionem semper reddi et restitui volumus exhibendo. Datum in Civitate nra. Vienna Austriae die 4. Men. Jannarii. A^o Dni. 1713. Regnorum etc.

Describatur juxta petita et resolutionem Consilii in pergameno.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1713 Januarius Nrs. 3.

22.

Buda 1713 január 14. A budai zsidók III. Károly király előtt panaszt tesznek a budai magisztratus ellen, mely 1712 november 18-án elpusztította engedélyezett imatermüket és Bürgl Joachim hittársukat feleségével és hat gyermekeével irgalmatlanul kiutasította.

Allerdurchleüchtigst Grossmächtigst undt Unüberwündlichster Röm. Kayser, auch in Hispanien, zu Hungarn und Böhheimb König.

Allernädigster Herr Herr!

Es hatt aus angebohrner allerhöchster Clemenz dieses durchlauchtes Ertzhauss von Oesterreich bey glorwürdigster Eroberung der aus Ottomanischen Porthen Joch vorhin darunter gewesten Königl. haupt und Residenz Statt Ofen vor die arme Judenschafft, als derer Vorfahren von denen durchleichtigsten und glohrwürdigsten Königen in Hungaren eine gantze Judengassen und Synagog inngehabt, wessen wahrzeichen nebst denen Heussern die Grabschriften in Stein gehauen von 500 bis 600 Jahren vorhanden seyndt; die allerhöchste gnade gehabt, dass man aldortten dieselbe unterm Schutz einer hoch Löby. Kays. Hoff Cammer, gegen reichung Jährl. schutz und tolleranz geldern, 50 fl von jeden handelsgewelb, bey geniessung und treibung der Jüdisch-Mosaischen gesaz oder Gottes dienstes tolleriret, dafür erstatten wür in tieffester Submission allerunterthänigsten dankh. Gleich wir nun in erwegung dessen, wür

der allergehorsamsten hoffnung gelebet, dass bey leistenden unseren praestationes wür auch derer Indulten so nach der eroberung der festung uns allernädigst zugelassen worden, dererselben wir geniessen könnten, aber leider dessen effect nebst unserer bestürzung zeuget unverhofften widerwill, sintemahlen ob wir Juden in allen Erblanden dieses höchsten Hauses, nur allein dem Camerali unterworfen, auch nach ausgestandenen 9 Jährigen weltbekannten Hungarischen unruhen, Pest und trangsahlen, das eüsserste bey linien machen, wachten und dergleichen dem Publico auch der Statt nebst obigen toleranz geldern mauth- und Schutz anlaagen, wo wir nichts anders, als einen geringen laaden behauptende Inwohner mehr als haus und hoff, Akher und Weingartten possedirende Bürger, allergehorsambst, wie billich undt schuldig, also auch willig leisten, anjetzo leiden müssen, dass ohne aller ursach den. 18. Obrs 1712 Jahres uns nit allein unser von 22 Jahren nach eroberung Ofen admitirtes gebett-Zimmer von dasigen Magistrat völlig rasiret, sondern auch ein getreuer Contribuens und neben Jud, mit Weib und 6 Kindern ungeachtet des Kays. und Königl. Indulti aus der Wasserstatt: uhrplätzlich verwiesen und ohne Klagen mediantibus sub- et obventitys modis heraus ärger als einige Slaven geschafft worden, ohngeachtet alles seines einwendens, welches Lit. A. mit wiederholten harten bescheidt bekräftigt wirdt, zu erstaunung jedermänniglichen, aber auch dieses procedere hätte noch kein ende, sondern man thuet eine Leibmauth von denen armen Leuthen, ohne das der Magistrat hierzu privilegirt, oder dergleichen Privilegium von Euer Kay. und Königl. May. (posito non concessio ad hunc actum) confirmiret worden wäre, wessen bemelte Löbl. Magistrat nit ein Jota wird aufweisen können, dass man von einem übernacht bleibenden Juden 1 thaler, von einem durchpassirenden aber 30 kr. nehmen sollte, woher demselben ohne einig habenden oder Confirmirten Privilegio, oder Special Mandato zu thuen solches erlaubet seye, besonders da noch zu diesem exempl die Statt Pest haubtsächlich solches befolget und mit unsern Leüthen hierinfallt wieder Kays. und Kö-

nigl. allerhöchsten Willen (welcher doch zu Conservirung und nicht zum ruin der armen und treuen unterthanen, praecipue deren welche bey geringer nahrung alle praestanda als ohnansässige Leüthe hergeben, und in keinem Rest stehen, dem Publico die toleranz, Schutz, linien und andere gelden darreichen) handeln, mit welchen doch ehender eine Condolenz bey erlittenen so Calamitosen Zeiten zu haben wäre, besonders als welche eben aus mitleiden einen 55 Jährigen Catholischen Priester mit eigenen Geldern, ut B.,*) von Lebensgefahr erledigt, nun haben wir zwar die remedirung bey Ihre Eminenz und des Inclyti Regni Hungariae Primate von Sachsen Zeits And. und Lbd. unterhänigst uns angemeldet, wie dann auch besagte Ihre Eminenz den unbefohlenen Actum von Magistrat zu vernehmen anverlangt haben, den selben auch Euer Kays. und Königl. Mays. allergehorsambst hinterbringen werden, aus welchem allen dann unsere betrangnussen clar erhellen müssen, in denen wür arme und treüe Contribuenten unverhofft und ohne verschuldung steken, darinnen aber untertruket zu werden nicht verhoffen.

Ewer Kays. und Königl. Mays allerunterthänigst — fuesfall — und flehentlichts bitten, dieselbe geruehen bey diesen wahren und unwiedersprechlichen umbständen, uns arme Leüth von dieser unnöthig und schädlichen qual erretten und vigore Summae Caesareae Regiaque potestatis ohne unsern gehorsambst allerunterthänigsten maasgaben 1^o nachtrucklich anzuordnen, dass wir dasige Juden, wie in anderen derer anderen Erbkönigreichen und Landen als ein Hoff Cameral Bonum von der Kays. Hoff Cammer dependiren, von dem Magistrat ins Künftige in alleweeg unperturbirt gelassen wurden, dann 2^o die abgetrungene sonst niemahl erdachte, viellweniger gepracticirte Leib und personal Mauthen pro nunc und Künftig ipso facto aufheben lassen, nit weniger auch 3^{io} weillen besagter löbl. Magistrat propria Autoritate auch ohne habenden jemahligen befehl citra omnem nostram culpam, uns das gebett Zimmer

*) E melléklet hiányzik.

hatt rasiren lassen, dasselbe mit eigenen spesen entweder aufrichten, oder die umbkosten dessen, von unseren sonsten der Statt abzuführen kommenden Contingent defalciren lassen, ingleich eben 4^{to}, womit der ohne ursach aus der wasserstatt also unschuldig abgeschaffte Jud mit seinen weib und Kindern in vorigen Standt und posses. eingelassen, ihme auch wie anderen Juden in Christenheusern Zinns weis zu wohnen, wie vorhingewesen ist, erlaubet wurde und 5^{to}, dass wür Juden 4 gewelber in gemelter Wasserstatt und zu Pest mit 8 Familien nebst dem Exercitio-Religionis Mosaicae, so wohl im Leben als Tott halten dörrften, worfür als Tolleranz geldt wür zur Kays. Hoff Cammer und nicht dem Magistratt hoc in passu unterworffene Juden von jeden gewölb 50 fl. Jährlich, in Summa aber 200 fl, abzuführen alle Jahr allerunterthänigst anbiethen, darüber also das behörige durch hochbesagte Kays. Hoff Cammer vigore Patentis ausfertigen lassen zur allernädigster Gewehrung uns allerunterthänigst Empfehlende, beharren Euer Kays. und Königl. Mays.

Allerunterthänigst treü gehorsambste N. N.
sambemtliche Schutzjuden von Ofen.

A külzeten: An die Röm. Kays. auch zu Hispanien, Hungarn, undt Böheimb Königl. May. Allerunterthänigstes anbringen und flehentlich nothtringliches Bitten N. N. der Sambentlichen Schutz Juden in der Königl. frewen Statt Ofen. Zur allernädigste gewehrung und expedirung durch die Kays. Hoff Cammer betr. ratione boni boni Cameralis instant.

Inclutae Regiae Camerae Ungaricae pro Informatione Item Voto ac opinione.

Ex Consilio Camerae Aulicae. Viennae 14. Januarii 1713.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1913 Januarii 14. Magy. Zs. Szemle. 1907. évf. 105—108. l.

23.

Bécs 1713 április 5. A magy. kir. cancellaria abból az alkalmából, hogy Buda városa Bürgl fivéreket kiutasította, felszólítja a budai magisztratust, hogy mivel privilégiumában a zsidók tűrésére, vagy nem tűrésére vonatkozó rész nagyon homályos, küldjön ki kebeléből férfiakat, kikkel a cancellaria

az ügyet nyugodtabban megbeszélvén, azt a pontot kellően megvilágíthassák és annak alapján azután a királynak határozathozatal végett jelentést tehessenek. Addig azonban, míg az ügy így, vagy úgy eldöntve nincsen, és Budán más zsidók is lakhatnak és kereskedhetnek, Bürgl Joachimot is túrni kell.

Prudentes ac Circumspecti Domini, Nobis observandi.

Salutem et officiorum nostrorum commendationem. Qualenam Iudaei in ista L. Regiaque Civitate Budensi degentes et commorantes, ratione ulterioris eorundem ibidem tolerantiae et permansionis apud Suam Majestatem Sacratissimum Dnum, Dominum nostrum clementissimum humillimam fecerit instantiam, eandem praefatis Dominationibus Vestris ex demisso supplici eorundem Iudaeorum libello, jam antea iisdem Dnibus. Vris. per nos communicato, replicaque eorundem superinde nobis transmissa, abunde constare non ambigimus.

Quia vero praefatorum Iudaeorum instantia (uti ex supratacta earundem Dominationum Vestrarum replica, eidemque annexis appareret) aliis quoque Dicasteriis Aulicis innotuit; et alias etiam privilegiale praefatarum Dominationum Vestrarum punctum, specialiter negotium Iudaeorum tangens, per easdem Dominationes Vestras pro fundamento juris exturbationis Iudaeorum sumptum, taliter sonans; Iudaeos admittere, vel non admittere liceat, valde obscurum esset et adeoque genuina et rationabili interpretatione indigeret, sed et Augustissima Vidua Imperatrix, qua eotum Rectrix virtute benigni Decreti sui, praefatos Iudaeos Jurisdictioni praefatarum Dominationum subjecisse, certamque taxam ab iisdem exigendam admisisse, onerique contributivum obnoxios reddidisse, ex propriis earundem Dominationum Vestrarum productis comperiretur.

Ea propter praetitulatas Dnaes Vras hisce ex officio serio et diligenter hortamur, quatenus praesens negotium, cum antelatis Iudaeis plaudioribus modis accomodare, ac super ulteriori eorundem tolerantia convenire studiant; quod si vero convenire non possent, bonum fore censeremus, si

Dnaones Vras placeret, intuitu etiam aliarum instantiarum suarum hic habitarum promotionis, pro commoditate sua certos e medio sui deputatos necessariis requisitis instructos, penes literas plenipotenciales, huic exmittere, cum quibus haec res suavioribus modis componi, vel vero ut auditis superinde prius plene et sufficienter ambabus partibus, rationibusque et fundamentis exacte ruminatis, altetitulatae Suae Matti pro clementina Resolutione, qualiter nam praetactum privilegiale punctum intelligendum sit, per solitam referadam proponi possit.

Quo vero ad Samuelem Bürgl et fraterem ejus per Dnaoes Vras, ab exercitio quaestus inhibitos; siquidem alii Hebraei ibidem degentes, uti informamur, quaestum libere exercent, ideo praefatos quoque ambos Bürgl cum familia ipsorum eo usque, donec res haec, uno alterove praeinuato modo, finaliter complanata, decretaque fuerit, non solum ibidem tolerare, verum etiam uti reliquis, ita iisdem quoque quaestum (salvo tamen privilegio) excercendum mittere velint Eaedem Dominationes Vestrae. Quas in reliquo etc. Datum Viennae Austriae Die 5. Mensis Aprilis Anno Dni. 1713.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1713 Aprilis Nrs. 65.

24.

Bécs 1713 április 22. Végrehajtási rendelet gróf Pálffy Lipótné, szül. de Souches Maria Antonia grófné ellen Oppenheimer Emanuel, udvari faktornak tartozó 8000 rhénes forint és a hozzá járó 6% kamat meg nem fizetése miatt.

Carolus Sextus etc. Fideli nostro Egregio Magistro Ioanni Fiat ppresentiae nostrae Regiae in Iudiciis Locumtenentis et Consiliarii Prothonotario, Salutem et gratiam. Expositum est Majestati nostrae nomine et in persona Fidelis nri. Egregii Laurentii Saffran Camerae nrae Aulicae Procuratoris, Qualiter superioribus praeteritis temporibus, idque in Ano. Dni 1710 Generosa ac Mgca. Dna. Maria Antonia,

nata S. R. I. Comitissa de Souches, fidelis aeque Splis. ac Mgcí. Comitís Leopoldi Pálffy ab Erdőd Camerarií nri etc. Tit: conthoralis, vigore certarum de se extradatarum suo modo et ordine emanatarum Literarum Obligatorium prononnullis necessitatibus suis sublevandis ab Emanuele Oppenheimer Hebraeo et Factore nro. Aulico, sub protectione praefatae Camerae nrae Aulicae existente certam summam pecuniariam Capitalet, videlicet ad Octo Mille florenorum Rhenensium se se extendentem ad legale sex per Centum interesse, sub spe et affidatione, subsecuturæ ac post unius integri Anni evolutionem fiandæ renumerationis ac persolutionis, sub conditionibus et formis in iisdem Literis Reversalibus uberius appositis et expressatis, in paratis mutuo levasset et defectu absque omni percepisset; ac pro majori firmiorique mentionati creditoris dictam capitalem suam, in casu intermissæ adimpletionis obligationis contractualis una cum interesse, damnorumque et expensarum ex hinc emergentium et causandarum refussione rehabendi et recaptivandi securitate et cautela universa et singula bona sua mobilia et immobilia, intra et extra Regnum situata et existentia, in genere et in specie nullis exceptis, notanter vero bona sua in praefato Regno nostro Hungariæ circa Quinque Ecclesias habita abscissis et praeclusis universis excogitabilibus exceptionibus juris et facti, inscripsisset atque inhypothecasset, prout hæc omnia ex praetactarum praefatae Comitissæ debitoris literarum obligatorium coram Iure originaliter producendarum tenore clarius et lympius apparerent.

Quia vero tantum abest, ut antefata Comitissa debitor ejusmodi obligationi suæ evoluto contractuali unius anni decursu satisfacisset, praescitamque capitalem summam cum interesse exolvisset, quin nec in praesentiarum usque, esto serio ac judicialiter medio exmissi Cancellariæ nostræ Regio Hungariæ Aulici Iurati Notarii superinde admonita, ipsam capitalem, vel solummodo neglectum pro rata temporis computandum annuale interesse predicto creditori deponere et restituere vellet, gravi ejusdem damno praefatarum literarum obligatarum praejudicio manifesti.

Supplicatum itaque extitit Majestati nostrae nomine et in persona praetacti exponentis debita sum instantia humillime, eidem Hebraeo, factori nostro, modo praemisso sub Camerali protectione constituto circa praemissa de opportuno juris remedio clementer providere et mandare dignaremur, nec pateremur eundem justis suis juribus improvise destitui.

Cum autem justa petenti non sit denegandus assensus; et alioquin etiam juxta Matthiae Decretum 6. Artic. 17 et Ulad: Decr. Art. 38 prout quis se suosque obligaret, ita onus et gravamen obligationis suae ferre et tolerare teneretur. Sed et ejusmodi contractus et obligationes inter partes abutrinque paciscentes bona fide initi et celebratae, siquidem stricti juris esse censerentur, legemque paciscentibus imponerent, omnino observandae venirent. In similibus praeterea liquidorum debitorum causis (quarum acquisitio per Magistros Prothonotarios juxta antiquam Regni praxim et consuetudinem ipsam positivae legis vim, ex sensu Tit. 2 Par. 2 oper. Decr. Tripartiti imbuentem commode semper institui posset) medio Judicum Procedentium non tantum legale sex per centum interesse ad mentem Arli. 144 Anni 1647. sed etiam expensae ad finalem usque litis et processus continuationem et prosecutionem insumendae virtute Art. 31 Anni 1659 parti triumphanti adjudicari solerent, tum etiam tenore antelati contractus inter praedeclaratas partes initi id ipsum indigitante per Comitissam debitricem refundi et resarciri deberent. Communis praeterea Iustitia unicuique quod suum est, reddi atque restitui juberet.

Pro eo Tibi harum serie firmiter praecipientes commitimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus, rebusque, sicut praefertur, stantibus, sequae habentibus in uno certo et brevi eoque competenti termino, partibus praescriptis legeme, superinde per Te certificatis ad facies praespecificatorum antedictae Comitissae inceptorum, bonorum, vel quod Tibi commodius visum fuerit praefigendo exire, partibusque praelibatis, vel earundem legitimis procatoribus inibidem in praesentiam Tui citatis et accersitis, auditisque

earundem partium universis propositionibus, allegationibus et responsis, admissis etiam evidentibus quibusvis probis ac documentis, compertaque in praemissis onera rei veritate praerepetito creditori factori nostro Aulico praevio modo ad mentem supratactarum literarum obligatarum, Legumque et rationum praecitatarum ex bonis jurisbusque Possrÿs: sub protectione antelatae Camerae nostrae Aulicae existenti antedictae Comitissae praevio modo inscriptis et obligatis, tum quoad capitalem summam, tum vero interesse et expensas jam erogatas et ad exitum usque litis erogandas plenariam atque omnimodam satisfactionem et contentationem reali et effectiva executione mediante impendere et administrare. Ac post haec super hujusmodi processu et executione totiusque inibi peragendi negotii, serie literas testimoniales jurium saepeperpetiti creditoris futura pro cautela necessarias, sub sigillo nostro judiciali apud praelibatam ppraesentiam nostram Regiam habito, more solito extradare modis omnibus debeatis et teneatis. C. S. f. S. n. f. p. P. E. R. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae. Die 22. Men. Aprilis Anno Dni. 1713.

Bakos.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1713 Majus Nrs. 11.

25.

Selmeczbánya 1713 augusztus 30. Scholtz János, Hellembach báró intézője felkéri Löbel (Jakab) zsidót, hogy jelöljön meg egy időpontot, amikor Bajmóczon, vagy máshol találkozhatnak és a báró valódi tartozását és törlesztési módját megállapíthassák.

Translatum Epistolae germanicae a factore Hellembachiano Iudaeo Löbl missae.

Domine Löbel. Etiamsi toto hoc tempore conatus fuerim cum Dnaoe Vra convenire, et tandem negotium ratione (Tit:) Dni Baronis ab Hellembach tractare, sic est sibi ipsimet notum qualianam tempora habuerimus, cum propter contagionem fere omnes passus clausi fuerint, et nemo sibi fidit,

imo nec ausus est, domo sua procul exire, veluti hucusque ad omnia loca ire inconsultum est. Nihilominus per praesentem occasionem ad desiderium praefati Dni Baronis ratione semel tractandi negotii, et ut simul occasione ejusdem dicti Dni Baronis rectum computum inire possemus, ipsum requirere volui, ne gravetur Boinitii, vel etiam alibi locorum secundum libitum proxime comparere, et me de suo illuc itinere per latorem harum in responso certiore reddere; ubi ego immediate et absque ulla temporis dilatione accepta notitia et sub praefixo termino infallibiliter inibi comparebo, ut tandem omnia pro et contra ponderari et debitum actuale Dni Baronis erui possit. Post quod sperans, et sicut vigore proprii offerti dicti Dni Baronis; uti hucusque semper factum, in contentatione nihil deerit: cum ille etiam non secus, quam quod de justitia tenetur, omni tempore id contentare intendat, solum quod dilationis hujus haec confusa tempora causa fuerint, Igitur nil aliud, quam eidem scribere necesse est. Quam ob causam responsum positivum expecto ut me secundum illud dirigere valeam, permanens Dnaois Vrae.

Schömnitzii 30. Aug. 1713.

benevolus servus

Joannes Scholtz.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1714 Martius Nrs. 88.

26.

Bécs 1713 október 2. Bohat István és Schubert János szerződésileg kötelezik magukat, hogy Sachselt Mózes udvari takarmányszállítónak 4 hét alatt 100 alsóausztriai „muth“) zabot à 15 frt és 30 kr.-ért fognak szállítani.*

Inter Haebreum tamquam Lieferantem Moysem Sachselt ex una parte, postea Dominum Stephanum Bohat et Joannem Schubart ex altera hodierno sub dato sequens contractus placitus et conclusus est, videlicet:

*) 1 alsóausztriai muth kb. = 18 mm.

Promittunt antedicti D: Bohat et Joannes Schubart praenominato Hebraeo Moysi Sachsel ad promovendum Caesareum Avenarium Officium, vulgo Futteramdt dictum, a dato inter spatium quatuor septimanarum Centum Inferioris Austriae praescissas mensuras Muth dictas bonae et justae avenae propriis eorum sumptibus, usque Fischam promovere, hancque promotionem ita certo in praefixo termino et tempore praestare, quam alias in contrarium modum, omnem exinde emergentem sumptum et expensas et damna resarcire, rationem desuper reddere se offerunt. E contra obligat se dictus Moyses Sachsel Hebraeus, ipsis dominis pro quavis taliter promota et tradita mensura, seu Muth avenae, Quindecim et medium florenum, dico 15 fl 30 x. in parato deponere; prouti etiam illis sub hoc dato a Conto hujus extraditionis Quadringentos florenos in parato desuper exsolvit; Ut autem dictus Anticipator Moyses Sachsel ratione anticipatorum 400 fl assecuratus esse posset, ideoque praedicti Lifferantes seu Extraditores eidem Hebraeo, apud tunc temporis hujatem civem et lanionem Dominum Joannem Grueber in praetensione stanter 303 $\frac{3}{4}$ fl: ad interim cesserunt et permiserunt, etiam exinde ejusdem obligationes extradiderunt:

In hujus contractus veram observantiam et robur duo paria exemplaria ejusdem apposita, et cuique parti unum sub alterius corroboracione extradatum est. Actum Viennae 2. Octobris A. 1713.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1715 Januariis Nrs. 64.

27.

Bécs 1713 október 23. A magyar kir. udv. Kancellária ismételten és erélyesen felszólítja Buda városának tanácsát, hogy a Budán letelepedett zsidókat lakásukban és kereskedésükben addig, amíg hovátartozandóságuk vitás kérdése eldöntve nem lesz, ne zavarja és tegyen mielőbb pontos jelentést arról, hogy miért vetettek rájuk félforint adót és miért

nem enged a katonasághoz tartozó embereknek házakat és telket megvenni?

Prudentes ac Circumspecti Domini Nobis observandi.

Salutem et officiorum nostrorum Commendationem. Quidnam praetitulatis Dominationibus Vestris ad demissam instantiam Iudaeorum in ista Libera Regiaque Civitate Budensi degentium et commorantium, ratione eorundem ulterioris ibidem tolerantiae et permansionis liberique exercitii quaestus ex motivis et rationibus ibidem uberius adductis per Nos ex officio decretaliter sub Dato Viennae 5. Aprilis Anni praesentis intimatum fuerat et qualiter easdem Dominationes Vestras memoratae intimationi nostrae contravenire, praefatisque Iudaeis commercium usque ad finalem decisionem causae impedire intendere iidem Iudaei coram Sua Majestate Srma Dno Dno nro clementissimo lamentabiliter querularentur; et pro qualive remedio ipsis eatenus elargiendo perquam demisse supplicent: Qualiter denique Excelsum Consilium Aulae Bellicum super eo quod videlicet memmoratae Dominationes Vrae, praerepetitis Iudaeis medium florenum recenter imponere; Deinde quod nullam domorum seu fundorum civilium possessionem viris militaribus, nisi illi jurisdictioni civicae in persona et rebus omnigene se subjiciant, indulgere velint, nobis significaverit, moreque veteri ibidem declarato militares ad domorum, fundorumque quorumcunque legitimo titulo aquirendas possessiones sine impedimento admittendos esse cuperet, ex hicce inclusis seb A. B. C. geminis copiis uberius intellecturi sunt eadem Dominationes Vestrae.

Licet quidem ad mentem praetactae Intimationis nostrae Privilegiale praefatarum Dominationum Vrarum punctum negotium Iudaeorum tangens, propter ambiguitatem ejusdem, auditis superinde prius plene et sufficienter ambabus partibus genuine et rationabiliter interpretari altitulataeque Suae Matti pro clementissima Resolutione (memoratis Iudaeis, nominanter vero ambabus Bürgl in statu quo permanentibus) referre cupivissemus: verum siquidem id propter modernas rerum circumstantias praecusosque

undiquaque passus Vrae Dominationes huc comparere et plene audiri nequivissent quaestionis hujus diremtio in suspensio etiam nunc maneret.

Ea propter supratitulatas Dnaes Vras per presentes iterato ex officio serio ac diligenter hortamur, quatenus prae-repetitos Iudaeos usque ad praenotatae quaestionis finalem decisionem, non modo ibidem tolerare verum etiam quaestum libere exercere permittere, interimque circa impositionem praetensi medii floreni cur, ac in quoniam finem aut rationem idem medius florenus ab iisdem praetenderetur; non secus qualenam de causa et ratione viri militares a domorum et fundorum praevio modo acquirendorum possessione arceantur atque impendantur, Nos quantocumque genuine informare noverint nec intermittant eadem Dominationes Vestrae. Quae in reliquo etc. Datum Viennae, die 23 Mens. Octobris 1713.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1713 Octobris Nrs. 76.

28.

Szered 1713 október 25. Latin fordítása egy eredetileg héberül írt okmánynak, mely Lazár Benes és Mózes Loebel közötti társasúglet feloszlatásának módozatait állapítja meg.

In veritate et iustitia ego recognosco, etiam cum mea propria manus subscriptione, et mea subscriptio recognoscat, supra me ut etiam testes veri et aprobat: quomodo hodierna die accordam fecerimus inter nos duos Lazarum filium Dni Bents defuncti hunnobro . . . [densem] cum Dno Moises filio Dni Iuda defuncti Niklspurgensi ratione factorum et officinae et authenticatarum libertatum in Civitate Agriensi sinuul habitatum; dnus Moises suprafatus debet cedere officinae et libertatibus authenticis Agriae habitis et non audebit absolute ab hodie talem mercimoniam exercere in Civitate Agrensi sive per se, sive per alios, sive posteri et ab hodie pertinentes officina, et authenticae libertates Agriae habitae ad Dnum Lazarum suprafatum, e contra ipse suprafatus Lazarus intuitu hujus cessionis obligavit se, ut ab omnibus

absolutus sit suprafatus Moises quae aut ex compania vulgo societate accepit usque huc in argento aut argenti valore magna sua [sive] parva summa sit et nec ad unum assem solvendum obligatus. Obligavit se etiam suprafatus Lazarus ratione creditorum et summae mutuo acceptae, quas praedicta compania aut societas mutuo accepit pecunias Agriae sit licet suprafatus Moises solusmet subscriptus, sive uterque ipsorum subscripti sint, sive magnam summam concernat, sive parvam, sive Agriae pecuniae mutuatae sint, sive Posonii munus credito acceptae et Agriani pro compania aut societate transmissae, sive a Iudaeis mutuatae, sive a Christianis ab iis omnibus obligationibus creditionibusque suprafatus Mojzes absolutus et liber nec ad unum assem solvendum tenetur, praeterquam ipse solusmet Lazarus omnes creditores contendere, et obligationibus satisfacere, tenetur, quin imo tenetur omnes obligatorias chirographas suprafato Dno Moysi a creditoribus recipere suis propriis expensis ac fatigiis eidemque consignare ab hodie siquidem dictus Dnus Lazarus in argento et argenti valore tantum perceperit a Dno Moysse quantum Dni Moyses obligatoriae et Chirographie sive per solummet, sive addicto Lazaro simul superscriptae huc illucque datae, ubicunque reperibiles in se continerent; et dnus suprafatus Lazarus, obligavit se supra suae omnia sponte ac benevole absque ulla coactione, mentis compos, sobrius, absque ulla excusatione ebriettis (ebrietatis) siquidem Dnus. Lazarus suprafatus in argento et argenti valore ut supra tantum percepit quantum omnes suprafatae obligatoriae et Chirographi ubicunque reperibiles Dni. Moysis in se continerent. Quae omnia stipulatis manibus adjuto juramento supra Deum Dei praeepta usurpari solito, et anathemato et multa qui transgredietur Caesari fl. 200 Duobus Comitibus Josepho et Francisco Eszterházy fl. 200 manu tentari hujus contractus fl. 200 confirmata. Contractus autem hic intelligendus et explicandus idem antiquorum nostrorum patrum constitutionem et interpretationem omnem etiam justitiam et fidem observans hunc contractum habeat, transgressor vero nullius fidei sit, et crudelitatis et si ne fors in contrarium authen-

tici quid producere posset hunc contractum a se non benevole, verum necessitate compulso contractum fuisse subscripsisseque nullius vigoris ac firmitatis existat. Qui contractus sit absolute vinculum indissolubile et summe roboratum quasi factus fuisset coram summis juristis et nostris Archipresbiteris qui secundum nomen nostrum Iuristarum legitime et non subscriptive factus est. Actum Die Dominico, Die 25 Octobris — 474 juxta minorem computum ab orbi condito. Szered.

Ego Lazarus filius Dni. Bents (Benés?) defuncti.

Coram nobis duobus subscripsit se suprafatus Lazarus Dni. Bents defuncti.

Hys Spirer Posoniensi.

Salamone filio Dni Leb ex rechna. (?) [Rechnitz = Rohoncz?]

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1715 Majus Nrs. 94.

29.

Nagyszombat 1713 december 30. Keresztély Ágost, szász herceg, esztergomi bíborosérsek tiltakozik az ellen, hogy a budai zsidók maguknak zsinagógát építsenek és csak azt engedi meg, hogy istentiszteletüket, úgy, mint a bécsi zsidók, csak magánszobában csendesen tarthassák meg.

Nos Dei gratia Christianus Augustus S. R. Ecclesiae Presbyter Cardinalis, Nationis germanicae Protector Archi Eppus Strigoniensis. Quandoquidem in Regia Liberaque Civitati Budensi a Ssma. Caesareo-Regia Matte collatis clementissimis Privilegiis expresse contineri nobis pro certo relatum sit, quatenus in eandem Regiam Liberamque Civitatem nemo nisi orthodoxae fidei Catholicae pro Cive, vel Incola suscipiatur, vel admittatur. Eapropter nos, quibus pro Supremo in hoc Inclyto Hungariae Regno Pastoralis officio id potissimum incumbit, ut ea, quae in favorem Orthodoxae Religionis Catholicae Clementissime hic disposita et ordinata sunt, inviolabiter observentur et perseverent, memoratae Liberae Civitatis Senatum et Cives hisce

non solum paterne in Domino adhortamur et monemus, quatenus suprafatorum clementissimorum Caesareo-Regionum privilegiorum tenori laudabiliter ulterius inhaerentes, nullum cujuscunque Religionis Asseclam intra Gremium, seu mancipium suum nullis unquam Temporibus admittant, verum etiam siquidem certa relatione didicerimus, qualiter Iudaei Budae habitantes novam inibi unquam admissam Synagogam sibi extruere tentarent, Tenore praesentium Autoritate nostra ordinaria id non solum conformiter Sacris Canonibus fieri omnino prohibemus, sed et tametsi Senatus Budensis quocunque sub praetextu id ipsum admittere, et in erectionem Synagogae alicujus Iudaicae consentire vellet; Nos contra omni meliori modo protestamur et contradicamur, idque unum saltem connivere nos posse declaramus, ut habitantes Budae Iudaei privato in Cubiculo ad instar Viennae habitantium absque ullo clamore, vel strepitu in platea foris audiendo, devotionem suam, vel preces in silentio peragere possint. Datum Tyrnaviae in Residentia nra. Archiepiscopali Die 30 Decembris Anno 1713.

Cardinalis de Saxonia Archi Eppus Strigoniensis. Ad mandatum altefatae Serenissimae Suae Eminentiae.

Franciscus Göze,

Consiliarius et Notarius apostolicus.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1719 Januarius 15. Magy. Zs. Szemle 1907. évf. 289. l.

30.

Wien 1714 január 1. Gróf Pálffy Miklós, országbíró, Pozsonymegye főispánja a területén, Pozsony Várhegyén lakó zsidóknak védlevelet ad.

An heundt zu endstehenden Dato, haben Ihro Hochgraefliche Excellenz der Hochgebohrene Herr Herr Graf Nicolaus von Erdoed, Ritter des goldenen Fluss, der Roemisch Kayserlichen Mayestaett wuercklicher Geheimber Rath, General Veldt Marschall, Obrister ueber ein Regiment

zu Fuss, des Koenigreichs Hungarn Obrister Landrichter, Koeniglich Hungarischer Cronhuetter, des Loeblichen Prespurger Comitats Obergespann, dann des daselbstigen Schlosssesses Oberhauptmann und Ihro Mayestaett der verwittibten Roemischen Kayserin Eleonorae Magdalenae Theresiae Obrister Stallmeister etc. etc. der gesamnten Prespurger Judenschafft Privilegium auff derselben vorher beschehen unterthaenigstes Ansuchen, nachfolgende Weis, mit allen sich hierinnen befundenen Punctis unnd Clausulis, gnaedig zu confirmiren entschlossen; nemblichen unnd zwar:

Erstens, solle der Judenschafft zu Prespurg unter Hochgedacht Ihro Excellenz Schutz und Protection erlaubt seyn zu wohnen auff den Koeniglich Presspurger Schlossberg auch Zuckermantl, und was denselben Grund anhaengig (darunter auch die Freyhaeuser verstanden), nemblich *Fuenfzig* Juden Partheyen, sambt Ihren Kindern unnd Nachkommen, unnd zwar ohne derjenigen, so sich Khuenftighin daselbst verheurathen moechten, welche fuenfzig Partheyen in zwei besondern Registern, benantlichen specificirt, eines darvon bey der Herrschaft, das andere bey der Judengemeinde conservirt werden.

Andertens, solle Ihnen erlaubt seyn, auff gedachten Grundt mit allerhandt Waaren, wie bishere geschehen, unnd es andere Christen Khauffleuth fuehren, sye moegen Nahmen haben, wie sie wollen, in dennen Gewoelbern frey unnd ungehindert zu handeln und zu verkhauffen, ingleichen sollen sye

Drittens befuegt seyn, zu Verrichtung ihres Gebettes, zwey Synagogen von darumben, weillen der Schlossberg unnd Zuckermantl von einander entlegen seyn, Eine auf dem Schlossberg, die anderte aber auf dem Zuckermantl, zu halten und ihre Religions-Exercitia und Ceremonien, wie bey allen Juden gebräuchlich ist, darinnen zu pflegen, unnd zu celebiren, und weillen

Vierttens, ohne dies bekandt, das zur Bedienung der Synagogen Instruirung der Kinder, auch zu andern Ihren Notturfftten einigen Bediente hoechst erforderlich seynd, und ohne derselben keine Jüdische Gemein stabiliret werden

khan, als solle Ihnen erlaubt seyn, Ein Rabiner, zu zwey Synagogen zwey Schuellinger, zwey Schuelldiener, und ein Schachter, welche nach ihren Gutdüncken, auffzunehmen, jedoch das solche nicht in die Zahl deren fuenffzig eingetragten werden sollen

Funfftens, solle auch der Judenrichter, gleichwie in allen anderen Orthen und Laendern, der Gebrauch ist, prima Instantia seyn, unnd Ihme vor Ausgang eines Jahres, ohne erhebliche Ursache, kein anderer vorgesetzt, sondern Er vielmehr nach Befund seines Wohlverhaltens, von der Gemeinde Wahl, auf ein weithers Jahr, confirmirt werden. Und wann ein Christ wegen Geldt oder andern Sachen, an einen Juden einige Anforderung hat, selbiger solle schuldig sein, vorgedachten Juden Richter seinen Gegentheill zuverklagen, so fern er auch die erste Instanz uebergangen hette, kein anderer Richter, oder Herrschaftlicher Beampter solche Klag annehmen, wann aber ein Klaeger bey des Juden Richters Sentenz sich beschwerdt zu seyn fuendete, so solle ihme sein Sach bey der Herrschaft zu suchen *per modum appellationis*, zugelassen seyn. Im fahl sich auch ereygnete, das Jud contra Jud, eine Klag fuehrete, so solle solches bey den Juden Richter allein ausgemacht, was aber in Criminalibus sich ereygnen moechte, gehoert solches bey der Hochloeblichen Herrschaft auszumachen

Sechstens, die Juden Richter Wahl, wie auch seiner Andern Gerichtsbeysitzern, solle nach ihren freyen Willen, und allemahl an ihren Ostern beschehen. Als nemblichen von der ganzen Gemein und darzu ordentlich benannten Electoribus, welche Erwoehlte sollen alsdann von der hochloeblichen Obrigkeit oder dessen Herrn Beampten, confirmirt werden; welcher *modus Electionis* solle *modus directus* genannt werden; hingegen alle die ihnen etwan auff eine andere weiss vorgesetzt werden, sie moegen Nahmen haben, auff was Weis es immer beschehen moechte, so solle sothane Vorsetzung *per modum indirectus* genennet werden, auch solche zu acceptiren keineswegs gezwungen sein, nicht weniger sollen auch

Sibend tens, der Hochloebliche Herrschaft Beampte, den ordentlich erwoehlten Juden Richter, oder in dessen Abwesenheit, seinem Angesehen im Fall der Noth, und auf Verlangen, mit Executionibus, iederzeit an die Hand gehen, unnd wider die Ungehorsamben nach des Juden Richters unnd seiner Beysitzer begehren, durch die Herrschaftliche Trabanten mit gebührenden Gefaegnussen verfahren werden und solle kein Arrestant, ohne des Richters Erledigung, oder Willen entlassen, Hingegen auch neben besagten Richters Lossprechung keiner laenger angehalten werden, es waere dann, das die Herrschaft oder dero Beampte rechtliche und erhebliche Ursach, mit dem Arrest oder Gefaegnuss zu continuiren hetten.

Achtens, weillen wie bekandt, keine Gemein Judenschaft vorhanden, die vor sich Gefaell zu machen nicht befuegt ist, umb deren Bedienten, als Rabiner, Schuellinger, Schuellklopfer, und andere aufzuhalten, nebst andern nothwendigem Ausgaben, die hier nicht zu specificiren sein, so werden sie bemaechtigt, ohne Herrschaft und Christlichen Nachbarschaft praepjudiz oder Schaden, auf Fleisch, Kae-scherweine, oder wo sie es vor guett befunden, eine Tax zu schlagen, welches nicht soll gewehrt, und wie solches beschlossen, wo es hingehoert, richtig gemacht, folgsamb keines particular Juden Beschwerde angehoeret werden.

Neundtens, weillen zwischen der Christen Grund Buerger undt Judten oeffters Unheyl beschehen, auch von dem Grundt Richter viell Juden, ehe man an den Herrschaftlichen Ober Officier zur Klag kommen, inzwischen mit Stockhsperrung und anderer Beschimpfung geplagt, auch mit viell unbillichen Anlaagen belegt worden seyn, so solle kein Grund Richter sambt der ganzen Gemein, eine Juden Arrestirung, Stockhsperrung oder Execution, viell weniger einige Anlaagen, auff die Judenschaft zuemachen Macht oder Gewalt haben: unnd solle der Christen Richter, sambten der ganzen Schlossgrund Gemein, wider alle, die Juden etwan beschwerende und plagende, in allen Vorfällen, ihnen moeglichst an die Hand gehen und kein Unrecht von Jemand zuzufuegen gestatten; Und weillen sich

Zehendstens, einige funden, die von keinen Stand und bei ihnen Judten nicht gern gelitten seyn, dergleichen sich aber allhier niderzuelassen, allerhand Mittel und Weeg suchen, wodurch hernach viell Prostitutiones, sowohl der Hochloeblichen Herrschaft, wie auch ihnen viel intriquen machen, so solle die Judten Gemein die hohe Gnade haben, das keiner ueber die in Anfang bedeuften Register specifirte, ausser der Simon Michel, mit dennen seinigen, aus erheblichen Ursachen, solle angenommen werden. So ist es auch

Ailffstens, genuegsamb Bekandt, wie alle Obrigkeit ihren Unterthanen behuelflich seyn, und nicht zugeben, das von frembden Herrschafften oder Laendern ankommende Judten, zu negotyren Macht haben, oder auszer Marckhtzeiten Waaren einzufuehren, befuegt seyn, umb dennen Unterthanen das Brodt nicht abzuschneiden; Das also auch hierinnen von der Hochloeblichen Herrschaft, die hier negotyrende, und allerhand Waaren einfuehrende Judten, auszuschaffen, auch ihnen alle modos solches zu behaupten, abzuschneiden behuelfliche Handt gebotten werden solle. Und gestatten

Zwölffstens, die Judten in Prespurg, keine eigene Haeuser haben, und derowegen viell Strittigkeiten wegen Ausdingung einer dem andern seine Wohnungen oder Gewoelber vorgehen, so solle keinen erlaubet seyn, den andern oben Bemeldes auszuduengen, und so fern einer dergleichen sich fuenden, oder unterfangen sollte, so solle nicht allein derjenige Uebertretter mit *ein hundert Duggaten* Straff unablaesslich zu belegen, sondern ihme solches zu behaupten von der Herrschafft alle Mittel zu benehmen seyn. Unnd weillen

Dreyzehndstens, in allen Orthen die Judten auch Fleisch Baenckh halten moegen, darinnen zu hackhen, und die Gemein vor sich Gefaell daraus zu machen, Macht habe, so sollte der Prespurger Juden Gemeinn, nicht aber frembden, auch auf die bisherige Weis von dem Koscherfleisch, solchen Nutzen, wie oben schon gedacht, zusuchen erlaubt sein. wofern auch auff der genaedigen Herrschaft eygenen Grundt. einige Fleischbaenck der Juden Gemeinn zu ihrer

Disposition gegen billichen Zuens allemahl ueberlassen werden. Und wann

Vierzehndtens, ein Judt, so in mehrhochgedacht Ihre Excellenz Schutz- und Protection ist, und seine Wohnung in einem Edelhoff hat, einen oder mehr frembde Judten, welche nicht in der Zahl der fuenfzig begriffen oder gnaedigen Schutz stehen, auffhaltet, so solle der Jenige Judt mit Assistenz der Herrn Oberofficier zu Erlegung derjenigen Straff, welche ihm von der Gemeinde vor die Gnaedige Herrschafft dictirt wird, alles Ernstes angehalten. Im fall er aber dem nicht pariren wollte, so solle er auff des Juden Richters Befehl, so balder auszer des Edel Hoffes ergriffen werden khan, nicht allein in Arrest, sondern auch zu der ihm dictirten Straff, ohne die geringste Ausflucht gezogen werden. Und weillen auch:

Funffzehndtens, sich oeffters ereignet hat, das einige aus der Juden Gemeinde bey Contrahirung der Schulden, ihre Weiber zur Mitunterschreibung adstringirt haben, solches aber vielmas einen verderblich und höchstschaedlichen Ausgang genommen: als solle fuerohin kein Jud, so unter der Hochloeblichen Herrschaft Protection stehet, befuegt sein, sein Weib in einer von sich gebenden Schuldobligation, ohne ihren Willen zur Mitunterschreibung oder Fertigung fuer sie unnd ihre Kinder zu zwingen; Widrigens ein solcher, so darwider handeln wuerde, der von dem Juden Richter ihm dictirenden Straffe, unterworffen seyn solle. Nebst allem diesem wird:

Sechzehndens, ihnen auch die Gnaedige Erlaubnuess gegeben, das im Fall sie Juden durcheinander, zwischen ihnen selbst, einige erlehrnte Handwerckh, wie solche Nahmen haben, ueben, treiben, unnd exerciren wollten, ihnen solches ohne der Christlichen Handtwerckher Hinder- nus oder Einwenden, zue jederzeit unverwehrt sein solle.

Siebenzehndtens, fahls es die unumgaengliche Nothdurfft erforderte, die Judten Gemeinn wegen Herrschafft- forderungen oder anderen Gaben, wie es immer Nahmen haben mag, mit Execution zu belegen, so solle ein solches niemahlen auf andere Arth, Weis und Manier, als wie mann

es in dieser Herrschaft, bey dennen Christen zu thuen pfleget, bescheiden.

Achtzehndtens, so will die Hochloebliche Herrschaft, nach Moeglichkeit bedacht seyn, einen Platz zu verschaffen, umb die Todten zu begraben, wo ohne desselben keine Gemein, dem Gebrauch nach, subsittiren kan, solte sich aber kein Platz fuenden, so muessen sie sich mit den bisherigen Contentiren lassen. Wie dann

Neunzehndtens, und schliesslichens dieses Privilegium, unnd auffgerichte Judten Polizey, auf alle Weis manuteniret werden solle; dahingegen mehrgedachte Judten Gemeinn, alle Jahr, unnd zwar auff zwei halb Jaehrige Termin in einer Summa *Fuenffhundert Gulden* von Endstehenden dato an gerechnet, ohne die geringste Ausflucht, ob schon auch nur zwainzig, fuenffzechen oder weniger Partheyen da verbleiben moechten: (Jedoch, das all die jenige, welche von gnaediger Herrschaft, vorhero besondere Protectional haben, das darinn enthaltene Schutzgeldt, auch zu Villberierter Judten Gemain entrichten miessen:) zu Gnedigen Herrschafft's Handten richtig abzugeben schuldig seyn. Urkundt dessen ist dieses durch Ihrer Hochgraefflichen Excellenz Aigenhaendtig unterschrieben, unnd dero angebohrnes Insigl daran gehangen worden.

Signatum Wienn den Ersten Januarii, Anno Aintausend Siebenhundert und Vierzechen.

Graff Nikolaus Palffy m. p.

Gegenwaertiges Privilegium der gesambtn Judenschaft auf den Presburger Schlossgrundt thue hiermit in allen darinnen enthaltenen Punctis et Clausulis gnaedig genehm halten, undt Authoritate Dominali Confirmiren, unter Meiner eigen Haendtiger Nahmens-unterschrift, undt beygetrueckten Insigelfertigung.

Presburg den 23 May 1732. L. S.

Johann Graf Palffy m. p.

Es wird hiemit dieses Privilegium nach dem Exempel meiner Vorfahrern in allen approbirt und ratificirt.

Presburg, den 20. ten. 8 bris 752.

L. S.

Paul Carl Graff Palffy m. p.

L. Moses, Jüdisches Archiv, Jahrg. 2. H. 1—2 S. 7—13. Közölte: Dr. Max Schay.

31.

1714 március havában. Gróf Kaunitz Miksa avval a kéréssel fordul III. Károlyhoz, hogy Jakab Lebel és Spitz Dávid zsidó alattvalóinak, mint báró Helembach János hitelezőinek, jogos követelésüket Dubniczky András ítélőmester által hajtassa be.

Sacratissima Caesarea, Regiaque et Apostolico Catholica Majestas Dñe Dñe Clementissime.

Anno proxime praeterito, ejusque Men. Aprili in certorum subditorum meorum Haebreorum, et nominanter Iacobi Lebell ac Davidis Spitz, justissimis contra Magnificum Senioremem Ioannem Godefridum Baronem ab Helembach formatis praetensionibus, ad Mattem. Vram Ssmam qua Dnus eorundem terrestres, cui de lege Patriae pro subditis agere congruerat, supplex recurreram, ac a Vra Matte Ssma benignum quoque hicce annexum mandatum Praeceptorio Executorium, sub judiciali et authentico sigillo Mattis Vrae, apud Personalem Praesentiam suam habito, Eggregio Dño Mgro Andreae Dubniczky, ejusdem Matis Vrae Personalis Praesentiae Regiae, in Iudiciis Locumtenentis et Consiliarii Prothonotario sonans et ad eundem directum, obtinueram, imo praelibatum Dominum Baronem ab Helembach, ratione ex ea, quod ipse annis retroactis, medio certi plenipotentiarii sui Ioannis Schuletz nominati, certam cum praelibatis haebreis subditis meis transactionem et accordam ineundo. in variis rebus mercantilibus 13.999 florenos crucigeros 30. ab iisdem juxta computum per dictum plenipotentiarium initum, percepisset, non tamen plus, quam undecim mille centum septuaginta tres florenos, et crucigeros triginta

septem ad rationem contentationis eorundem praestitisset, ac sic praeter ob non servationem contractus iisdem subditis meis, causata damna, ac per ipsos solvi debitarum tricesimarum (quas tamen idem Baro Helembach contractualiter in se assumpserat) complanationem florenis bis mille octingentis viginti quinque et crucigeros quinquaginta liquido debitor et restantiarius mansisset eodem Mgro Prothonotario Iudice Authore, in jus conveneram, ac ea propter pro die decima quarta mensis octobris, in oppidum Szenicze Comitatu Nitriensi existens habitum, eatenus et certificari feceram; interim praelibatus Baro Helembach immemor conventionis suae cum praefatis subditis meis habitae, et contentationis, aut vero ad praefixum sibi terminum compositionis loco ut et miseros dictos subditos meos a justa acquisitione ipsorum amoveret, ad Mtem Vestram Ssmam recurrit, ab Eademque benignas litteras protectionales, die decima octava mensis Septembris Anni praeterlapsi sub tali praetextu, ac ad eam informationem obtinuit, principaliter autem contra Magnificum Baronem Thomam Theodorum à Smidek, ac universaliter contra quoscunque alios praetendentes extensas: quod is non qua privata persona, ast qua officialis et administrator montanarum, similes quaesturas, ex mandato eorum principalium suorum experuisset, debitaque talismodi a se contracta, de facultatibus concredita sibi administrationis et non de propriis exolvere appromississet, hocque pacto et miseros hos subditos meos, ad dictos eorum principales suos jam proscriptos, adeoque ad Ens non existens, rejicere intendissent. Quibus Majestatis Vestrae Sacratissimae benignis protectionalibus ipsi Domino Magistro Prothonotario, cui inter reliquos etiam sonarent, praesentatis, continentiisque earundem intellectis, ipse idem Dominus Prothonotarius ex summa, qua erga Majestatem Vestram ferebatur reverentia, easdem cum submissione acceptavit, ac a promotione ulterioris, contra praefatum Baronem Helembach processus contemplatione similium protectionalium simpliciter destitit. Quia vero Clementissime Domine iidem subditi mei nunquam cum memorato Barone Helembach eo fine vel cum solo, eo minus cum plenipotentiaro

ejusdem tractassent, aut convenissent, quatenus ex mediis administrationis, aut ex facultatibus Principalium ejusdem contentationem suam praecise habere debeant, idemque nunquam etiam hoc fine obligationem subditis meis dedisse ostendere quiret, quin etiam si idem eo fine intellegere voluisset, dum hi id non intellexere, ac ipse jam se se — nulla antecedenter, ad mentionatos subditos meos de eo, quatenus ex facultatibus administrationis suae contentionem praestolari debeant, facta objectione, in potioem ejusdem summae exolutionem immisisset, nuncque primo subterfugium hocce quaereret, dein aromata materiis, ac id genus alias res minutiores, ab eodem Barone Helembach, qui pro numerosioribus pannipetiis, credi par est, ad non suam etiam necessitatem acceptis, subditos meos contentavit, in urboras auri et metalli fodinas conversas fuisse, cui sana ratione praedito, credere fas esset? praeterea jam a tempore emanationis benigni Mtis Vrae Ssmae Executorii Mandati, subque ipsam jam sui certificationem, medio praelibati plenipotentiarum sui uni ex attactis Haebreis litteras exarando, computum cum iisdem inire, ipsosque contentare velle, se se declaravit, nunc autem ad eorum principales suos, proscriptos et exules, hosce miseros subditos meos rejicere, contra omne jus et aequum intendit: Non absque gravi damno ipsorum et praepjudicio jurium meorum qua Domini Terrestres eorundem, itidem gravi et manifesto.

Ac proinde Majestati Vrae Sacratissimae humillime supplico, dignetur causis et rationibus ex praedeclaratis ejuscemodi benignas suas litteras protectionales in passu justae repetitorum subditorum meorum acquisitionis, clementer relaxare, processumque meum in negotio toties dictorum subditorum meorum contra recensitum Baronem ab Helembach modo competenti suscitatum, ex intervenituque talismodi protectionalium impeditum restaurare, ipsique Domino Mgro Prothonotario Andrae Dubniczky benigne, simul ac serio committere, quatenus idem accepta supplicatae relaxationis benigna intimatione eo facto in processu illo procedere, mihi ac saepissime dictis Haebreis subditis meis, adaequatam satisfactionem impen-

dere, juxtaque sensum benigni Majestatis Vrae Sacratissimae Executorii, negotium finaliter terminare, debeat ac teneatur. Quam Majestatis Vrae gratiam humillimis, perpetuoque fidelibus servitiis meis remereri adnitar. Benignam praestolaturus resolutionem permaneo.

Majestatis Vestrae Sacratissimae

Humillimus et obsequentissimus

M. U. Co. à Kaunitz et Rittberg.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1714 Martius Nrs. 88.

32.

1714 március havában. Gróf Kaunicz Maximilian Udalricus kéri a magy. kir. udvari kancelláriát, hogy zsidó alattvalóinak báró Helembachtól jogosan követelt adósságát érélyesen behajtassa.

Excelsa Cancellaria Regio-Hungarica Aulica.

Domini mihi colendissimi.

Post exhibitum memoriale meum ratione liquidarum praetensionum, quas Judaeus subditus meus Jacobus Lebel apud Dominum Baronem ab Helembach habet, placuit Excelsae Cancellariae 12. Martii nuperi eundem hortari, ut dictum subditum meum placidioribus modis, prout tum Vienne, tum Posonii promiserat, ad praecavendas majores molestias et expensas contentaret. Quae monitoriae litterae eidem ex commissione Domini Vicecomitis Cottus Hontensis medio unius judicis nobilium exhibitae nullum effectum, imo nec respectum debitum reperuere, siquidem desuper nullatenus responsum obtinere potuit et nec obtentum fuisset, nisi praefatus Dominus Vice Comes celebrata eapropter Comitatus congregatione, eundem, ut respondeat, serio admoneri fecisset. Adest quidem hic sub A. adjacens responsum suum, sed haud dubie cavillationibus et subterfugiis plenum. Cum autem justitiae ratio non patiatur, ut subditus meus sub praetextu benignarum protectionalium et pecuniis suis careat, et immensis expensis (prouti haec sola altefatarum monitoriarum intimatio ad 30 usque florenos excurrit) fatigetur, tandemque ex mediorum defectu justam causam

(quod ipsorum debitor fors secuturum sperat) deserere cogatur, eapropter Excelsae Cancellariae denuo condigne repraesentandum duxi, memoratas protectionales regias ad casum nostrum penitus applicari non posse, siquidem tum ex anteactis meis et ipsamet mercium natura appareat eas non pro regni, sed particulari Domini Baronis quaestura convenientes aptasque fuisse, et ut pro superabundanti clarius id placeat, produco hic testimoniales sub B, ex quibus sat elucescit, ex iisdem tricesimam eorum solutam, adeoque res non regni psephdo(?) directorum, qua directorum, sed privatae negotiationis fuisse, qui Dominus ab Helembach ejusve factor super praefatis mercibus mecum nomine tractasse, nec hactenus docuit, nec unquam docere volebit. Et profecto misera sors universorum suorum creditorum esset, si nudo crudo asserto suo, se nempe debita nomine regni contraxisse ac proinde solutioni obnoxium non esse, adhiberetur fides. Quod autem ejusmodi praetextus veritate omnino careat, patet ex attestato hic sub C. annexo, tum ex litteris praementionati factoris sui sub D. adjacentibus. Si enim non ipsius, sed regni res fuisset, ad quid rationes plenipotentarii sui inspiciendas, ad quid debitum a Camera Caesarea praetense sibi restans obmovisset, ad quid patientiam creditoris postulasset, et ad quid tandem nunc dictus plenipotentarius seu factor suus me illo plane tempore, dum Sacram Caesaream Regiamque Majestatem pro protectionalibus impertiendis exorabat ad ineundas rationes, cum promissione satisfactionis omnino secuturae Bojniczium vel alium commodiorem locum nomine sui principalis invitasset? Haec sane omnia ejus sunt ponderis, ut nec umbra veritatis pro asserto suo superesse possit. Eapropter Excel-sam Cancellariam Regio-Hungarico Aulicam obsequenter imploro, non dignetur impiis debitoris subterfugiis aures amplius praebere, sed praelibatas protectionales respectu debiti adeo liquidi quantotius relaxare, et sepositis quibuscunque medelis, contra dictum debitorem, fictis subterfugiis subditos meos in plenam ruinam agere nitentem, arctius animadvertere. Quod justitia in propatulo posita obtinere

haud dubitans maneo Excelsae Cancellariae Regio-Hungarico Aulicae obsequentissimus et ad servitia paratissimus.

Maximilianus Udalricus Comes
a Kaunicz et Rittberg

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1714 Martius Nrs. 88.

33.

1714 március havában. Erdödi gróf Pálffy Miklós felség-folyamodványban III. Károlyhoz fordul avval a kéréssel, hogy Wolffgang Simon alattvalója, ki két üzlettársának 10 évvel ezelőtt történt meggyilkoltatása és kifosztása által nagy kárt szenvedett, az illetékes Komárom vármegye által végre kárpótlást kapjon.

Sacra Caesarea Regiaque Mattas Domine, Dñe Clementissime!

Ex Volffgangi Simon Hebraei haereditarii alias subditi mei recenter de genu humillime porrecta instantia, Mattas Vra Sacra uberius jam benigne percipere dignabatur. quam juste et legaliter ille pro executione latae, adhuc ante decennium in Iudiciaria Comitum Petri Zichy in possessione ejusdem Csicsó cognominata, Comitatu Comariensi adjacente, celebrata Sede Dominali contra et adversus nonnullos Nobiles partim ac Ignobiles possessionis Nagy-Megyer incolas, veluti convictos cujuspian profugi malefactoris fidejussores sententiae, superabundati ut pote seria eatenus praementionati Comitum admonitione per Comitatum Comariensem fienda impendendaque praeterea. adhuc contra alios coram denominandos, nondum in litem attractos praesciti homicidii complices, praedaeque participes eidem per praerepetitum Comitatum satisfactione, Iuris item Iustitiae administratione suppliciter coram Majestate Vestra Sacritissima institerit. Cum autem supranominatus Comes Petrus Zichy mentionatam possessionem suam Nagy-megyer dictam, Egregio Francisco Somogyi in et pro certa summa pecuniaria oppignorasset et ad certum tempus re-

signasset: sicque translato ejusdem in alterum Dominio sententiam et Iudriam, deliberationem suam contra annotatos Nagymegyerienses jam exequi haud posset, quam tamen crebro fatus Cottus Comaromiensis rebus sic stantibus contra personas convictas, potissimum nobilitari praerogativa gaudentes commode exequi, ac in aliis adhuc accessoriis Ius et Iustitiam, debitumque Iuris et Iustitiae complementum effectiva etiam executione mediante ex officio suo Magistratuali impendere et administrare valeret.

Eapropter Sacrae Caesareae et Regiae Majestati Vestrae humillime supplico, dignetur antelatae sententiae coram in specie producendae executionem saepe repetito Comitatus Comaromiensi delegare: et simul eidem serio et perbenigne committere, quatenus idem ex officio Magistratuali modalitate in priori praementionati Volffgangi Simon Haebrei, haereditarii utpote subditi mei supplici libello uberius declarata in accessoriis quoque praedecaratae causae et non minus adversus quoque alios nondum in litem attractos, praesciti homicidii complices ac praedae participes saepe repetito damnificato haebreo subdito meo Ius et Iustitiam omnimodamque contentationem et satisfactionem modis omnibus impendere et administrare debeat ac teneatur. Pro qua Ejusdem gratia et benignitate maneo.

Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis Vestrae.

Humillimus semper constans ac
fidelis subditus

Comes Nicolaus Pálffy ab Erdöed

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1714 Martius Nrs. 68.

34.

Bécs 1714 március 12. III. Károly megparancsolja Komárom vármegyének, hogy a király nevében gróf Zichy Pétert újból felszólítsa, hogy a két zsidó meggyilkolásának és kifosztásának tárgyában úriszéken hozott ítéletet haladéktalanul végrehajtsa és a károsított Simon Walffgangnak kárpótlást szerezzen.

Carolus VI. etc.

Rñdi, Hrables, Sples ac Magnifici, nec non Egrii et Nobles Prudentes item ac Circumspecti Fideles Nobis dilecti. Fidelis itidem noster nobis sincere dilectus Splis ac Magnus Comes Nicolaus Pálffy ab Erdöd Iudex Curiae Nostrae Regiae et Consiliarius noster Intimus demisse Matti Nrae repraesentavit, qualiter Wolfgangus Simon Hebraeus haereditarius ejusdem Comitatus subditus, licet quidem erga istius Comitatus Vestri Comaromiensis penes hicce in genuinis paribus annexum Scrm̃i olim Principis ac Dñi Dñi Leopoldi Romanorum Imperatoris nri. desiderassimi felicitis recordationis mandatum, interpositam seriam admonitionem fidelis pariter noster Splis ac Magnus Comes Petrus Zichy medio constituti eatenus Plenipotentiarii sui, et convocatorum pro tribunali considendo, contra et adversus Providi Ioannis Dekány antefati Comitatus subditi Nagymegyriensis, tanquam Hebraeorum Isaac et Moysis nominatorum sociorum quondam et Conquaestorum praefati Volffgangi Simonis respective occisoris, et rerum penes eosdem repertarum direptoris fidejussores in processu nominatenus in Anno adhuc 1703 die vero 20 Men. Aug., prouti idipsum ex serie ejusdem processus coram ubi necessum fuerit in specie producendi uberius appareret, convictam pronunciasset sententiam eamque sine longiori mora executioni mandare et mancipare debuisset. Nihilominus tamen ad iteratas easque sumptuosas dicti Hebraei instantias et preces, latae hujus modi sententiae effectuationem et exemptionem in praesens usque obtinere nequivisset, sed ob varia repetiti Comitatus subterfugia et dilationes, coram fidedignis testimonialibus remonstrandas, obtinere valeret gravi ejusdem damno et detrimento. Et quia praeter praevio modo convictos alii adhuc praedecarati homicidii in isto Comitatu vro. Comariensi essent complices, praedaeque participes nobilitari, utpote praerogativa gaudentes, pariter coram denominandi per vos ex officio Magistratuali in Ius attrahendi ac ad refusionem damni compellere promeritisque poenis afficiendi. Hinc idem Comes exponens humillime Matti nrae

supplicavit, quatenus praefato Iudaeo Haereditario subdito ejusdem in praemissis clementer providere, Vobisque superinde committere et mandare dignaremur.

Cujus humillima instantia et supplicatione velut justa et legitima clementer exaudita, benigne simul et admissa; siquidem frustra fierent Iudicia et Iudiciariae deliberationes, nisi eo quae Iudicialiter decernuntur debitae quoque executioni manciparentur. Et alioquin etiam praenarrata convictio naturam paratae pecuniae imbueret, atque ideo ad mentem Acli. 31 Anni 1659 expensarum quoque refusio in partem convictam caderet. Porro Magistratus quicumque praesertim vero Comitatus per ejusmodi latrones et malefactores damnificatis Ius et Iustitiam administrare, plenariamque satisfactionem, ex bonis damnificantium impendere tenerentur atque obligarentur, Vobis harum serie firmiter praecipientes committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus, rebusque sicuti praefertur stantibus seque habentibus, praerepetitum Comitem Petrum Zichy super eo ut videlicet sententiam modo praevis coram Dominale Sede sua latam sine ulteriori dilatione et protelatione executioni mancipare, ex bonisque convictorum tam de adjudicata pecuniaria summa, quam vero expensis erogatis satisfactionem et contentationem impendere debeat, iterato et ex superabundanti in Verbo nostro Regio admonere. Qui si hujusmodi admonitioni paruerit bene quidem, alioquin Vos eandem sententiam cum accessoriis eo facto exequi, dictique Comitatus exponentis subdito Iudaeo adaequatam satisfactionem impendere. Contra annotatos vero nobilitari praerogativa gaudentes coram denominandos, praefati homicidii complices, praedaeque ac spoliis participes, ex officio Magistratuali, juxta methodum in positivis Patriae legibus praescriptam usumque et consuetudinem per vos in similibus casibus observari solitam, summarie judicialiter procedere, pactoque hoc Ius et Iustitiam cum illatorum damnorum et expensarum causatarum adjudicatione et ex con-jicendorum bonis reali et efectiva executione mediante fienda refusione administrare, ac in reliquo etiam contra praetactos malefactores ad mentem positivarum Regni

legum serio animadvertere modis omnibus debeatis ac te-
neamini. S. n. f. Gratia in reliquo etc. Datum in Citte nra.
Vienna Austriae die 30. Men. Martii A. Dni. 1714.

Hochkoffler.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1714. Martius Nrs. 68.

35.

*Bécs 1714 március 12. A magy. kir. udvari kancellária, gróf
Kaunicz M. U. felségfolyamodványa folytán, felszólítja
Hellembäch János G. bárót, hogy hitelezőit, Jakab Lebelt
és Spitz Dávidot, Kaunitz gróf zsidó alattvalóit, kielégitse.*

Spectabilis ac Magce Domine nobis observan.

Salutem et officiorum nrór. Commendationem. Ex in-
cluisis genuinis copiis praetitulata Domnao Vra pluribus per-
cipiet; qualiter et in quo facto Illmus Dnus Maximilianus
Udalricus S. Romani Imp: Comes a Kaunicz et Rittberg etc.
apud Suam Majestatem Ssmam Dnum Dnum nostrum cle-
mentissimum penes Haebreos Jacobum Lebell et Davidem
Spitz subditos suos, humillime supplicet, qualemve satis-
factionem iisdem de Magca Dominatione Vra impendendam
ab eandem altefata sua Matte Sma imploret. Et licet prae-
titulatus Dominus Comes justam respectu praefatorum
Iudaeorum habere videretur praetensionem, adeoque petito
ejusdem, non obstant benignis protectionalibus per Magcam
D: Vam graliter obtentis, deferri posse censeremus; Nihilo-
minus sperantes, quod Vra. Dnao Magca negotium hocce
velut particulariter gestum, vel ex eo etiam, quod factor seu
plenipotentarius ejusdem Daonis vrae cum ejusdem Iudaeis
jam etiam computum de restante summa iniverit, ac ipse
etiam privatum in sua persona egerit commercium, pla-
cidioribus mediis accommodatura sit ad quam recommoda-
tionem Magnifica Dominatio Vestra tum hic Viennae, tum
etiam Posonii sub Diaeta semet obtulerit, ab extraditione
implorati remedii tantisper supersedimus; Praetitulatam
Dominationem Vestram harum serie diligenter hortantes,

quatenus ad praecavendas sibi majores molestias et expensas, cum praememoratis Hebraeis super praetensa ipsorum restantia juxta praeviam oblationem suam quoprimum convenire, et praetensionem hanc liquidam ad iisdem omni meliori modo accomodare noverit, nec intermittat eadem D. Vra Magca. Quam nos in reliquo etc. Viennae 12 Martii 1714.

Ad servien. parat.

Cancellarius Caeterique

Cancell. R. A. H. Consiliarii

Spilis ac Magcae

Daonis Vrae.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1714 Martius Nrs. 88.

36.

1714 május 8. Bürgl Sámuel és Joachim fivérek felségfolyamodványban panaszkodnak, hogy Buda város magisztrátusa dacára annak, hogy a magy. kir. udvari kancelláriától már kétszer intést kapott, mégis ki akarja őket családjaikkal együtt utasítani.

Sacratissima Caesarea Hispaniarum Hungariae Bohemiaeque Rex et Archidux Austriae etc. etc.

Domine Domine Clementissime. Ex binis hisce sub. A. et B. adjacentibus Mattis Vestrae Scrmae Cancellaria Aulico Hungarica ad Magistratum Budensem emanatis Mandatis uberius benignissime percipere dignabitur Mattas Vestra Sacрма, quidnam ratione mei et fratris mei, nostrarumque familiarum tum imperturbata ibidem tolerantiae, tum liberi exercitii quaestus serio et iterato ex officio commissum fuerit? Cum vero ex parte Magistratus his decretationibus in non leve eorundem vilipendium, nullum, uti deberetur, morem gerere velint, quin imo severioribus semper minis et attentis nos abinde ejicere contendant. Hinc Mattem Vestram Sacrmam humillime implorandam esse duximus, quatenus praefato Magistratui Budensi, virtute specialis ad Eundem elargiendi Caesareo-Regii Mandati,

ulterioremperturbatam nostri et nostrarum ibidem familiarum tolerantiam, et liberum exercitium quaestus serio et sub comminatione gravis animadversionis demandare dignetur: Clementissimam praestolaturi resolutionem emorimur.

Sacrae Caesareae
Regiaeque Mattis V.

Demissimi et Humillimi
subditi et vasalli

Samuel et Ioachim Bürgl
fratres Iudaei.

Kivül: Praes. M. Maji 1714.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1714. Junius Nrs. 8.

37.

Vradics 1714 május 18. Kasui Sugo György, aranyasarkantyús lovag, igazolja, hogy báró Helempach János Godefridus a Rákóczi-féle zavargások idejében Szülcs [Scholtz] János meghatalmazottja és Szeniczky Jakab zsidó által Magyarország és Morvaország között ki- és beviteli kereskedést űzött.

Infrascriptus recognosco praesentibus quod Illmus Dnus Baro Joannes Godefridus a Helempach, praeteritis tumultuosis temporibus ex Hungaria in Moraviam, ex Moravia in Hungariam certis moercimoniis quaesturam per Dnum Ioannem Szülts plenipotentiarium suum exercendo, quae quastura per Iudaeum Iacobum Szeniczky tractabatur, educationis inductionis per ipsum factae sunt, et quidem non pro*) regni, vel protunc directorum ejusdem quaesturae haec exercebantur, (uti mihi negotium bene constabat, tamquam salvaguardae civitatis Szakolczensis existenti) sed pro parte ipsius praetitulati Dni Baronis, quoniam tricesimam juxta Decretum pro tunc Consilii Oeconomici solvere tene-

*) Itt valószínűleg kimaradt „parte“ szó.

batur, prouti et soluturum se obligavit per praespecificatum plenipotentiarium suum Dominum Ioannem Szüles. Super quibus hasce literas attestatorias et recognitionales manu mea propria subscriptas et sigillo meo corroboratas extradandas duxi.

Actum in possessione Vradics die 18. Maji anno 1714.

Georgius Sugo de Kasu
Eques Auratus.

(*Más kézzel*): Quod praesens par cum suo original suo modo comportatum cum eodem in omnibus recte concordet, praesentibus recognosco. Actum Szeniczii die 27 Maji 1714. Emericus Tarnóczy Inclyti Cottus Nittriensis Iudlium.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1714 Martius Nrs. 88.

38.

Laxenburg 1714 május 25. III. Károly erélyesen parancsolja Buda városának, hogy az ott lakó Bürgl fivéreket addig, míg az ügy vizsgálására kiküldött bizottság nem határozott, tűrnie kell.

Carolus etc.

Prudentes ac Circumspecti etc. Memineritis quidnam Vobis ad demissam instantiam et supplicationem Iudaeorum in ista Libera Regiaque Civitate nra. Budensi gentium et commorantium, notanter vero Samuelis et Ioachimi Bürgl fratrum, ratione eorundem ulterius ibidem tolerantiae liberique exercitii quaestus, per Cancellariam nram Regiam Hungarico-Aulicam decretaliter sub Datis in hacce Civitate nra Vienna Austriae die 5 Aprilis et 23 Octobris mensium Anni 1713 jam praeteriti, ex motivis et rationibus ibidem uberius adductis ex officio intimatum fuerit. Et licet quidem ad mentem praetactarum intimationum certa eatenus commissio hic in Aula nostra instituta fuisset, quia tamen eadem propter occurrentia alia magis urgentia publica negotia ad finem deduci relatioque nobis superinde hactenus exhiberi nequivisset; Interim vero memorati Samuel et Ioachim Bürgl graviter coram Matte nra quaerularentur in eo, quod

Vos non attentis praemissis intimationibus et inhibitionibus, neque expectata comissionali negotii hujus determinatione benignaque superinde elargienda resolutione nra eosdem Iudaeos non modo in exercitio quaestus turbari et impediri certamque medii floreni insolitam taxam ab iisdem praetendere non dubitaretis, verum etiam abinde totaliter excludere et ejicere velle comminaretis. Supplicando Matti nrae perquam humillime, quatenus eisdem in praemissis clementer providere vobisque superinde committere et mandare dignaremur.

Quorum nos humillima instantia et supplicatione clementer exaudita; siquidem lite pendenti nihil esset inovandum, Vobis harum serie firmiter praecipientes committimus et mandamus, quatenus acceptis iisdem praenotatos Iudaeos usque ad praenotatae commissionis proxime reasumendae et continuandae exitum finalemque hujus causae decisionem non modo ibidem tolerare, eorum etiam quaestum libere exercere permittere, interimque circa impositionem praetensi medii floreni cur? et in quemnam finem, aut rationem idem medius florenus ab iisdem praetenderetur, nos medio antelatae Cancellariae nrae Hungarico Aulicae quantocyus genuine informari velitis ac debeatis Secus non facturi. Vobis in reliquo Gratia nra Caesareo Regia benigne propensi manemus. Datum in Castro nro Laxenburgh die 25. Men. Maii Aº Dni. 1714.

Kubonicz m. p.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1714 Junius Nrs. 8.

39.

Bécs 1714 június 12. Gróf Kaunicz Miksa Ud. pontról pontra megcáfolja báró Hellembach János G. beadványát, melyet gr. Kaunicz zsidainak követeléseivel szemben a magy. kir. kancelláriához intézett, és kéri a magyar kancelláriát, hogy ezután a makacs adós ellen minden tekintet nélkül erőlyesebben eljárjon.

Excelsa Cancellaria Regio-Hungarico Aulica.
Domini Colendissimi.

Non sine veritate viticinus (igy) sum magnificum Baronem de Helembach in sua ad Excelsam Cancellariam Regis Hungarico Aulicam intitulata, per me 5. hujus exhibita epistola, nil nisi subterfugia, quaesitum vestigiaque eorum debitorum secuturum, qui conglomeratis quibuscunque fictitiis argumentis, credita etiam liquidissima eludere et pecuniis debitis nuda verba surrogare nituntur. Id profecto luculenter patet et praefata epistola ejusdem tenoris memoriali suo, quae utraque reexhibeo et pro eorum communicatione obsequiosas gratas repono. Ad subterfugia sua ordine processurus respondeo. — Ad 1^{um} Non concernere subditos meos quo indulto et quo assensu fatus dominus baro negotiationem turbidis illis temporibus gesserit, aut cui merces perceptas tradiderit, vendideritve. Subditis equidem meis sufficit, a domino barone affirmare, se ab ipsis per factorem suum merces percepisse, superindeque satisfactum non fuisse. Et licet verum esset (quod tamen ipse nec unica littera probat) has merces ab illo ipsimet Ragoczio aut asseclis suis venditas subministratasve fuisse, hoc tamen creditoribus vel ideo officere nequiret, quia ipsi non cum Ragoczio vel asseclis, sed privatim cum barone factoreque suo contraxerunt, prouti ex vidimata copia contractus sub E. annexa luculenter patet, ubi nec Ragoczii nec sui eotum pseudo gubernii minima mentio fit, quae tamen, si contrahens baro se debito pro sua persona et bonis exonerare voluisset juxta omnem sanam rationem et ex natura contractus claris verbis exprimi debuisset. Non obstat subditos meos solutionem praetense ex cassa publica Szakolczae percepisse: Nam ea facilitate, qua id asseritur, hoc eadem facilitate per subditos meos negatur. Sed casu posito, non tamen concessio, quod id factum fuisset, an ne exinde praeallegatus contractus privatus et privatissimus in publicam metamorphosim transmigrasset? Quotidiana nos sane docet hic Viennae experientia, quod mercatores privatim inter se contrahentes unus alteri pecunias, quas vel a camera imperiali aulica, aut ab officio caesareo, quod banco vocatur,

percipiendas habet, cedat, ibidemve numerari faciat. Et tamen quis exinde sana ratione concluderit, quod mercatura ipsorum privata ex cassa ejusmodi in camera aulica, aut in banco brevi manu solutione aut pecunia ibidem facta numeratione in negotiationem publicam degenerasse censeatur? Sunt profecto figmenta, quae nec sanae rationi, nec justitiae correspondent, effecturae alias, ut omnis tandem fides, omneque commercium ubique terrarum exulare deberet, si uni alterum ejusmodi methodo circum venire et loco sui alium debitorem affingere liceret. Nec obstat pariter, dominum baronem subditos meos de solutione ex propriis suis bonis secutura haud affidasse: Nam hoc praesertim inter mercatores disertis verbis exprimere, nec opus, nec moris est, sed natura contractus ex se ipsa concludit, imo omnia jura pleno ore unanimique sententia clamant, quod qui contrahit, se suaque alteri eo ipso obliget. Ad 2^{dum} Nihil ad subditos meos est, an dictus dominus baro fuerit negotiationis Ragoczianae instrumentum et an sudorem et aestum pertulerit: ipsis hoc unicum sufficit, cum eo non qua praetenso instrumento (nam de hoc in actis nihil liquet), sed qua Barone a Hellembach, prouti contractus superius allegatus abunde perhibet, contraxisse. Quae, quaero, negotiatio potest esse magis publica, quam illius, qui annonam pro exercitu subministrat? Et quis nihilominus dixerit, illum, qui *E: G: haebreo Oppenheimero* ejusmodi negotiationis notorissimo factori frumentum, avenam, aliosve id genus effectus vendit, non ab ipso, sed alibi satisfactionem suam quaerere debere? Hoc sane et justitia et quotidiana summorum judiciorum praxis improbat, et prorsus contrarium docet. Perspexit item Excelsa Cancellaria Regio Aulica ex attestationibus 5^{ta} hujus sub *B: et C: productis*, et ex prima quidem Dominum Baronem negotiationem hanc privato titulo gessisse, et tricesimas, quae ex rebus et effectibus statui publico pertinentibus nullibi dantur, persolvisse; ex altera vero, nec Viennae nec Posonii hanc nunc confictam exceptionem movisse, sed solutione promissa hanc primo quidem Viennae usque ad revidendas factoris sui rationes, Posonii vero usque ad perceptionem debiti a Camera

Imperiale Aulica praetensi distulisse, ac proinde se pro debitore declarasse: Nam alias contra rei naturam fuisset ejusmodi exactiones et deprecationes in medium affere, nisi subditorum meorum verum debitorem se esse existimaret. Ad 3^{ium} Hoc subditos meos penitus non tangit. Nam utrum tempore rebellionis fodinis montanis bene maleve praefuerit, et an praemium vel quidquid demum promeritus sit, hoc ad Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis arbitrium et pro re nata ibidem quaerendam mercedem pertinet: Exinde enim penitus non sequitur quod dominus baro creditores suos contentare non teneatur, sitque a solvendis debitis propter ea immunis. Reperiuntur quippe hic et alibi viri de republica meritissimi, qui tamen ad solvenda debita quotidie si opus adstringantar. Ad 4^{tum} Hocce assertum est profecto omnium turpissimum, quod nempe non obstat ipsi computus nomine suo per factorem suum cum subditis meis ex potissimum praetensa ratione initus, ut capacitate posset de praetensionis Iudaeorum quanto et qualitate: aliud etiam esse computum inire, aliudque debitum solvere debere. Quis, quaeso, haec figmenta benignis excipiat auribus? Si enim nihil se debere credidit, quid ipsius intererat quantum et qualitatem debiti explorare, et novum computum anno etiam praeterito, uti litterae factoris sui 5. hujus sub D. per me productue testantur, desiderare? Ex quo actu ultimo non aliud concludere fas est, quam, quod denuo debitorem se esse, initisque cum creditore rationibus debitum solvere debere agnoverit: Computum enim hunc non pro Ragocianis propitio numine extinctis inire potuit. Si igitur pro his id facere non valuit, pro quo ergo, nisi pro se, debitore velutti vero et legitimo? Et cum ex hactenus dictis luce meridiana clarius pateat, omnia illa quae praetitulatus Dominus Baro nudis verbis, nullaque adducta proba pro putativa exculpatione sua adduxerat, in se nec umbram veritatis continere, sed ad puram vexam directa esse; hinc Excelsam Cancellariam Regiam Hungaricam Aulicam obsequiose oro, dignetur, gravibus damnis et expensis tandem consulere, protectionales respectu debiti adeo liquidi quantocius relaxare et contra hunc morosum

debitorem arctius animadvertere, nec non judiciis praecipere, ut feriis quibuscunque etiam comitialibus non obstantibus contra ipsum procedatur, tandemque finis injustis protelationibus imponatur. Quod justitia ita volente me obtenturum sperans, meque simul commendans, maneo Excelsae Cancellariae Regis-Hungarico-Aulicae obsequiosissimus et ad servitia paratissimus.

Maximilianus Udalricus Comes Kaunicz
et Rittberg.

Kivül: Ad Excelsam Cancellariam Regio-Hungarico-Aulicam legale fundatumque responsum ad litteras et supplicam Domini baronis ab Hellembach cum obsequiosis precibus Maximiliani Udalrici, Sacri Imperii Romani Imperii comitis a Kaunitz et Rittberg pro benignis protectionalibus tandem relaxandis et arctius contra morosem debitorem animadvertendi. Cum adjecto sub Littera E. Praesentatam 12 Junii 1714.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1714 Martius Nrs. 88.

40.

Bécs 1714 augusztus 14. III. Károly király Schwed Simon lókereskedőnek szabad és örök útlevelet ad, hogy néhány ezred számára szükséges pótlovakat szállíthasson.

Carolus 6. Dei gratia etc.

Universis et singulis Fidelibus nostris Rñdissimis, Rñdis. Hrablibus Splibus ac Magcis Egriis et Nobilibus, Prudentibus ac Circumspectis, Strenuis itenx et agilibus; Dñis Praelatis, Baronibus, Magnatibus, Nobilibus, Generalibus, Colonellis, Vice-Colonellis, Capitaneis, Directoribus, Vajvodis, Vexilliferis, Decurionibus, imo et Gregariis Militibus nostris Cujuscunque annotati Regni ñri Hungariae, Partiumque Eidem annexarum Supremis et Vice-Comitibus, Iudlium et Iurassoribus: Civitatum praeterea Oppidorum, Villarum et quorumcumque Locorum Gubernatoribus, Rectoribus, Iudicibus, Magistratibus, Burgo Magistris et Consulibus; Politicis item, Bellicis et Cameralicis Officialibus, uti et Tricesimatoribus, Teloniatoribus, Portuum, Pontium ac Passuum quorumvis Custodibus, aliis denique

eujuscunque Status, gradus honoris Conditionis dignitatis et praeeminentiae hominibus praesentes nostras Visuris, lecturis ant legi auditoriis; Salutem et gratiam nostram, Caesaream Regiam ac omne bonum. Quoniam Nos praesentium Exhibitori Simoni Schwed Iudaei Quaestori et Negotiatori Equorum, cum ex eo, quod, idem occasione administratorum, ac administrari in se assumptorum supplementariorum certis Regiminibus nris equorum in aliquot millium florenorum summa propter fatalis casus damnificatum fuisse assereret, tum vero quod ulterius etiam, in comparatione et procuratione ejusmodi equorum omnem sedulitatem ac industriam adhibere velle se promptum paratumque offerret, liberam ubique per annotatum Regnum nostrum Hungariae partesque eidem adnexas equorum quaestus gratia comparationem et coëmptionem, exindeque, potissimum pro necessitate Militiae nostrae, educationem, distractionem et venditionem clementer concesserimus. Et quia justis pro injustis et innoxiiis pro reorum excessibus non debeant quoquo modo aggravari et impedire, eidem ubivis locorum cum ejusmodi equis pro necessitate, uti praemissum esset, militiae nostrae, ac etiam quaestus gratia coëmendis, comparandis et educendis atque diven dendis tutum et securum iter patere velimus.

Eapropter universis et singulis quibus supra harum serie firmiter comittimus et mandamus, quatenus annotatum Iudaeum Simonem Schwed, dum et quando et quotiescunque cum equis, rebusque suis ad vestras terras, tennta, dominia, possessiones, officiolatus aut Vestri in medium perveniret extunc eundem (solutis tamen solvendis) ubique locorum, per memoratum Regnum nostrum Hungariae, partesque eidem adnexas libere ire, redire, morari, stare, pausare et proficisci, quaesturamque et mercantiam cum equis secure exercere, permittere, perque suos permitti facere velint, debeantque et teneantur. Propter aliorum autem Iudaeorum debita, aut quasvis praetentiones seu delicta et excessus, dictum Iudaeum Simonem Schwed, aut Familiam et Factores ejusdem, ad idem constitutos, nullo modo molestare, turbare, in praemissisque exercendis impedire aut detinere,

multo minus in persona equisque et rebus arestare, vel quoquo modo damnificare praesummat. Secus nullatenus facturi. Praesentes autem post eorundem lecturam semper reddi volumus et jubemus exhibenti. Datum in Civitate nra Vienna Austria, die 14. mensis Augusti. Anno Dñi. 1714.

Hochkhoffler.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1714 Augustus Nrs. 24.

41.

Sopron 1714 november 20. Sopron városa az Eszterházy uradalom alá tartozó hét zsidó községgel szerződést köt, mely szerint évi 250 forint lefizetése ellenében megengedi, hogy ezen községek zsidai ügyeik elintézése végett a városba beléphessenek.

Zu vermercken, dasz anheunt zu End gesetzten dato zwischen der Königl: frey Stadt Oedenburg au Einem, und dann unter der Judenschafft Sr. Hochfürstl. Esterhásischen Durchl. Unterthanen, und zwar der Juden Gemeinden in Eyszenstatt, Mättersdorff Lackenbach, Kreutz, Koberstorff, Frauenkirchen und Kitze anderen Theils, folgender Contract aufgerichtet, und Künfftig Jährlich zu observiren geschlossen und veraccordirt worden.

Und zwar lasset obwohlbesagte Königl. frey Stadt Oedenburg zu, dasz auch obenbedeute Judenschafft unversehrt in die Stadt herein Kommen und ihre Nothdürffte, doch ohne Praejudiz der allgemeinen Gerechtigkeit, ihre Handthüringen auf Art und Weisz, wie es in nechst verflozzenen Jahres-Zeiten beschehen, treiben sollen.

Vor solchen freyen Access sind die obenbenambsten Judenschafften auf ein Jahr zu zahlen schuldig *Zwey Hundert und funfzig Gulden* Kayl; solcher gestalten zwar, dasz die Helffte dieser Summa mit 125 fl von heut dato an auf künfftiges 1715 Jahrs ersten May, die andere Helffte aber auch mit so viel auf Elisabeth eben dieses 1715 Jahrs gegen nehmender Quittung, abgeföhret werden sollen.

Und weilen diese Stadt solcher Abführung wegen

genugsame Versicherung verlangt, also verbürgen sich nachfolgende Juden vor ihre Gemeinde, vor sich, ihre Erben und Nachkommende, jedweder in solidum, also einer vor alle, und alle vor einen, und zwar.

Vor die Eisenstätter pr. 55 fl. verbürgen sich Salamon Austerlitz, und Israel Priel [Brill].

Vor Mättersdorff pr. 55 fl. Moyses Breuer und Isaac Kolmann.

Vor Läckebach pr. 40 fl. der Jud Scheuer und Samuel Mauthner in Neckenmarck.

Vor die Kreuzer Juden-Gemeinde pr. 30 fl. stehen Judas Schneider, und Lemmel Mauthner in Zinkendorff.

Vor Koberstorff pr. 25 fl. stehen Zacharias Philipp und Jud Löwel.

Vor die Frauenkirchner pr. 25 fl. stehen Löwel David und Salamon Austerlitz von Eisenstadt.

Endlichen auch vor die Kitzeher Juden pr. 20 fl. stehen Zacharias Philipp von Koberstorff und Moyses Breuer von Mättersdorff.

Wann solchen Contract von seiten der Judenschafft jederzeit wird richtig nachgelebet werden, sollen Sie auch des Obrigkeitl: Schutzes, wie auch der Assistenz wider Ihre der Judenschafft Refractarios sich zu getrostet haben. Es sollen auch die der Zeit bräuchlich gewesene Ordinari Juden Tax pr. 8 Ung. vor jeden Kopff, verstehe auf diejenigen Juden, welche in obenbenambsten Juden Gemeinde einverleibet, cassiret seyn. Im fall aber durch Gottes Verhängnusz ihnen Juden der Acces durch Landes-Krieg oder Contagiosen Zeiten (davor uns Gott in Gnaden behüten wolle) gespehret würde, solle ihnen Juden pro rato temporis et summae richtige defalcation und Imputation, wie billig passiret werden. Dieses Vergleichs seynd Zwey gleichlautende Exemplaria ausgefertigt und jedem Theil eines zur Nachricht behändigt worden. Actum Oedenburg den 20^{ten}. Novbris Anno 1714.

L. S.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1740 Aprilis Nrs. 21.

Bécs 1715 január 19. Herceg Eszterházy Mihály, Schlesinger Wolffgang zsidó védurának kérelmére III. Károly király végrehajtási parancsot küld Szentiványi János ítélőmesterhez, avval az utasítással, hogy ha Schlesingernek Boros Katalinnal szemben támasztott követelése jogos, elégítse őt ki annak vagyonából.

Carolus etc. Fideli Nostro Egregio Magistro Joanni Szent Ivány de eadem, Judicatus Curiae Nostrae Regiae Prothonotario. Salutem etc. Expositum et Majestati nostrae nomine et in persona Cognati nostri nobis dilecti Illustris Sacri Romani Imperii Principis Michaelis Eszterházy de Galantha etc: Qualiter in Anno adhuc 1703 pridem jam evolutum, Egregius olim Paulus Bagóssy eotum Hungarici Regiminis nostri pedestris ordinis Colonellus, certas res pro Regimine suo, vulgo mundér dictas ex Armis aliaque vestitura = Constantes procurare volens eatenus cum certo Iudaeo Volffgango Slesinger quaestore praeattacti exponentis transegisset et de subadministratione et praetio eorundem conveniendo, easdem etiam juxta diversas recognitionales suas coram Iure producendas percepisset; cujusmodi militaris amictus praetium, ac etiam in paratis mutuata pecunia semet ad fl. 8234 Rhen. extenderet, vi praeviae conventionis dicto Iudaeo exolvenda. Interim priusquam praenotatam summam praememoratus condan Paulus Bagóssy exolvisset, relicta officii sui in Armada Mattis nostrae functione et violata exposit homagiali obligatione ad Partes Rakoczianos desciscens praedeclaratum praevio modo contractum debitum nec idem, vita sua comite, tanto minus post fata ipsius Nobilis Dna Catharina Boros relicta ipsius eidem Iudaeo exolverunt, prouti nunc etiam in puro et liquido debito inexolute maneret: Non dissimiliter certam etiam Torquem praetiosis lapidibus rubinis ornatam, ac in praetio florenorum septuaginta Rhen. conventam, ac insuper unum aureum sollidum, quinquaginta aureos simplos valentem, in forma crediti et mutui levando, de hujusmodi contracto debito eundem Iudaeum contentare similiter inter-

misisset; Sed et certum equum Hispanicum, a fideli nostro Egregio Joanne Raphanidae eotum ejusdem Regiminis supremo Vigilliarum Praefecto, cum toto apparatu et uno pari Pistoletarum florenos circiter ducentos Rhenen. praevalentem sub conditione futurae reductionis et restitutionis, sibi communicatum abducendo, illius quoque exolvendo praetio restantiarius mansisset, cujus praetium, idem Joannes Raphanidae, in rationem complanandi certi debiti sui, praementionato Iudaeo cedendo, et in eundem transferendo, siquidem de praemissis omnibus nondum contentatus esset: Ob hoc idem Princeps exponens, cui prosecutio causae hujus penes mentionatum Creditorem Iudaeum sub protectione ejusdem exponentis constitutum legitime competeret praementionatam Chatarinam Boros primum quidem dicti Pauli Bagossy, ex post itidem Pauli olim Orosz, jam vero fidelis nostri Ladislai Vay de Vaja conthoralem, qua etiam prolium suarum ex dicto primo condam Dno et marito suo susceptarum et coram denominandarum legitimam tutricem et curatricem, nec non fidelem quoque nostrum Egregium Ladaslaum Bagossy, praeattacti Pauli Bagossy fratrem carnalem, tum ob id, quod praespecificata debita idem Paulus Bagossy in statu indiviso contraxisset, tum vero quod Bagasiam et res mobiles castrenses ejusdem fratris sui apprehendisset, eatenus Te authore Iudice in Jus convenire vellet, cuperetque sibi, de praevio modo contractis, et translato debitis congruam et adaequatam satisfactionem, una cum refusione medio tempore lucri cessantis et emergentis damni, ad instar legalis interesse restringendi, causatarumque expensarum de bonis et rebus mobilibus praeattacti olim Pauli Bagosi bona et res mobiles apprehendentium, vel in iisdem succedentium et per praefatum utrumque Incattum sub corporali eorundem juramento revelandis et reproducendis, ac in casu distractionis et consumptionis de bonis et rebus ipsorum propriis congruam et adaequatam satisfactionem debitumque juris complementum impendi et administrari lege Regni admittente: Supplicatum itaque extitit Matti nrae nomine et in persona memorati Principis Exponentis debita cum instantia humillime, quatenus eidem et consequenter

praefato Iudaeo creditori, sub protectione sua existenti, in praemissis clementer providere, omnimodamque contentationem medio Tui impendi facere dignaremur, nec patere-mur eundem justis suis juribus improvise destitui:

Cum autem justa petenti non sit denegandus assensus; et alioquin causae liquidorum debitorum ita essent stricti juris, quod prouti se quis obligaret sensu Art. 17. Matthiae Regis. Decreti 6. et Ulad. Regis Art. 38. Decreti 1^{mi}, onus quoque obligaminis ferre teneretur: imo in qua parte inter emptorem et venditorem bonae fidei actus intercederet, literaeque super contracto debito, non extradarentur, ad mentem Tit. 32. Par. 2^{dae} Oper. Tripar. Decreti, Juramentum in partem incattam. caderet, hinc si praementionata pars Incatta juramento contrahentis partis contenta esse nollet, alium de vero quoad res in secunda classe positas negotium conprobari non posset, de praevio modo levatis rebus et equo corporale juramentum pars incatta. deponere teneretur esset obnoxia: His accedit, qui succederet in bonis, is in onere quoque, de axiomatica juris succedere deberet, resque vi Tit. 85^{ti} partis primae Oper. Tripar. Decreti et Art. 105. Anni 1647 cum onere vadere soleret: Causae porro liquidorum debitorum de dictamine Art. 31. Anni 1659 cum expensis currebant; sed nec a justitia alienum censi, in casu simili, prouti praesens esset, cum summa capitali cessans quoque lucrum et damnum emergens adjudicandum, ac de bonis contrahentis, bonaque et res mobiles debitoris contrahentis, vel in iisdem succedentis partis adjustandum fore, et vel maxime, dum suis modis et formis admonitus debitor satisfacere contractumque debitum exolvere neglexisset, quinimo, ob efugientem exolvendorum exolutionem semet in talem locum subtraxisset, ubi ne jure quidem aggredi potuisset; Porro rerum mobilium revelatio et productio sensu Arli. 138. A. 1647 per omnes apprehensores sub juramento fieri assoleret, pro distractis vero et consumptis, de aliis distrahentium bonis adjustatio impendenda veniret. Pro eo Tibi harum serie firmiter praecipientes, serio comittimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus, rebusque sic ut praefertur, stantibus seque habentibus, rationibus denique et causis ex

praedeclaratis, in uno certo brevi eoque competenti termino partibus praescriptis de super legitime certificatis, ad partes exire, vicinisque et cometaneis inibi legitime convocatis et praesentibus partem praeprimis utramque sufficienter exaudire praeviaque sub juramento utriusque incatti revelandorum revelatione, et producendorum productione, Iudicium et Sententiam in praemissis ferre, ac tandem comperta eatenus rei veritate, congruam et adaequatam satisfactionem, dicto exponenti, tam quoad praescriptas summas capitales, quam, si juri ita visum fuerit, lucrum cessans et damnum emergens, causatasque expensas judicialiter limitandas, de bonis et rebus mobilibus per paefatos incausattos, uti praemissum est, sub juramento revelandis et producendis, secus in casu non revelationis et non productionis, de ipsorum propriis bonis et rebus mobilibus impendere et exequi, executaque manibus dicti exponentis, vel praeattacti Iudaei tradere et assignare. Ex post vero super totius inibi per Te peragendi negotii et exemptionis Tuae serie literas Tuas testimoniales, adjudicatorias, simul et executionales more consueto extradare noveris, debeas, et tenaris C. s. I. Secus non factururus. P. p. E. r. Datum Viennae Austriae, die 19. Januarii 1715.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1715 Januarius Nrs. 34.

43.

1715 január havában. Sachsel Mózes udvari takarmányszállító felségfolyamodványban panaszkodik, hogy Bohat István és Schubert János, nyitramegyei birtokosok, noha már 500 frt előleget kaptak, nem szállítják neki a szerződésileg kikötött zabot és kéri a királyt, hogy engedje meg ellenük jogi úton eljárnia.

Augustissime, Potentissime, Invictissime Romanorum Imperator, Hispaniarum Hungariae et Bohemiae Rex etc.

Domine Domine Gratosissime benignissime!

Majestati Vestrae Sacratissime praesens instrumentum in forma authentica latius monstrat, qualiter sub dato 2dae

Octobris anni praeteriti cum Stephano Bohat et Joanne Schubert in Nitriensi Comitatu possessionatis viris contractum emptionis iniverim, eo modo, ut praedicti contrahentes accepta anticipata pecunia a me in Summa 400 fl rhen. avenam pro Majestatis Vestrae Ssae Fultterambt dicto officio in praescripto termino absque ullo cunctatione intra tempus quatuor septimanarum in loco Fischa nominato propriis sumptibus advehere teneantur; nunc postquam tempus elapsum erat contrahentes quidem aparuerunt, verum secundum promissa sua avenam non offerentes, de via mala quaerulabant, quo viso ego ultra vires contractus et citra meam obligationem, adhuc 100 fl. ipsis in adjutorium solvendo pro vectigali promiseram petendo ut verbum suum servando me apud praedictum Officium extra culpam esse faciant: attamen et quamvis de novo promiserunt, defacto non solum dictum Officium Majestatis Vestrae, verum etiam me cum magna jactura divexant:

Quapropter (siquidem hic absque consensu Majestatis Vestrae Ssmae. et Ejusdem Regii hujatis Dicasterii Aulici contra praedictos viros nihil tentare volens) Majestatem Vestram Caesaream Regiamque humillime supplico et rogo, quatenus dignaretur gratiosissime consideratis circumstantiis ubi etiam Servitia Aulica per hoc confunduntur meoque damno gratiosissime demandare, ut praedicti contrahentes ratione illius avenae debitae omnem satisfactionem absque mora ulteriori praestent me incolumem, et salvum ab omni damno ex hoc emanante servent, et si hoc recusant, cum eis in omni loco Viennae viam juris et quidem mediante personali arresto incipere valeam, de damnis ulterioribus protestando permaneo

Majestatis Vrae Ssae

humillimus perpetuoque
fidelis subditus et servus

Moyſes Sachsel

Hebraeus et Caesarus Lieferant

Augustissime, Invictissime Romanorum Imperator, nec non Hispaniarum, Hungariae, Bohemiaeque Rex, Domine, Domine gratiosissime etc.

Majestas Vestra Ssma dignata fuerat ad meam humillimam Instantiam praesentes in originali adjacentes literas promotoriales*) ad Comitatum Nítriensem in puncto mei activi debiti ibidem latentis expediendas curare, cum autem dictam expeditionem ob alia tunc temporis in manibus habita Majestatis Vestrae Ssmae negotia ad effectum perducere non valuerim: adeoque illud promotoriale Mandatum de novo reiterandum esse percipiens: Propterea

Majestatem Vestram Sacratissimam humillime et submississime rogo, quatenus dignaretur adjacens mandatum benignissimum renovare, ut per eundem expeditionem a debitor meo tandem percipere possem, quam summam Caesarum Regiamque gratiam humillime reservare et venerari conabor, manendo.

Majestatis Vrae. Ssmae.

Submissimus perpetuoque
fidelis subditus

Moses Saxl
Hebraeus.

O. L. Conc. Exp. 1715 Januarius Nrs. 64.

*) Ezek ezen jelzés alatt hiányzanak.

44.

Bécs 1715 február 15. A m. udv. kancellária értesíti az udv. haditanácsot, melyen intézkedések történtek a csődbe jutott, Egerből megszökött zsidó és a megölt Scherer tiszt ügyében.

Sacrae Caesariae Regiaeque Mattis Excelso Consilio Aulae Bellico, hisce perquam officiose significandum; Intuitu nuperae praetitulati Consilii Aulae Bellici, ad Cancellariam hanc Regiam Hungaricam penes informationem Dni Commendantis Agriensis factae requisitionis tum ratione certi Iudaei banciruptoris, Agriaque profugi creditoribus et

praetendentibus impendendae satisfactionis; tum vero interfecti per Baronem Hellempach Officialis Bellici Scherer nuncupati secundum leges Regni Justitiae administrationis, qualesnam dispositiones Cancellariae haec Regia fecerit easdem in hicce inclusis benignorum Caesareo-Regiorum Mandatorum genuinis Copiis praetitulato Consilio Aulae Bellico perquam officiose communicari eo fine, ut id ipsum Excelsum quoque istud Consilium Aulae Bellicum, tam praefato Domino Commendanti Agriensi, quam vero in causa Hellempachiana Actori notificare haud gravetur. Manetque Cancellaria haec Regia ad exhibenda supratitulato Consilio Aulae Bellico quaevis grati officii studia ulterius etiam promptam et paratam.

Describatur et tam benigni
Regii mandati Dno Regni
Palatino in hac Causa
sonantis, quam Comita-
tui Hevessiensi directi
Copia includatur.

Ex Consilio Regiae Hun-
garico-Aulicae Viennae die
15. Men. Februarii
A^o 1715.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1715 Februarius Nrs. 82.

45.

Bécs 1715 március 15. III. Károly király ismételten, de most már erőlyesebben parancsolja meg Buda város magisztratusának, hogy Bürgl Sámuel és Joachim testvéreknek, addig, amíg a bizottság ez ügyben végleg nem határozott, a városban nem csak további lakásukat, hanem kereskedésük további üzését is meg kell engednie.

Carolus 6. Dei gratia etc.

Prudentes ac Circumspecti fideles nobis dilecti: Noveritis quidnam Vobis ad demissam Instantiam et Supplicationem Iudaeorum in ista Libera Regiaque Civitate nostra Budensi degentium et commorantium, praesertim vero Samuelis et Joachim Bürgel fratrum, ratione eorundem ulterioris ibidem tollerantiae, liberique quaevis exercitii

permissionis et concessionis, virtute benigni Mandati nri missilis de dato in castro Laxemburg die 25. Mensis Maji Anni 1714 jam praeteriti ex motivis et rationibus ibidem uberius adductis clementer demandaveramus, ut videlicet praenotatos Iudaeos usque ad eventum eatenus ordinatae commissionis nrae Aulicae, finalemque decisionem praefatos Iudaeos non modo ibidem tolerare, verum etiam quaestum libere exercere permittere velitis ac debeatis. Et licet quidem instituta eatenus Commissio nostra hic in Augusta Aula nostra reassumpta fuisset, quia tamen eadem Commissio propter occurrentia alia magis urgentia Publica Regni Diaetalia nobis superinde exhibere nequivisset, interim vero memorati Samuel et Joachim Bürgl gravi cum querela Majestati nostrae humillime repraesentassent, quod esto quidem Vos, praetactae Clementissimae Caesareo-Regiae resolutioni et commissioni nostrae, Vosmet hactenus debito modo accommodassetis, nihilominus tamen, non attenta neque expectata hujus negotii Commissionali determinatione, benignaque superinde elargienda resolutione nostra penes quodpiam praetensum a Camera nra Regia ad informationem Vestram impetratum indultum contra tenorem praeinsinuati benigni Mandati nostri eosdem Iudaeos, non modo in exercitio quaestus turbare et inhibere, verum etiam abinde totalem exclusionem et ejectionem iisdem comminari non dubitaretis. Supplicando Majestati nrae perquam demisse, quatenus eosdem in praemissis ulterius quoque clementer prospicere, Vobisque superinde committere et mandare dignaremur.

Nos itaque priori benigno Mandato, clementissimaeque Commissioni nrae firmiter inhaerentes; siquidem lite pendente nihil esset innovandum, quin potius res in statu quo, usque ad finalem decisionem et resolutionem permanere deberet, potissimum vero exquo Vos a Majestate nostra super antelata priori sera inhibitione nra nullam relaxationem hactenus obtinuissetis; Et quia resoluta praevio modo Commissio nra Aulica ante finem Diaetae reassummi nequiret, hinc Commissario nro Regio ad proxime imminentem et in festivitatem Dni Georgii Militis et Martyris incidentem, solitae

Magistratualis restaurationis Vrae terminum exmittendo benigne demandaturi sumus, quo idem negotium hocce revidere particularemque relationem, pro elargienda superinde finali resolutione nostra nobis quantocyus transmittere et suppeditare debeat.

Quapropter Vobis harum serie iterato quoque firmiter praecipientes committimus et mandamus, quatenus intellecta hacce benigna dispositione et ordinatione nra, toties repetitos querulantes Iudaeos Samuelem et Joachimum Bürgl, usque ad adventum memorati Commissarii nostri Regii negotiique praesentis revisionem, nobisque faciendam relationem, benignamque superinde per nos elargiendam finalem resolutionem, ibidem non modo tollerare, habitareque et commorari, verum etiam quaestum libere exercere permittere et a benigna ulteriori resolutione nra praestolari sub gravi indignatione et animadversione nra debeatis ac teneamini. Secus n. facturi. Gratia in reliquo nra Caesareo-Regia Vobis benigne propensi manemus. Datum in Civitate nra Vienna Austriae die 15. Mens. Martii A^o Dni 1715.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1715 Martius Nrs. 32.

46.

Bécs 1715 március 23. A m. kir. udv. kancellária Schulcz Jánost, Selmecbánya szenátorját, minthogy a Kaunicz gróf, mint Jakab Lebel földesura, és Hellembach báró közti per kiegyenlítésére kitűzött határnapon nem jelent meg, most az 1715 március 29-ére kitolt tárgyalásra idézi meg.

Egregie Domine Nobis observande.

Siquidem in praescita Controversia inter Illustrissimum Dominum Maximilianum Udalricum Comitem a Kaunicz et Rittberg, tanquam Jacobi Lebel Iudaei et subditi sui Dominum Terrestrum ab una et Magnificum Baronem D. Joannem Godefridum ab Hellempach ab altera partibus occasione quarumpiam mercium, sub novissime sopitis tumultibus, per Vestram Dominationem, nomine praefati Domini Baronis Hellenpach a dicto Iudaeo levatarum et ex integro non persolutarum adeoque ex pretio earundem

restantis et pretensae complanationis vigente, praenotatis ambabus partibus ad easdem exaudiendas diem hesternum pro termino praefixissimus, ipsaeque partes coram nobis suo modo etiam comparuissent quidem, ex certis tamen rationibus, et praesertim quod Dominatio Vestra, tanquam hoc in passu ex gesto commercio interessata, et ut plurimum informata se absentaverit, et cujus praesentia praeprimis requireretur, praenotatum terminum partibus quoque consentientibus in diem vigesimum nonum labentis mensis Martii et Anni infrascripti extendimus. Eapropter dum id ipsum Eidem Dominationi Vestrae hisce intimamus, simul etiam Eandem praeviis ex rationibus pro praeattacto die termino quippe in 29. labentis mensis extenso in facie Regiae hujus Cancellariae ad personaliter comparendum et in praenotata causa, in quantum Vestram Dominationem tangeret, respondendum et informandum certificamus. Caeterum Eandem bene valere cupientes, Datum Viennae Austriae die 23 Martii 1715.

Ejusdem

Benevoli

N. Cancellarius ceterique

R. H. A. Cancellariae Consiliarii.

Egregio Domino Joanne Schulcz Regiae Liberae Montanaeque Civitates Schemnicziensis Senatori et nobis observando.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1715 Martius Nrs. 71.

47.

1715 március havában. Keppisch (így) Ábrahám, Jakab és Mózes testvérek felségfolyamodványban felsorolják bizonyítványokkal igazolt jó szolgálataikat, melyeket Érsekújpár ostroma körül a királynak tettek, és ezeknek jutalmául kérnek III. Károlytól oly szabadalmat, mint amilyent II. Ferdinánd a görcei Pinkherle Joselnek, a gradiszka Marburger Móses és Jakabnak és a trieszti Parente Venturának 1624 március 12-én adott.)*

*) E privilegiumot közölte Wolf Gerson „Ferdinand u. die Juden“ (Wien 1859) c. művében 39—41. l.

Serenissime, Potentissime et Invictissime Romanorum Imperator Germaniae, Hispaniae, Hungariae Bohemiaeque Rex etc.

Gratiosissime Imperator Rex et Domine Domine etc. etc.

Vestrae Sacrae Caesareae Regiaeque Majestati, nos tres uterini fratres Abrahamus, Jacobus et Moyses Keppisch Posenienses, sed Comititis de Kaunitz subditi Iudaei habemus, ut ex fidelissimis devotionibus, hisce verissimis expressionibus perspicue representamus, quomodo in ultima Hungarica conspiratione facta, non solum in obsidione Ujvarini, sed etiam in non procul collatis castris Ragotianis, pro summa utilitate serenissimae Archiducatae Domus Austriacae, ad instantiam Excell^{mi} Dni Comititis Campimachelli [Campimarchalli] Joannis Pálffy (ut sonat praesens attestatio litt. A.)**) sub tali praetextu, quaesturam exercendi nostram propriis nostris pecuniis, varios officiales ad Sacrae Caesareae Majestatis devotionem vero cum notificatione omnium utilissimarum notitiarum ad commendantes in circumjacentibus locis positos, in specie autem Comitem Antonium Eszterházy in Sacratissimae Caesareae Majestatis partem pertrahendi, omnem laborem et diligentiam impenderimus, per clandestinas tam verbis quam scriptis tentationes, ut etiam nos propter litteras in marsupio dicti Antonii Esterházy infentas [infertas] effective 800 ft pro muleta dandos coacti fuerimus, tamen nulla hujus habitacione, cum ille Palatinus Kiovszky exercitu Polonico advenerit, ut dictus Comes Esterházy ad farinam et alias res provisas ex posta Tabernok [Tavarnok] evacuandas et Ujvárinum ducendas fuerit occupatus, et quando illud damnosum tentamen per nostram accuratam habitamque vigiliam non impeditum fuisset, istud fortalitium ujvarinum ad minimum per annum defendere se potuisset, et omnes intentiones illorum viam, pernoctationesque summis nostrae vitae periculis, tum temporis illi comendanti Nitriensi nomine Dillher detererimus (ut sonat attestatio manu propria scripta B)) et per id iste mentionatus comendans rem ad

**) L. fent sub 1711 május 31.

modum solutarum effecerit praeterhoc pro summa utilitate, ut vestrae Sacrae Majestatis partem amplecti fuerint, multos officiales de variis planis partim multis pecuniarum promissis, partim effective aëribus paratis et multis pretiosis remunerationibus pertraximus, praesertim illi Colonello defuncto de Rotenstein, quo vestrae Sacrae Majestatis partem amplecti debeat, non solum unam Compangniam sub indyto regimini de Daun, vel neuburg sed etiam 2000 Ducatos promissimus, et ad eum salutarem finem ex nostris propriis mediis in aero parato illi 1400 florenōs (ut sonat litt: C: attestatio officialis Wagneris) numeravimus, et adhuc plus demonstrat litt: A:, quomodo tormenta Bellica ujvarini destruenda et globini fossas aqueas imergendi sint, ut declarat attestatio illius Baronis Tolvay Gabrielis de Kőpösd D: adhuc ut demonstrat illius Comitis Zinczendorff commendantis tum temporis Poseniensis litt: E: in pari modo de toto Magistratu ujvarinensis F: qualia laudabilia opera, salutariaque servitia praestiterimus, ad hujusmodi hominum vel nullus, vel pauci fuerint.

Iam vestra Caesarea Regiaque Majestas sat habet ex istis mentionatis et propositis verissimis, ut gratiosissime cognoscere posset, quomodo nos fratres Keppischenses pro E[xe]mplo rarissimam devotionem fidelitatemque in lucem prodederimus proque glorissima Domo Caeserea, regionesque et incolis praeter 18000 florenis etiam vitam et nostras omnes facultates discrimine ullo fastidio objecerimus per hoc autem in summam ruinam praecipitati, salus publica stabilita et in statu quieto fuit posita, tamen habemus adhuc, ut aliquo modo laudemus, quomodo in circo 1712 Anno per inclytam ordinatamque comissionem Caesaream loco mentionatorum 18.000 florenorum praeter assecurationem alias vestrae Sacratissimae Caesareae Majestatis gratia $\frac{10}{m}$ flor. nobis fuerint porrecti, pro quibus nos iterum humillimas gratias agimus, spe tamen freti vivimus, vestram Caesaream Regiamque Majestatem modo talem gratiam (quia hucusque propter contagionem irreptam hoc ad sollicitandam fuimus impediti) eo plus nobis par[ti]cipaturum.

Hujus ergo, nos modo ad pedes vestrae Caesareae

Regiaeque Majestatis sacratissimi Throni flexis genibus pro-
cidimus, humillimas animis observationes ut in gratiosissi-
mis considerationibus cum in tali magno periculo exan[t]lato
(uti dictum est supra) nostras omnes facultates perierint, et
nostrum damnum habitum ad 18.000 florenos extendens, sed
tantum 10.000 florenos acceptaverimus, vestram Caesaream
regiamque et Archiducatum summam clementiam nobis
demonstraret et administrationem laudabilissimam glorioso-
rum antecessorum Caesaris Ferdinandi Secundi (beatissimi
monentis) in annexis litteris ex gratia datis (sub
signo C.) qui alios Iudaeos nobiscum in aequalem
bilancem habentes inoblita consolationis gratia, pro
illis et posteris in toto imperio, regionibusque haeredi-
tariis et in Archiducatu Austriaco in specie autem in metro-
poli Caesarea Viennae 1624 die 12 Martii omnium liberta-
tum participes fecit, nos eodem modo ad omnes instantias
sonatis rescripti pro sempiterna confirmatione clementissime,
et quidem tali modo fructuosissime gratificaret, ut nos omnes
supplicantes solummodo in toto regno Hungarico et ad tale
pertinentibus locis, liberisque civitatibus in ejus oppidis,
pagisque cujuscunque nominis pro remuneratione horum
oblatorum fidelissimorum laudabiliumque servitorum (quo
alii hoc modo animantur) nostra negotia et commercia sine
ullo impedimento exercere, etiam cum nostris mulieribus et
tota familia una cum nostris successoribus sub potentissima
protectione in omnibus locis absque ulla perturbatione habi-
tare, vivere possemus et audeamus, juxta privilegia aliorum
civium Christianorum hinc inde tecto praevalentium, pro
quali laudabilissima exspectanti Caesarea regiaeque et
Archiducata aestimabilissima gratia nos omnes in submissima
humilitate, quoad viverimus, permanemus.

Vestrae Sacrae Caesararum Regiaeque Majestatis.

Humillimi et indignissimi
servi

Abrahamus et Iacobus et Moyses**
Keppisch uterini fratres,

Bécs 1715 március 30. III. Károly király Keppich Ábrahám, Jakab és Mózes fivéreinek, a császári királyi hadseregnek életük és vagyonuk kockáztatásával tett jó szolgálataik miatt, nekik, családjaiknak, utódaiknak és vérrokonaiknak Privilegiumot ad.

Nos Carolus VI^{us} etc. memoriae commendamus etc. quod posteaquam ex complurium fidelium Nostrorum sublimioris characteris militarium officiorum utpote Generalium Belliducum Colonellorum et in Praesidiis nostris Commendantium Testimoniis ac aliorum etiam fidedignis attestationibus coram Nobis reproductis, benigne intelleximus. Qualiter Abrahamus, Jacobus et Moyses Keppich Iudaei fratres et consanguinei tum alias semper potissimum vero sub intestinis praefati Regni Nostri Hungariae novissime sopitis motibus ad requisitionem superiorum Officialium Cao Regionum Bellicorum in promovendo servitio Regio se promptissimos exhibuerint et contempto etiam vitae periculo sub praetextu commerciorum inimica castra et fortalita accedendo connatus et molimina eorundem explorando; veras et genuinas relationes attulerint nonnullos ejus temporis Tumultuantium officiales ad fidelitatem reamplectendam omni studia et industria et cum facultatum etiam suarum in eisdem erogatione disposuerint occultas correspondentias cum praefatis officialibus Cao Regiis habuerint, et licet in suspicionem ab adverso triacti poena mille florenorum et perpetuae ex Regno relegationis mulctari debuissent eandemque ad ulteriora fidelia caesareo Regia servitia se magis habilitare et creditum etiam suum conservare volentes variis modis et excusationibus ac per octingentorum florenorum exsolutionem redemissent nihilominus adverso hoc etiam casu minus curato ulterius quoque fidelem simul et utilem in promovendo Cao Regio servitio operam impendissent: Et dum secundario etiam fatali quopiam casu in graviolem suspicionem incidentes nullis amplius excusationibus suffragantibus universarum facultatum suarum ad octodeci mille florenorum semel extendentium praedae deputatarum jac-

turam cum extremo crudelissimi supplicii et ultime inter-
tionis suae periculo subiverint. Ac ob id Majestati Nostrae
memorati Abrahamus Jacobus et Moyses Iudaei humillime
supplicaverint, quatenus intuitu praedecratorum servi-
tiorum ac etiam perpessorum damnorum in recognitionem
eosdem non solum sub specialem protectionem Nostram
Caesareo-Regiam assumere verum ampliozem quam caeteri
Iudaei in praefato Regno Nostro Hungariae commorantes
quaestum suum promovendi negotiationemque ubilibet li-
bere exercendi praerogativam benigne concedere specialique
indulto Caesareo Regiam hanc Gratiam Nostram iisdem
ipsorumque filiis et nepotibus in recta linea descendentibus
firmare clementer dignaremur. Quorum Nos humillima
supplicatione ac etiam nonnullorum fidelium Nostrorum
demisse apud Majestatem Nostram propterea facta recom-
mendatione clementer moti attentis et consideratis praede-
claratis eorundem trium fratrum Iudaeorum fidelibus et
utilibus servitiis, quae, ut praemissum est, cum jactura uni-
versarum facultatum suarum et periculo etiam vitae prae-
stitissent, ac in futurum etiam quavis occasione pari fide-
litate et constantia se praestituros pollicerentur dignos om-
nino existimavimus ut in recognitionem praenarratorum
servitiorum et perpessorum damnorum peculiari gratia
Nostra Caesareo Regia et indulto consolari et perfrui pos-
sint. Quare ex certa Nostra scientia et Caesareo Regia in
quosvis fideles subditos Nostros propensione memoratis
Iudaeis Abrahamo, Jacob et Moysi Keppich fratribus et
consanguineis id clementer concedendum et annuendum
indulgendumque esse duximus, ut iidem cum uxoribus pro-
libus et domestica familia suis eorumque filii et nepotes in
recta linea descendentes ampliori prae aliis in Regno Nostro
Hungariae degentibus Iudaeis quaestum promovendi nego-
tiationem ubilibet libere exercendi praerogativa gaudere et
in quocunque praefati Regni Nostri Hungariae Partiumque
eidem annexarum loco liberis quippe et Regiis civitatibus
Nostris nec non oppidis et pagis non solum liberum commer-
cium, quaesturam et negotiationem absque ulla turbatione
(solutis nihilominus solvendis) exercere et promovere possint

verum (exceptis liberis et Regiis montanis civitatibus Nostris) in quacunq[ue] alia civitate Nostra vel oppido (salvis semper Regiis earundem Privilegiis et immunitatibus) residentiam figere et quaestum ibidem exercere voluerint, id iisdem praevia tamen super sui admissione et receptione cum Magistratu et Communitate pro justo et aequo ineunda conventionem et accorda admittatur et concedatur. Quos etiam in benignam Caesareo Regiam protectionem et tutelam Nostram specialem praevio modo assumsimus. Imo de plenitudine Auctoritatis Nostrae Caesareo Regiae concedimus annuimus indulgemus et assumimus Harum Nostrarum secreto sigilli Nostro quo ut Rex Hungariae utimur inpendenti communitarum Vigore et testimonia literarum.

Datum in citte Nra Vienna Austriae die 30 Martii Anno Dni 1715.

Másolat az Országos Magyar Zsidó Múzeumban őrzött hitelesített kópiáról.

49.

1715 május havában. Mózes Löbl, szenci bérlő és vámos kéri a királyt, hogy földesuraihoz intézett utasításban adjon kilenchavi halasztást Lazar Benes, kitért zsidó által ellene indított per tárgyalására, hogy időközben a szükséges iratokat is beszerezhesse.

Sacratissima Caesarea Regiaque Mattas Domine Dne Clementissime.

Ad immensarum gratiarum Mattis Vrae Scrmæ Thronum provolutus humillime ac lamentabiliter exponere necessitor, qualiter nam cum Iudeo condam Lazaro Benes alias Tapolcsanii dicto societatem mercantia Agriae ineundo, pro necessitate, occasione, et prosecutione ejusdem conservandae societatis (ut fieri assolet) diversa contraxissemus debita, ex post autem nos abinvicem separando, ille Agriae, ego vero, Senta in Dominio D. D. Comitum Francisci et Josephi

Eszterházy permansurus, talem inivimus transactionem (cujus par abjacens pag: 1^a humillime demonstrat) ut ille Benes omnia debita tempore durantis societatis contracta super se assumat, ac siquidem ratae meae valorem in auro, vel argento a me jam percepisset, omnes creditores jam in me nullum amplius regressum quaesituros contentet. Interea temporis praelibatus Iudaeus Tapolcsanii Christianus factus, adeo tamen fidem mihi datam servavit, ut cum creditoribus se comportando (veluti opinio prae se ferret) nemo eorum apud me se insinuasset, donec idem Tapolcsanii profugus etiam factus fuisset. Gömrey Venerabilis Capituli Agriensis praefectus me nuper dierum in Sede Dnali Sentiensi convenisset, quae Sedes Dnalis Posonii celebrata magna argumenta juribus meis deservientia agnoscendo (prouti par deliberationis adjacens pag. 2^{da} declarat) bimestrem termini dilationem pro investigandis couprobandis, et producendis documentis gratiose mihi impertivit, neque sub jurisdictione Dnali plena cum securitate, fideque jussionale permanere jussit.

Cum autem ego medio temporis adeo sim infirmatus, ut in praesentiarum vix ossibus haeream, consequenter necessariam hoc in passu inquisitionem nec peragere, minusque juribus meis consulare potuissem; praelibati autem D. D. Comites tanquam Domini mei terrestres praefixum terminum propria Authoritate nullatenus differe possent, nisi fors interessati audire vellent.

Eapropter Majestati Vestrae Scrmæ humillime de genu supplicandum esse duxi, quatenus eadem misero sed innocenti statui meo compatiendo, validissima jura mea, ne pugnantia pro me argumenta in condignam considerationem summendo, non in juris, et justitiae cavillationem, sed ut interim aut ipsum fidefragum et profugum invenire, et ipsum foro judiciario sistere, aut inquisitionem peragere, litteralia instrumenta et documenta exquirere valeam, novem mensium dilationem, et respirium mihi clementissime conferre, Mandatumque Dilatorio Inhibitionem ad Dominium Sente

sonans, mihi extradare facere dignaretur. Ius et justitiam implorando, emorior.

Majestatis Vestrae Sacritissimae

humillimus, perpetuoque fidelis subditus
Moises Lebell Arendator et
Teloniator Sententis.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1715 Majus Nrs. 94.

50.

Bécs 1715 május 18. A magyar udvari kancellária felkéri gróf Eszterházy Ferencet és Józsefet, mint a szenczi (Pozsony m.) uradalom birtokosait, hogy a Mózes Loebel, szenczi vámos és bérelő ellen tartozása ügyében megindított per tárgyalásának napját későbbi időre tűzzék ki, hogy a beteg alperes addig a szükséges okmányokat beszerezhesse.

Illustrissimi Dni. Comites, nec non Perillustres ac Generosi Dni. nobis observandissimi.

Salutem et officiorum nrorum. Commendationem. Iudaeus Moyses Lebell, Arendator et Teloniator Szentensis per Egregium Dominum Joannem Gömrei, tanquam Actorem in facto certi praetensi debiti ad sedem Dominalem Szentensem in causam attractus, dilatoque per constitutos eatenus iudices ex officio primo termino, nunc iterum ad eandem sedem Dominalem citatus et certificatus, quibusnam ex causis et rationibus pro dilatione moderni jam jam pro foribus existentis termini, apud Sacram Caesaream Regiamque Majestatem Dnum. Dnum. nrum. clementissimum perquam demisse supplicet, ex praesentibus copialiter incluso demisse memoriali ejusdem uberius intellecturae sunt praetitulatae Dominationes Vrae.

Cum autem allegatae in praesenti memoriali per supplicantem rationes ac excusationes justae et legales esse dignoscerentur, justae vero rationes et excusationes, qualis supplicantis interventa gravis infirmitas esset, ad mentem positivarum Regni legum notanter vero Tit: 59. Par. se-

cundae Op. D: T: per Iudices quosvis procedentes, in quocunque foro, aut sede Iudiciaria admittendae venirent: Et alioquin etiam quod ad commodius tempus differtur, per id pro sublato non haberetur: Sed et praecipitantia in jure noverca Justitiae esse comperiretur.

Ac proinde supratitulatas Dominationes Vestras, hisce ex officio, serio ac diligenter requirendas atque hortandas esse duximus, quatenus rebus sic stantibus legibus, causis et rationibus ex praedecclaratis terminum modernum illico differe et prorogare, alterumve pro exquirendis praerepetito supplicanti incatto, causaeque ejusdem deseruiantibus necessarius attestationibus et literalibus documentis sufficientium dierum terminum praefigere, ab omnique pro nunc praedictae causae revisione, aut supplicantis damnificatione et aggravatione supersedere velint ac debeant praetitulatae Dominationes Vestrae. Quas in reliquo servet Deus diu feliciter viventes et valentes. Datum Viennae Austriae die 18. Mensis Maji Anno Dni. 1715.

Intitulatio.

Illmis. Dnis. Comitibus Francisco et Josepho Eszterhazy de Galantha (competens titulus apponatur) qua Domini Szentensis haereditariis Dominis Terrestribus, nec non Prllibus ac Grosis Dnis N: N: in causa introscripta celebrandae Sedis Dominalis constitutis Iudicibus, simul vel divisim constitutis, Dominis observandissimis

Mednyánszky.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1715 Majus Nrs. 94.

51.

Maniga (Nyitra megye) 1715 július 9. Jegyzőkönyv, felvette Nemsovai György, nyitramegyei szolgabíró és Kochanovszky Ádám, megyei esküdt 3 zsidónak nagyszombati kaszások által Spácza és Szered közt történt elfogatásáról.

Anno 1715 die 9. Mensis Julii, in possessione Manigha Comitatu hocce Nitriensi existenti habita, vigori commissionis Perillis ac Grosi Dni. Adalberti Sandor de Szlavnicza,

attacti Cottus Vice Comitis, ad requisitionem Excellmae Dominae Comitissae Barbarae Erdödy, Excellmi condam Dni Comitis Adami Czobor Relictae Viduae emanatae, nos infrascripti Judlium et Jurassor Cottus ejusdem in testimoniorum exactione juxta subinsertum. De eo utri Punctum, processimus modo et ordine sequenti.

De eo utrum

Tudgyae, láttae vagy hallottae az Tanu, hogy föllyeb irt Esztendőben die 20 Junii Marchus Keczl, Leeb Michel és David Abraham nevő Sidok Szpaczarul Szered felé menvén, micsoda helyről, es ki határárul némely kaszások azon Sidokat Sagy Szombath Városaba be hajtották légyen.

1mus 2dus et 3tius Testes Martinus Konyeczky Annorum circiter 42, Spanus Excellmae Dnae Comitissae requirentis Manigiensis. Joannes Misik, Annorum circiter 47 subditus ejusdem et Michael Miklovitz Annor. circiter 38, subditus Excellmi Dni. Comitis Adami Kollonich, uterque incolae Manigiensis post juramentum fassi sunt: Személyek szerint Mezzőben ki menvén, a mely helyt aláb irt fatensek (kik akkoron Sidokkal együtt ott voltanak) nékiek meg mutatták az honnan De eo utrumque meg nevezett Sidokat Nagy Szombathba be hajtották légyen, jól tudják, hogy azon helységhez közönségessen neveztetik Mnicski Határnak, kiis mostanában Nagy Szombatiak ususában vagon.

4tus et 5us Testes Martinus et Franciscus Szulik prior Annor. circiter 32, alter vero circiter 28, Incolae Sassinienses subditi Excellmae Dnae Comitissae Czoboriannae, eotum unus Auriga existens, et alter cum praescriptis Iudaeis in Curru sedens, post juramentum retulerunt Jol tudgyak, hogy a minémő helyt első fatensekh oculatate meg mutatták, ugyan azon helyről nem masunнан megnevezett Sidokat De eo utrumque föl tett időben némely kaszások Nagy Szombathba be hajtották.

Super qua modo praevio per nos ex acta Testium fassione Jurium memoratae Excellmae Dnae Comitissae Requirentis futura pro cautela necessarias praesentes nostras

propriis sigillis, Singraphisque munitis extradeditimus Literas Testimoniales. Actum die, Anno, Loco, ut supra.

Georgius Nemsovai
Iudlium Comitatus Nitriensis.

Adamus Kochanovszky
Jurassor Cottus Ejusdem.

L. S.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1717 Majus Nrs. 38.

52.

1715 július havában. Gróf Kaunicz Uld. Miksa, mint a fiatal Lichtenstein hercegek gondnoka, panaszt emel III. Károly előtt Nagyszombat magisztratusa ellen, ki, a most az ő védelme alatt álló és a szeredi vásárra utazó zsidókat letartóztatta, bántalmazta és közülök Ketzelt Martint bezáratta és eivette tőle azt a pénzt is, melyet az uradalomtól bevásárlás végett kapott.

Sacra. Caesarea Regiaque Majestas

Domine Domine naturaliter Clementissime.

Fatalem ac Commiseratione dignum Casum Iudaeorum sub mea Protectione, qua Principum Iuniorum a Lichtenstein Tutoris et Curatoris constitutorum, humillime Eidem Matti Vrae Sacrae repraesentare necessitor. Qualiter nimirum iidem Iudaei Martinus Keczl, Michael Lebl, David Abraham nuper Hebdomadarum partim quaestus exercendi gratia, partim vero pro necessitate Dominii coëmendis certis Bobus ad publicas Nundinas Szeredini eorum celebratas, profecti fuissent, eosdem conductus ipsorum auriga alias Territorii Tyrnaviensis exactam Notitiam habens Via publica et Regia ex Pago Spacza versus memoratum Oppidum Szered duxisset, et ad certum Territorium vulgari nomine Mniszky appellatum, pervenissent, ubi certi Falcatores Tyrnavienses plusquam more Praedonico adorti sunt, et tam illos, quam vero cum eisdem constitutos Christianos qualiter nam tractaverint ex annexa Attestatione sub A. uberius benigneque Mattas Vra Sacra percipere dignabitur; Postquam vero ante Magistratum pretactae Liberae ac Regiae

Civitatis conducti fuissent. Loco, ut justitiam nancisci valuissent, eosdem Iudaeos ad invicem separando Martinum Keczl ad diros carceres conjecerint, ibidemque omnium consortio, prouti et solari luce privatum, tantum ex amore oblationis ipsis facta commoti, eundem coram conspectum suum Magistratualem admiserant; Cui quidem Pecunias Dominales primo restituerant ac ideo sese super ejusmodi sibifacta restitutione quietari quoque fecerant, demum vero post extraditionem similium quietantiarum iterum ab eodem Iudeo illam eandem Pecuniam receperant, ac tam Pecunias, quam vero Expeditorias Iudaei apud sese detinerent, qui Actus^{*} an uni Magistratui condecens sit, altae Vrae Sacmae Mattis submitto Iudicio? — Et siquidem prouti ex annexa Attestatione sub B. ac Literis Inclyti Comitatus Nitriensis Jurassoris sub C. clarissimum evaderet, quod iidem Iudaei in Territorio Tyrnaviensi constituti non fuissent, quia tamen illi non alicujus Quaestus ibidem in territoria antelatae Civitatis Tyrnaviensis in praejudicium Civium Ejusdem exercendi gratia, verum ad Nundinas publicas, non clam et viam prohibitam, verum aperte per viam Regiam profecti fuissent, ideoque sub salvo Conductu constituti exstitissent, quam ex nullo praetensi cujuspiam Privilegii vigore privato, vel Magistratui sine incursione poenae violare liceret, hinc est, quod et si plurima Regna, prouti Hyspaniarum, Bavariae et Saxoniae statuta habeant, quod nulli Iudaeorum in eisdem degere admissum sit. Nihilominus tamen securum Transitum indulgerent, ac in publicas Nundinas, prouti Libsiae celebrari consuetas, eosdem in Saxonia admitterent, tanto ergo magis, ubi Leges Inclyti Regni Hungariae, a Temporibus Divorum Hungae Regum Sancti Stephani, Sancti Ladislai, nec non Colomanni Libro Primo Cap. 74 Eosdem Iudaeos tolerassent (non obscure innuente et Articulo moderno novissimae Diatae Poseniensis, qui non aliud, quam, ut ab Administratione Teloniorum abstinere deberent, praeciperet) hic Transitus Eisdem libere concedi deberet, quia rationi consonum est, quod quando quis in Regno toleratur, eidem et securus Transitus indulgeatur, ac per hoc solum obsoleta Privilegia, vel Statuta et fors a nullo Vrae Mattis

Sacrae gloriosorum Praedecessorum confirmata ipso facto annullata esset, dictante Titulo 12. Partis 2^{dae} Operis Decreti Tripartiti cum alioquin Privilegia privata, Lex esse soleant, omnem autem legem etiam Communem, tanto autem magis privatam ratio commendare soleret; Cessante namque ratione legis ipsa lex quoque sive ea communis, sive privata et privilegialis sit, cessare deberet. Hinc autem praetense Magistratus Tyrnaviensis Privilegio nulla ratio inesset, nisi quod ad incommodandos aliorum subditos Iudaeos innocentes Ansa praebeatur, ac ad privatam Commodum querendum color inductus habeatur, Publicum vero ob interurbationes commerciorum, quae aliunde sat exilia in Regno essent, patiatur?

Ideo Eidem Matti Vrae supplico humillime, quatenus hic sub. D. specificatas pecunias, ac res praetactis Iudaeis ablatas immediate restituendas, ac denique praetensa Statuta vel Privilegia tanquam aequitati et posterioribus Legibus Iudaeorum tolerantium in Regni admittentibus Contraria, nullisque Legalibus rationibus irradicata, quin commune commercium et Commodum turbantia, simpliciter, ac ex Autoritate Suprema Caesareo Regia Titulo praecitato 12 Partis 2^{dae} Vestrae Sacrae Matti pleno jure indulta simpliciter cassare, aut vero si ex Rationibus Vrae Ssmae Matti aliter disponere de eis videretur, praetactam Liberam ac Regiam Civitatem ad producenda eadem Statuta, vel praetensa Privilegia Ria adigere, eademque clementer intueri ac qualiternam observanda sint, si quae darentur, explanare, demum pro illatis ipsis Iudaeis injuriis, corporisque pressuris et Plagis, competentem satisfactionem dandam adinvenire, ac dictare et nihilominus, usque idem Magistratus Privilegia sua non produxerit, expressamque a Matre Vra Sacra Indulgentiam et Declarationem non obtinuerit, ut Iudaeos per Viam Regiam Trans Territorium ipsius Civitatis proficiscentes nullatenus arestare ausit, quin liberum ipsis Transitum indulgere debeat, ipsisque Iudaeis tantisper benignum Salvum Conductum suum indulgere Vestra Ssma Majestas clementissime dignetur. Quam Mattis Vrae Ssmae

Gratiam et justitiae Administrationem Ego quoque humillimis servitiis meis promereri adnitor.

Ejusdem Mattis
Vrae Sacrae.

Humillimus perpetuoque Fidelis Subditus
O. M. C. a Kaunicz et Rittberg.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1716 Septembris 7.

53.

Bécs 1715 julius 29. Királyi parancs Nagyszombat városának tanácsához, hogy a szeredi vásárhoz utazott morva zsidóktól elvett pénzeket és tárgyakat visszaadják, nekik méltó elégtételt szolgáltatassanak és privilégiumuk másolatával együtt az ügyről pontos és hű jelentést terjesszenek fel.

Carolus 6 Dec gratia etc.

Prudentes et circumspecti, Fideles Nobis dilecti: Demisse repraesentavit Matti nrae. Fidelis isdem noster Nobis dilectus, Spectabilis et Mgcus Maximilianus Odalricus Comes a Kaunicz et Rittberg, Consiliarius et Camerarius noster, qua juniorum Principum a Lichtenstein Tutor et Curator, Qualiter his proxime evolutis diebus certos Iudaeos ad Nundinas Szeredienses proficiscentes, ex eo praetextu, quasi vero per Territorium Vestrum, aut saltem in extremitate ejusdem pertransivissent, captos et verberatos, ac in Arestum ad vos deductos incarcerare, ibidemque macerare, ac tandem Pecunias et res apud eosdem deprehensas, cum tamen eadem Pecuniae non ipsorum propriae, sed Dominii fuissent, detinere, imo erga Quietantiam ipsi Iudaeo restitutas, iterum ab eodem adimere, et una cum Quietantiis retinere, distrahere, ac inter Vos dividere nil pensi duxissetis; prouti haec omnia ex accluso humillimo ejusdem Memoriali, et annexis Fassionibus uberius percepturi estis. Et quia ex iisdem Questationibus eliceretur, eosdem Iudaeos extra Territorium Vestrum, vel in consignitate ejusdem per christianum aurigam in antecessum adhuc, ne Territorium Vrum

attingat praemonitum, imo omnimodo declinatum vectos absque omni rationabili causa violenta manu aggressos, captos, verberatos, et ad Arestum ad Vos deductos fuisse, ac praeter omnem eorundem culpam dueros carceres pati debuisse, imo omnibus secum habitis rebus et Pecuniis etiam Dominalibus privatos extitisse: Et licet ne fors eorundem Iudaeorum Aurigam fines Territorii Vri attigisse comprobari posset, non tamen ob hoc ipsi Iudaei Territorii Vri metas ignorantes, et ideo Aurigae suo confisi dolo malo egisse, aut praetensis Privilegii Vris aliquod Praejudicium inferre voluisse argui, et consequenter tam graviter puniri, et praesertim Dominium propter eosdem, etiam si culpabiles essent, damnificari valuisset.

Quapropter Vobis harum serie firmiter praecipientes committimus, quatenus rebus sic stantibus, universa a praenotatis Iudaeis praevio modo adempta, et indebite ablata praesertim vero Dominales Pecunias absque ulteriori renitentia restituere, ipsisque Iudaeis condignam satisfactionem impendere, ac super praemissis, et aliis in adhuc Memoriali deductis querelis genuine, et fideliter, cum transmissione ejusmodi Privilegii Parium, Mattem nram informare debeatis et teneamini. Gratia in reliquo nra. Datum in civitate nra. Vienna Austriae die 29. Mensis Julii 1715.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1716 Septembris 7. L. ehhez még Conc. Exp. 1715 Augustus Nrs. 3.

54.

Bécs 1715 július havában. A Bécsben lakó Simon Michel, pozsonyi zsidó, engedélyt kér III. Károlytól arra, hogy Pozsonyváros falain belül, az ottani polgárok akarata ellenére is, fiaival együtt bank- és váltóházat nyithasson.

Augustissime Imperator et R. El. Dne. Dne naturaliter Clementissime.

Ea est Austriaca innata Vestrae Sacritissimae Majestatis clementia, quod etiam minimorum subditorum suorum fidelia praestita servitia, accumulatis Caes^o Regiis gratiis

Compensare Consueverit. Quorum Exemplo et Ego fretus ad Augustissimum Vrae. Sacrae Majestatis solium provolutus humillime exponere praesummo.

Qualiter nimirum ego a multis annis in variis occasionibus tum, dum adhuc Posonii habitassem, tum vero a quo tempore hic in Residentiali Vrae Ssae. Mattis Civitate Vienstensi degerem, fidelia, et Vrae. Sacrae. Matti haud ignota, ea quae potui cum omni alacritate et zelo praestiti servitia, eadem ulterius quoque pari fervore continuare haud intermissus sum. Et siquidem adverterem, quod ad maximum tam Militae, quam vero aliorum Vrae. Sacrae. Mattis. Proventum, prouti et Incolarum discommodum nulla prorsus Cambia in Inclyto Regno Hungariae dentur, ob quorum defectum Transportationes etiam minimarum persaepe summarum, aut cum gravibus sumptibus, aut vero cum extremis periculis, magnique temporis deperditione fieri debeant. Hinc est, quod persaepe etiam alias in rebus gerendis accuratissimi Domini, aut etiam mercatores, vel quaestores promissa sua adimplere non possent, et in discreditum, rerumque ac facultatum suarum jacturam devenire necessitarentur, quibus facile per erigendum unum in Regno Cambium remedium salutare poni posset. Quod ipsum, si Vrae. Ssae. Matti. innata accederet clementia (cum ad hoc effectuantam competentibus praeditus essem mediis), in effectum deducerem. Ut autem opus hocce publicum, sine aliqua discontinuatione suum sortiatur Cursum, Taberna talis Campsoria in Civitate bene murata, prouti Posoniensis esset, erigi deberet. Cujus tamen erectio, cum praeter paratarum pecuniarum Transmissiones in se nihil contineret, mercatoribus et civibus, qui ex mercibus aut vero diversi generis et speciei quaestu suum commodum sentire solerent, nullatenus noceret, sed neque aliquis in toto Regno tale cambium, cui praejudicium inferri posset, hodiernum usque in diem exercuisset. Praeterea domus ipsa monetaria Posoniensis, quae pro decore totius Regni ibidem Posonii, ulterius quoque continuari deberet, plane in defectum ex eo veniret, quod nullo fundo provisa existeret, quo aurum, aut vero argentum in instanti coëmi valeret, quare homines argen-

tum habentes, antequam similis materiei Transmonetationem praestolentur, ad exterarum provincias et Regna educere consueverint, possent autem cum anticipatione aliquot milium florenorum huic Domui Monetariae provideri, quod et me facturum polliceor. Ideo Eidem. Matti. Vae Ssae supplico humillime, quatenus ob amorem publicae emergentis utilitatis, Magistratui memoratae Liberae ac Vrae Ssae. Mattis. Regiae Civitatis Poseniensis, clementer eidem Majtas. Vra Ssa imponere et demandare dignetur, ut unius, aut alterius contradictione, vel oppositione non obstante, in eadem civitate intra muros memoratam domum, seu Tabernam Campsariam erigere mihi liceat, idemque Magistratus admittere debeat, ac eatenus, ut opus hocce ponderosum, ac in se delicatum, majori cum quiete ac securitate adoriri valeam, me, filiumque meum consorcium meum, ac ad hoc opus perficiendum et continuandum destinandos meos homines in clementem protectionem Suam assumere pariter Eadem Majestas Vra. Ssa. dignetur.

Quam Mattis. Vae. Ssae. gratiam ego quoque diebus vitae meae humillimis servetiis meis mediantibus promereri adnitor.

Ejusdem Mattis Vae SSae

Humillimus perpetuo fidelis subditus.
Simon Michel.

Kivül: Praesentem demissimam Instantiam Matti, Vrae. SSae. humillime recomendo.

Comes Nikolaus Pálffy.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1715 Juliú 30.

Kaufmann D. Aus H Heines Ahnensaal 218—220. I.

Bécs 1715 július 30. A m. kir. udvari kancellária pártolólág áteszi az illetékes magyar kamarához Michel Simon felségfolyamodványát, melyben egy nagyon szükséges és üdvös bank- és váltóház létesítésére engedélyt kér.

Excellentissime et Illustrissime, Spectabiles item et Magnifici, nec non Perillustres ac Generosi Domini Nobis observandi.

Salutem et servitiorum nostrorum commendationem. Aulicus hebraeus Simon Michel cognominatus, quibusnam ex motivis et rationibus, et qua intentione in Litera et Regia Civitate Poseniensi Domum Campsoriā instruere, ac etiam Domui Monetariae in procurando Auro et argento providere, adeoque Residentiam et habitationem in Loco securiori praefata nimirum Civitate interiori sibi conducere, cupiat, eatenusque benignam Regiam Protectionem demisse imploret, ex acclusa Ejusdem humillimi Memorialis per Excellentissimum Dominum Comitem Palatinum Suae Majestati Sacrae recommendati Copia, uberius intellecturae sunt Excellentia et Illustrae, Spectabiles et Manificae, nec non Perillustres ac Generosae. Dominationes Vrae. Cum autem mentionati Iudaei intentio, non solummodo ad ipsius Regy-Aerarii promotionem, verum publicum etiam Minorum Regniculorum (ex defectu ejusmodi Campsoriae commoditatis saepius graves in transportandis, et translocandis Pecuniis sumptus, fatigia, et quandoque etiam pericula, imo damna subeuntium) commodum, ac utilitatem deservire dignosceretur. Ipseque Iudaeus de omni praejudicio, sive ipsi Civitati Poseniensi, sive Negotiatoribus ibidem Civilibus inferendo, sufficientem Cautionem dare, et semet per Reversales obligare paratus esset, et pacto hoc nemini nocere, quin omnibus beneficio Ejusdem uti Volentibus prodesse cupiat, adeoque contrarias quasvis difficultates aut oppositiones superare videretur; Interim vero negotium hoc, praesertim respectu Domus Monetariae per Eundem providendae, praeprimis ad Regiam istam Inclytam Cameram Hungaricam pertineret.

Eapropter memorati Hebraei humillimam Instantiam, cum praetitulatis Dominationibus Vestris eo fine officiose communicandam esse duximus, ut si quid considerationis eatenus superesset, aut quidpiam ad huc desideraretur, mentem superinde suam nobiscum communicare haud gravatim velint, quatenus eadem etiam percepta, humillimam dicti Hebraei instantiam altissime fatae, Suae Matti. Sacrae.

fundamentaliter refere, benignamque ejusdem Resolutionem et Dispositionem experiri possumus. In reliquo Excellentiam, Illrmas., Spectabiles et Magnificas, nec non Perillustres ac Generosas Dominationes Vestras diu salvas et incolumes vivere ac valere cupimus.

Viennae Austriae 30. Julii 1715.

N. N. Cancellarius, caeterique Regiae Hungaricae Aulicae Cancellariae Consiliarii.

O. L. Ben. Resol. 1715 Julii 30. U. a. sub Conc. Exp. 1715 Augustus Nrs. 79. is található. L. még Kaufmann, Aus Heines Ahnensaal 216—218. l.

56.

1715 augusztus havában. Gróf Kaunicz Miksa U., a hunno-bródi uradalom birtokosa, mint zsidó alattvalóinak védura, kéri III. Károlyt, hogy rendelje el, miszerint Dávid Jakabot, ártatlan alattvalóját, kit Palugyay Ádám szenicei harmincados börtönbe vetett, és akinek szökésétől nem kell tartani, óvadék ellenében szabadlábra helyezték.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas Domine Domine Clementissime etc. etc.

Majestati Vrae. Ssmae. suplex defero, qualiter per Dominum Adamum Palugyay, alias Tricesimatorem Szeniczensem subditus meus David Jacobus per prius propria illius auctoritate duabus hebdomadis jam, aut in 10. septimanam in arresto lugere facit, talemque enormem tractandi modum non absque magno resensu flexo de genu Eidem Majestati Vestrae Ssmae enarrare cogor; sed quia historica ejus deductio in longius et fusius scriptum emergeret, si pro deductione ejusdem, ac per consequens mei benigna exauditione alte dicta Majestas Vra Ssma unum ex Excelsae Cancellariae suae Regiae Aulicae Consiliariis ad referendum ex post ipsi Excelsae Cancellariae clementer ordinare dignaretur, omnem ejusdem miseri, ac a quadrante jam ferme anni in arresto gementis subditi mei innocentiam ostendere, ab ovo inten-

derem, quod utique supplico, ut vel per ejusmodi deputationem hic ostendere valeam, vel certe via novi contra ar-
 restantem procedere queam. Interim miser ne tam
 diuturno carceris squallore ulterius marceretur, imo inter-
 eat, eo usque donec superinde benignam Mstis Vrae Ssmae
 resolutionem, utrum videlicet hic investigare facere, aut ad
 viam novi relegare, Msti Vrae Ssmae libuerit accipere, ab
 omni illa declaratione, et indemnitate subditi mei demon-
 stratione, ad interim praescindo, item utrum bene aut male
 processum sit, et hoc etiam ad idem tempus in suspenso
 relinquo, unicum duntaxat titulum 28 part. 3^{tiae} Matti Vrae
 Ssmae intuendum cum humillitate submitto, titulus ille hoc
 per expressum innuit, ut dum ipse etiam manifestus debitor
 convincitur, ac satisfacere renitens, manibus adversarii tra-
 ditur, adhuc adversarius cum ulterius servare nequit, quam
 ad dies 15. quibus elapsis cautionem fidei ab eo accipere,
 ipsumve dimittere tenetur, toties obtulit, cautionem fidei
 acceptata non est. Ego per litteras meas Excell^{mo} ac Illmo
 Domino Epp: Nitriensi, qua Comitatus nominis ejusdem
 supremo Comiti scriptas, bis obtuli cautionem pro eo, de
 non suspecta fuga, et demissus non est. Qualis quod haec
 legis observatio, si propterea dimissus non est, quod sit
 Iudaeus et lex pro Christianis condita esse supponitur, cur
 igitur contra eandem, processa Christianis deserviente actum
 est, sed lex personas non distinguit, imo vero si Iudaeis instar
 aliorum subditorum leges Patriae non deservirent, cur
 tit. 35 part. 3^{tiae} Tripartitum juramentum iisdem praescrip-
 tum haberetur, inde colligitur, quod et active et passive ita
 juri stare possint, uti reliqui Christiani subditi, imo vero tit.
 31. part. 3 quod ignobiles per semet cum nobilibus lites
 ingredi, sed Domini eorum terrestres pro iisdem agere vel
 si incausati sunt, judicium de iisdem impendere debeant,
 praecipit, ego autem Dominus subditi mei terrestris irrequi-
 situs subditum judicatum et in carceres conjectum ad obla-
 tam cautionem fidei propriam ita et de non suspecta fuga
 meam non demissum intueri debeo; quis unquam audivit,
 ut Iudicaria certificatis 8^{va} vel nona Maji per Iudlium eve-
 nial, et judicium 13 sequatur, ubi est termini com-

petentia? Praeterea in Cottu. Nitrien. Iudices Nobilium non nisi ad 120 fl. in purissimis liquidis, et etiam habent praecedendi facultatem et hoc vel penes exmissionem Cottus, vel penes comissionem Vice Comitis et neutiquam aliter. Et tamen Dominus Emericus Tarnóczy illius Comitatus Iudlium processit ad fl. 6755 extra comissionem et exmissionem et quidem processit sub Diaeta, ubi tam ex vi Articuli 12. Vladisl. Reg. Decr 6 jura silere, quam et ex dictamine Artic. 49. 1655 nullae executiones peragi possent bene sciens, me qua Regni-indigenam et ut Majestatem Magnatem Regalibus ad Diaetam vocatum, si non personaliter ad minus medio plenipotentiarii mei, in ea praesentem fuisse solvere se quidem vellet, ostento sibi scriptotenus aliquo compromisso per quod ipse subditus meus in judicatum consensisset, sed adest pro manibus compromissum idem coramisanis omni momento, una cum ipso processu praestanda attestatio, quod nunquam aliter compromiserit quam ad amicabilem compositionem tentandam et ratio suppetit quoque nam quomodo subditus juris gerendi incapax compromississet, absque scitu Dni, item si ad iudicium compromississet, habeo meos procuratores, quibus curae est defensa subditorum meorum; docebit, id repelitus subditus meus, quod ad positionem 4509 fl. antecedentes cum alio Iudaeo mihi ignoto, et non cum meo subdito, contraxerit, et subditus meus non nisi post liberationem sui ex arresto priori, ad quod ipsum propria auctoritate conjecerat, et sub fidejussione constitutus se de hac positione reservare debuerit; docebit id, quod cum proventu regio Tricesimali, ad creditum disposuerit, docebit id, quod conquestor alterius mihi incogniti Iudaei ad simultaneum lucrum fuerit, quodve se cum rebus mercantilibus, quarum pretium nunc in subdito meo praetendit, in vectigali Regio Silesitico insinuaverit, fors an docebit id etiam, quod se cum rebus illis transiens Bellicorum officialium nominaverit, ne fors docebit id quoque, quod cum porteca illa, pro qua, uti praemissa est, praetium a subdito meo in positione florenorum 4509 desiderat, Telonium Regium unum dum eam transvexisset, circumiverit, tandem docebit id quoque, quod dictam par-

tem, quae nec mei subditi, sed alicujus alterius Iudaei silesitici fuit, solus redemerit, et ad manus suos acceperit, cum eaque disposuerit, docebit tandemque, quod post convictionem subditi mei ita inordinatum, attacta porteca ad manus ipsius Dni Pallugyay tradita exstiterit et adhuc subditus meus ita enormiter pati debet? punctum justitiae non permittit.

Ac proinde Majestati Vrae Ssmae flexo de genu supplico eccepta ab ipso arrestato subdito meo fidei et mea qua Dni sui terrestris de non suspecta ipsius fuga antelato Domino supremo Comiti literatenus data cautione dignetur eundem subditum meum liberum dimitti facere, ac ita procedenti Iudici Nobilium eatenus serio demandare, utque ego tam contra tam enormes ausus memorati Adami Palugyay suo modo quam vero et contra inordinatum eundem processum, via novi, uti in generalibus juridicis remediis procedendi ipsa nostrorum natura in omnibus exigit, ac stylus eorundem circa omnia personalia exprimis procedere possim, mihi clementer indulgere: Quam Majestatis Vrae gratiam humillimis servitiis meis remereri non intermittam, permanens.

Majestatis Vrae Ssmae etc. etc.

Humillimus perpetuus fidelis
Vasallus

M. U. Co. Kaunicz et Rittberg.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1715 Augustus Nrs. 57.

57.

Bécs 1715 augusztus 9. A bécsi Schlesinger Farkas és fivére Izrael, kőszegi vámos, hivatkozva az uralkodói háznak tett szolgálataikra felségfolyamodványban azt kérelmezik, hogy III. Károly király nekik oly privilegiumot adjon, mint amilyent nagy, dicsőemlékű elődje, II. Ferdinánd 1624 március 12-én a bécsi Marburger Esknek (Ezekielnek?) a görcki Pinkerle Joelnak, a gradiskai Marburger Mózes és

*Jakabnak és a trieszti Parente Veturának hasonló érdemek
miatt adott.*)*

Sacra Caesarea Regiaque Majestas,
Domine Domine Clementissime!

Quandoquidem tenore et in virtute hic sub A. anexarum benignarum suarum Literarum Patentium, Ferdinandus secundus condam Romanorum aequae tunc Imperator et Hungariae Rex desiteratissimus Mattis vrae Smae avus et antecessor, gloriosissimae reminiscendae, in anno 1624 die vero 12^{ma} mensis Martii, in hac ipsissima Archiducali Civitate sua Viennensi Esk Marpurger, Ioel Pinkerle, Goritiae, Moisen et Iacobum itidem Marpurger, Gradischae, nec non Venturam Parente, in Triest, eorum degentes et commorantes, omnes omnino Hebraeos, non solum ipsos solos, verum etiam eorum uxores, proles ac generos, et consanguineos, totamque eorum familiam, ex eo benignissimo intuitu, et clementissima consideratione, quod nimirum iidem, praesertim quidem sic dicta Veneta, ejus temporis expeditione bellica, Augustae Ejusdem, ac concomitanter Mattis quoque Vrae Smae Domui Austriacae, cum manifestatione vitae, fortunarumque et facultatum suarum jactura, adversus Ejusdem hostem, sine ulla laborum et fatigiorum suorum parcimonia, fidelia ac indefessa exhibuerint obsequia, in benignissimam Suam Caesareo-Regiam tuitionem et protectionem, gratiamque et evictionem, ac comitivam, cum ea per expressum declarata ingeneratae Austriacae Clementiae suae, et benignitatis expressione assumere dignatus fuisset, quatenus praenominati Hebraei, eorumque haeredes et posteritates familiaeque ac iis adhaerentes, universa et quaelibet mobilia et immobilia, bona et facultates suas, quae nimirum iidem actu possedissent, et acquisivissent, acquirereque potuissent, iisdem libere uti, frui et gaudere: in illis locis, ubi ejusmodi Hebraei cum Caesareo Regia sua, et Magistratus annuentia tolerarentur, ubilibet secure degere et morari, ac in eorum

*) Ezen privilégiumotl. Wolf G. Ferdinand II. u. die Juden 39—41. I. és Monatsschrift 1858, 369—371. I.

negotiatione et ceremoniis, consuetudinibus et sepulturis, ac in aliis quoque quibuslibet, contra communitalis hebraicae jura et libertates Caesareas, constitutionesque Imperiales, nullatenus gravari, turbari, molestari et impediri: nec minus etiam ubilibet in Sacro Romano Imperio, ac in aliis quoque Regnis, Principatibus et Provinciis haereditariis libere ac secure itinerari, mercari et negotiari, ac iis omnibus statutis et libertatibus, quas nimirum Iudaismus a sua Majestate vel Ejus praedecessoribus consecutus fuisset, absque quorumvis impedimento, contradictione, aut reclamatione aliquali, uti, frui et gaudere possint ac valeant. Sed etsi etiam quispiam contra annotatos Iudaeos, eorum uxores, proles, et generos, in personalibus aequae et realibus quampiam actionem se habere posse speraret? eandem adversus eos nullibi alibi, quam coram sua Caesareo-Regia Majestate, vel subordinato Ejusdem judicio, ad quod videlicet eosdem sua Majestas remissura erit, aut ubi illi domicilium suum fixum habuerint, et secus etiam coram quo stare et respondere tenerentur, movere et procedere debeat. Non absimiliter etiam ii in sacro Romano Imperio, in illis locis, ubi alias Iudaei intromissi essent, et penes saepissime altetitulatae Suae Mattis Smae, Ejusdemque Praedecessorum Privilegia persisterent, donec et quousque alii Iudaei in S. Romano Imperio, Regnisque, ac Principatibus, Ditionibus suis haereditariis tolerabuntur, neququam sine expressa Ejusdem Majestatis annuentia amandari, aut expelli, aut in solitis taxis, aut tributis, aliter quam ipsi Christiani cujusvis loci, ullo modo gravari et onerari debeant: quin imo si ipsis ita placuerit, in ipsa quoque hac Archiducali tunc sua Civitate Viennensi, libere, secure, ac imperturbate residere, morari, quaestusque et negotiationes suas, in suis habitationibus, aut apertis etiam fornicibus, non aliter quam privilegiati Ejusdem Iudaei Aulici exercere possint, ac valeant.

Cum autem Imperator et Rex Augustissime, Nos quoque, praesertim sub intestinis in Hungaria motibus novissime sopitis, id ipsum literis B. C. D. et E. testantibus, non solum universa bona ac facultates nostras pro Mattis Vrae Smae

Praedecessoribus, gloriosissimae memoriae, et Augustissimae Ejusdem Domo Austriaca, fideliter ac sincere consecravimus; verum etiam in statutione et administratione tum annonae, tum jumentorum sexcentorum quippe boum hungaricorum, pro exercitus sui Caesareo Regii rei armamentariae, ac impedimentorum convectione, vecturarumque eorundem facilitatione, in hostico, cum manifestissimo et apertissimo vitae periculo, non sine vulgari servitiorum Mattis Vrae Ssmae promotione fidelim pariter ac indefessam navaverimus operam, hancque fidelitatis et synceritatis nostrae integritatem, nulla unquam factorum in clementia superabilem, Majestati Vestrae Sacratissimae aeternum dedicavimus, et quia alioquin etiam praemia benemerentibus decerni et conferri consuevisset.

Hinc Sacrae Caesareae Regiaeque Majestati Vestrae de genu humillime supplicamus, dignetur more Praedecessorum suorum, Divorum condam Romanorum Imperatorum et Hungariae Regum felicissimae recordationis, intuitu et in brabeum fidelis perseverantiae, exhibitorumque, uti praementionatum est, fidelium ac utilium servitiorum, ac perpassae propterea ab hostibus depraedationis universorum bonorum et facultatum nostrorum, nos quoque, uxoresque, ac proles, generos, et familiam nostram, in benignissimam Caesareo-Regiam tuitionem et protectionem, etiam cum assistentia Camerae Suae Hungariae modo supra declarato, elementissime assumere, similesque Literas Patentes, cum ea benignissima expressione, quatenus in Liberis ac Règiis Civitatibus suis, utpote Posonii, Sopronii Günsii, Jaurinique, ac Budae, donec Iudaismus in hocce Regno suo et modofatis Civitatibus toleratus fuerit, libere ac imperturbate morari, solitum quaestum et negotiationem nostram, erga consuetorum tributorum solutionem exercere: Iudaicisque nostris ceremoniis uti, frui, et gaudere valeamus, per Cancellariam Suam Hungarico Aulicam, nobis benignissime impertiri. Pro hac et enim Caesareo-Regia gratia et protectione, ac tolerantia aerario Ejus annuatim centum florenos ad dispositionem

Majestatis Vrae Smae solvere prompti et parati sumus,
permanentes.

Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis Vestrae.

Humillimi ac fidelissimi subditi ac vasalli

Wolffgangus Schlesinger Privilegiatus

Iudaeus Viennensis et

Israël pariter Schlesinger Telonarius Gunsienis.

Kivül: Praes. 9. Aug. 1715.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1718 Februarius Nrs. 62.

58.

Bécs 1715 augusztus 21. III. Károly gróf Kaunicz M. U. kérésére felszólítja Nyitra vármegye hatóságát, hogy Palugyay Ádám, szeniczi harmincadfelügyelő által fogságba vetett Dávid Jakab zsidót, Kaunicz gróf alattvalóját, a felajánlott óvadék lefizetése után azonnal szabadon bocsáttassa.

Carolus C. etc.

Rendi, hrabiles, Sples. ac Magci. nec non Egrii et Nles. Prudentes, item ac Circumspecti Fideles nobis dilecti.

Fidelis pariter noster Spectabilis ac Magnificus Maximilianus Uldaricus S. R. I. Comes a Kaunitz et Rittenberg, Consilii mei Imperialis Consiliarius et simul Camerarius noster ex qualibusnam legibus, rationibus et motivis pro certi Haebrei David Jacob cognominati, alias subditi sui, ex diuturno diroque fidelis itidem Nri Egrii Adami Palugyay Tricesimae nostrae Sctrenicziensis (sic) Exactoris aresto per Majestatem nostram clementer ordinandae medioque vestri, erga appromissam per antelatum Comitem Dominum Terrestrem fidejussionariam Cautionem instituenda dimissionis, apud Majestatem nostram perquam demisse supplicet ex humillimi Memorialis ejusdem hisce inclusa genuina copia uberius estis percepturi.

Quia vero materia in praesenti, tam circa procedendi modum, quam vero judicatum graves occurrerent circum-

stantiae, suo loco et tempore examinandae ac decidendae: Interim autem legibus et rationibus in praesenti Memoriali uberius citatis et adductis penitius perpensis et consideratis: Siquidem praeter caeteras rationes et considerationes haec unica, ad deferendum memorati Comitis supplicantis petito sufficere dignoscetur, quod videlicet Tit. 28 par. 3 Oper. Decr. Tripart. per expressum innuerit, ut dum manifestus quoque debitor convincitur satisfacere non valent, manibus adversarii traditur, eundem idem adversarius ultra quindecim dies in aresto servare et detinere nequit, verum iisdem elapsis cautionem fidei ab eodem accipere, ipsumque dimittere teneretur.

Ea propter Vobis harum serie benigne simul ac firmiter committimus et mandamus, quatenus acceptis iisdem, tum ex praemissa legali ratione, tum vero legibus et rationibus ac motivis in praesenti Memoriali fusius adductis, memoratum Iudaeum toties repetiti Comitis supplicantis subditum erga tamen sufficientem per antelatum Comitem in Memoriali suo oblatum fidejussionariam Cautionem praestandam, illico ex praetacto diuturno aresto dimitti facere, memoratumque praetendentem ad competentem juris viam remittere et relegare velitis ac debeatis. Secus non facturi. Gratia in reliquo nostra etc. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae. Die 21. Mensis Augusti A^o Dni 1715.

Cottui Nittriensi.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1715 Augustus Nrs. 57.

59.

Nagyszombat 1715 szeptember havában, Nagyszombat magisztratusa panaszt emel az udvari kamaránál az ellen, hogy Oppenheimer Emánuel olyan útlevelet kapott, mely szerint neki, vagy embereinek bevásárlás végett Nagyszombat területére is szabad belépni, holott Nagyszombatnak régi privilégiuma van, zsidókat a várostól eltiltani. Kéri tehát, Oppenheimernek a Nagyszombat szó kihagyásával más passzust adni.

Excelsa Camera Aulica Domini, Dni Patroni Nobis
Gratiosissimi Coldissimi.

Quandoquidem Civitas Tyrnaviensis propter infanticidia, et alia crimina per Iudaeos patrata antiquis continuo usu roboratis et confirmatis Privilegiis gauderet: ne iidem Iudaei ad territorium, multominusque civitatem Tyrnaviensem amplius penetrare praesumant.

Iidem nihilominus Iudaei proxime evolutis diebus penes Benignum Suae Majestatis Sacrae, per Excelsam Cameram Aulicam Oppenheimero, et ejusdem hominibus elargitum passum, in eundem, nomen Civitatis Tyrnaviensis studio per expressum inscribi curantes, non modo territorium, sed ad ipsas portas Civitatis, sub specie coëmendae avenae penetrantes eandem Civitatem per fortia intrare cupiverunt; In manifestum dictorum Privilegiorum nostrorum, ipsis Iudaeis, et toti Regno Hungariae palam et evidentissime notorum praejudicium, vilipendium et contemptum.

Et tametsi eosdem Iudaeos vigore dictorum Privilegiorum nostrorum eotum pro facto comprahendi facere, et merito punire valuissemus, venerantes nihilominus Suae Sacrae Mattis subscriptionem et Excelsae Camerae Aulicae expeditionem, antequam rem hanc in locis debitis repraesentemus, supersedimus.

Quare Excelsam Cameram Aulicam humillime rogamus, quatenus mentionatum passum a Iudaeo Oppenheimer, ejusdemque hominibus revocari ac ex eodem nomen Civitatis Tyrnaviensis deleri et propter tam dolosam subductionem in eosdem Iudaeos condigne animadverti, ac eos ab ulteriori hujusmodi dolosa, et qualicunque praesumptione inhiberi, nos autem in memoratorum Privilegiorum nostrorum ulteriori pacifico usu manuteneri et protegi facere gratiose dignetur. Si dictus Oppenheimer ad promovendum Suae Mttis Sacrae servitium in comparanda avena, aut aliis rebus cum Civitate Tyrnaviensi quidquam habere voluit, id non per Iudaeos, verum per Christianos homines suos, prout antehac in similibus observatum et factum est, etiam defacto libere perficere poterit. Quam Excelsi Consistorii gratiam demississimis nostris obsequiis omni

occasione remereri studebimus manentes Excelsae Camerae Aulicae.

Servi humillimi obsequentissimi
Iudex, Consul, Senatores, et tota
Communitas Regiae Liberaeque
Civitatis Tyrnaviensis.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1715 September Nrs. 98.

60.

Bécs 1715 szeptember 14. A magyar kir. udvari kancellária pártolólág átteszti a cs. kir. udvari kamarához Nagyszombat városának kérését, a zsidóknak a várostól való távoltartásának ügyében.

Sacrae Caesaris Regiae que Mattis Excelsae, Camerae Aulicae hisce perquam officiose insinuandum. Liberam et Regiam Civitatem Tyrnaviensem, in continuo et immemoriali Iudaeos ne quidem ad territorium suum, multo minus intra moenia Civitatis, admittendi usu existentem, medio humillimi memorialis, ac hoc fine exmissi etiam fiscalis sui dolorose exposuisse. Qualiter his recenter evolutis diebus Iudaeus Oppenheimber, tametsi tum eidem tum omnibus Iudaeis optime constaret, iisdem ne territorium quidem Tyrnaviense pertransire, tanto minus Civitatem ingredi licere, nihilominus sub praetextu servitii Caesareo Regii, per expeditionem istius Excelsae Camerae Aulicae certum passum obtinendo, memoratam Civitatem Tyrnaviensem in eodem passu per expressum denominari dolo malo procurassent, sicque admissionem sui tentare, et privilegiis ejusdem civitatis praejudicare niterentur, uti haec ex acclusis uno quidem altissime titulatae Suae Matti sonante in genuina copia, altero vero isti Excelsae Camerae Aulicae intitulo demissis memorialibus, hisce acclusis uberius paterent.

Et quia prioribus etiam temporibus, dum annonam comparandi provincia ipsis Iudaeis commissa exstitit, nunquam iisdem ad Civitatem Tyrnaviensem accessum habuerunt, sed si quid ibidem emere voluissent, id per factorem

Christianum tractare et educi facere debuerunt. Ne itaque antiquo Privilegio et continuo usui ipsius Civitatis praefati Iudaei sub confidentia praenotatarum benignarum Caes^o Regiarum Passualium, praejudicium quodpiam inferri sategant, vel ipsi cives Privilegiis suis inhaerentes, temerarium ne fors Iudaeorum ingrediendi conatum repellentes, quampiam censuram quod benignas Caes^o Regias Passuales non respectassent, incurrere possint, aut in futurum etiam easdem Passuales ipsi Iudaei pro Exemplo allegare valeant.

Eapropter Excelsam Cameram Aulicam perquam officiose requiri, quatenus memoratum Passum ab iisdem Iudaeis quam primum in specie repetere, et si omnino aliquis Passus iisdem extradandus esset, eundem non nisi respectu Tricesimarum et Teloniorum sub generalibus terminis (nullo, specifico loco denominato, siquidem plura etiam in Hungaria loca, quae lege etiam Regni, vetantur iisdem accedere non liceret deperirentur et qualia iidem sub dolo ne fors in Passualibus inferi procurare possent) expediri facere velit praelibata Excelsa Camera Aulica. Cui in reliquo R. haec Cancellaria stb.

Ex Consilio R. H. A. Cancellariae.

Vienna 14. Septembris 1715.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1715 September Nrs. 98.

61.

Bécs 1715 október 7. A magy. kir. udvari kancellária Oppenheimer Emánuel panaszára, hogy néhány vármegye hivatkozással egy, az eladást tiltó rendelethez megakadályozza őt a hadibiztos által sürgetett liszt és zab bevásárlásában, kérdést intéz a nádorhoz, vajjon csakugyan és ki által lett ilyen rendelet kibocsátva.

D. Comiti Palatino

Excell^{me} Dne Comes, Dne Nobis colend^{me}.

Salutem, et servitiorum nostrorum obligat^{mo}. commendationem. Ex hisce adjecta Excelsae Camerae Aulicae

ad nos transmissae Intimationis copia uberius informari dignabitur Excellentia Vestra, qualiter nam Hebraeus Oppenheimer (quemadmodum coram deputatione ministeriali in militaribus ordinata repraesentasset) ad accelerandam certi quanti farinae et avenae praestationem per Inclytum Generalem Commissariatum Bellicum adstringatur, qualiterve demum idem, in necessaria eatenus coëmptione, sub praetextu gralis cujuspiam inhibitionis per nonnullos Comitatus factae absolute progredi nequeat.

Cum autem Nobis de ejusmodi grali distrahendi frumenti et avenae inhibitione per quem nimirum facta sit, nihil penitus constat, servitiumque Caesareo-Regium, quo ejusmodi farina et avena quantocyus coëmantur et in militiae ac equorum usum asserventur, omnino exigere dignoscatur.

Ea propter Excellae Vrae praelibatum dictae Camerae Aulicae Intimationis copiam eo nomine praevis communi-candam esse censuimus, ut si ejusmodi de non dividendo frumento et avena inhibitió, casu quo in Comitatibus intervenisset, superinde nos cujus jussu nempe facta sit, quantocyus informare dignetur Excella Vra, quatenus nos quoque memoratae Excelsae Camerae Aulicae eo in passu rescribere possimus. Quam in reliquo diu salvam et incolumem supervivere exoptamus. Datum Viennae die 7. Octobris 1715.

Ejusdem Excellae Vrae.

Mednyánszky.

Obligatmi Servitores
N. N. Cancellarius etc.

O. L. Conc. Exp. 1715 October Nrs. 75.

62.

Pozsony 1715 október 9. Sindelberger Mátyás, bécsi lószállító és Handl Ferenc Iglauból mint szem- és fültanuk igazolják, hogy Rechnicz Salamon egy általuk a Szt. Mihálykapu előtt vásárolt ló miatt nagyon megfenyegette a vásárlásnál jelen nem is volt és erről tudomást sem bíró Izsák Jakabot.

Nos Matthias Sindleberger Caesareorum equorum Liferantor Viennensis et Franciscus Handl Iglaviensis testamur, qualiter nos die 9^{na} Octobris Anni 1715 ante portam Michaelianam certi cujusdam Nobilis Hungari equum venalem perlustraverimus, in quo loco etiam tunc Hebraeus Salamon Rechniz aderat, quia vero dictus Nobilis et Dominus equi non ita momentanee ibidem comparare poterat, nosque tanquam emptores pro eodem Nobili miseramus, interim dictus Salamon se etiam e loco subtraxit, et in exitu dicti Nobilis Hungari eidem occurendo pecuniam pro dicto equo exoluit, adveniente ex post Nobile Hungaro nos percepta hac intermedia emptione eidem significavimus et diximus nobis magis necessarium esse equum pro servitio Caesereo Bellico quam dicto Salamoni Iudaeo, adeoque dictus Nobilis praefato Salamoni Hebraeo pecuniam restituit, ex ratione cum et nos primi emptores et contrahentes fueramus, adductoque equo in diversorium, ibidem pro illo pecuniam a nobis accepit, his visis ajebit praedictus Salamon formalia: *Isaac Jacob est causa hujus facti: bene est, ille mihi omnia solvere debet:* super quam locutionem mentionati Salamoni nos protestationem fecimus, dicenter, quod Isaac Jacob hujus emptionis venditionisque nullam notitiam habebit de hoc negotio, nec ad illud quidquam locutus fuerit, adeoque hac in causa nullam culpam habeat; hic autem omnibus non consideratis Salamon iterum respondebat, formalia: *Isaac Jacob est apud me mediante conductione in domo, ille debet mihi equum hunc certo certius sexduplum solvere:* haec omnia a nobis vere et realiter visa et audita; qualiter etiam Salamon praedicto absentí Isaaco Jacobo minatus fuerit de comminantis ore

audivimus: Ideoque haec omnia amicabilem veritatis gratia, praesertim qua hoc in casu Isaac Jacobus totaliter innocens est; nos sub fide Christiana attestamus etiam praesto manentes, omni tempore praevia de hoc requisitione et instantia, juramento actuali corroborare: In fidem eorundem omnium manus nostrae subscriptio et sigilloria(sic) apposito. Actum Posonii 9 Mensis octobris 1715.

L. S. Matthias Sindelberger.

L. S. Franciscus Antonius Handl.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1715 December Nrs. 39.

63.

Bécs 1715 november 5. III. Károly, miután a nagyszombati városi tanácsnak megmagyarázta apjától neki adott privilégiumuk értelmét, újból erőlyesen fölszólítja, hogy vissza kell adnia Keczel [Götzel] morvai zsidónak a tőle elvett uradalmi pénzt, és ha nem tudja kimutatni, hogy zsidónak nem szabad területén átutazni, vissza kell neki adnia a tőle elvett tárgyait is.

Carolus VI. Dei Gratia etc.

Prudentes et Circumspecti, Fideles nobis dilecti. Probe recordabimini benignarum Literarum nostrarum ad demissum fidelis nri. Nobis dilecti Splis ac Magci Maximilian Comitis à Kaunitz et Rittberg Consilarii et Camerarii nri, penes Iudaeum et subditum Dominii Luntenburgensis Ketzel cognominatum, et per vos praescito modo Arestatum ac mulctatum pecuniisque Dominalibus eidem Iudaeo concreditis privatum supplicantis Instaam, cum Ejusdem Instantiae et Accessoriorum communicatione ad vos praeceptorie exaratarum, ac superinde in forma hummillimae Informationis et simul intentati aresti, desumptaeque Mulctae excusationis. demisse supplicis Vri Matti nrae submissee. Quem dum cum praefato Comite a Kaunicz vicissim communicari clementer ordinassemus, qualisnam Idem Comes adversus praetensum Privilegium vrum. et praesertim per Divum olim Leopoldum Imperatorem et Regem gloriosae memoriae

Dominum Genitorem nrum, vobis ampliative concessum, in quo nulla prorsus Iudaeorum per Territorium vrum vetiti Transitus aut Transeuntium capturae, Arestationis, ac pro libitu Multationis reperiretur mentio, non secus respectu quarumpiam Literarum per Genitorem suum Comitem olim Andream à Kaunicz ad vos exaratarum prout et aliorum punctorum per vos adductorum, opponat rationes, et ulteriusque etiam Dominalem praeprimis pecuniam a praefato Iudaeo Keczel indebite ademptam restitui, demum vero Ejusdem etiam Iudaei proprias res Eidem reddi, ac omnem satisfactionem impendi sollicite adurgeat, ex accluso Ejusdem Comitis demisso Memoriali uberius estis intellecturi. Et quia praeattactum praefati olim Dni Genitoris nri, per vos in vidimata Copia Nobis submissum Confirmatorium Privilegium, nullam omnino Iudaeorum per Territorium Vestrum vetitam Inhibitionem, multo minus Trans-euntium Capturam et Multationem, verum duntaxat de Iudaeis, contra antiqua Privilegia Vestra in Civitatem Tyrnaviensem praesumptuose subinquantibus faceret mentionem, et ad priora Privilegia semet referret, referens enim sine relato, et praesertim ad simplicem informationem emanatum, nullam aut exiguam vim prae referret; sed et propter Excessum subditi, Dominus Ejusdem Terrestris, et quidem inauditus damnificari nullatenus valeret. Praefatus etiam Iudaeus, quantumvis forsitan Fines Teritorii vestri, ex Christiani Aurigae cui semet eatenus confideret, negligentia, aut Metarum Territorii vestri ignorantia, vel etiam ne fors Malitia attigisset, vel ex eo tamen, quod Territorium vestrum circumire, et evitare satagebat, nec praesumptuose (uti adductum per vos Privilegium Leopoldinum, etsiamsi id ad Territorium extendi posset, sonaret) ingressus fuisset, tam stricto Aresto et Rerum suarum Ablatione et gravi multa, imo Dominalium etiam Pecuniarum ademptione puniri nequivisset.

Quapropter Vobis iterito firmiter praecipientes committimus et mandamus, quatenus primum et ante omnia pecunias Dominales à praefato Iudaeo ademptas, et in praejudicium ac Damnum Dni Terrestris simpliciter occupatas,

restituere, et nisi Regium quodpiam Privilegium Iudaeis accessum, vel Transitum ipsius etiam Territorii istius Civitatis Tyrnaviensis sub poena et arbitraria Mulcta expresse inhibens remonstrare, et comprobare valueritis, easdem etiam Iudaci res ablatas reddere, et negotium hoc cum eodem complanare, noveritis debeatisque et teneamini. Secus non facturi. Gratia in reliquo nra etc. Datum Viennae die 5. Mensis Novembris 1715.

Civitati Tyrnaviensi.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Resol. 1716 Septembris 7.

64.

Pozsony 1715 december 12. Izsák Jakab pozsonyi zsidó, Sváb Lázár lókereskedőnek alkalmazottja, panasszal fordul a magy. kir. udvari kancelláriához Salamon Rechnicz ellen, ki egy vásárolt ló miatt vele összeveszett, baltával megtámadta és azután Szapáry bárót ellene úgy felingerelte, hogy gazdájának 4 lovát lefoglalta.

Excelsa Regia Hungarica Aulica Cancellaria.

Domini Domini gratiosissimi benignissimi etc.

Excelsae Cancellariae Regio Hungaricae Aulicae in demississima submissione quaerulare necessitor, mihique illatam et meo principali Lazaro Svab Hebraeo injuriam summamque praejudicium exponere cogor, indicans qualiter sic dictus Iudaeus Posoniensis Salamon Richnitz 9^{na} Octobris Anni moderni 1715 pessimum attentatum imo excessum grandem comiserit et quidem absque a me sibi data minima ansa, prouti attestatum adjacens sub Lit. A: fusius demonstrat, ubi duo authentici viri et Caeserae Bellicorum equorum Lifferantes quendam equum ab uno Nobili Hungaro ante portam Civitatis Posoniensis Michaelianam dictam emere cupientes, et prius ratione pretii contrahentes, equum venalem ibidem perlustrandi gratia comparuerunt, coquo viso, cum nobilis venditor non adfuerit, pro eodem miserunt, his actis et taliter constitutis aderat quidem Hebraeus supradictus Salamon Richnitz cogitavit ergo contractum illum emptionis et venditionis inter nobilem et duos

emptores Caesareos interrompere, quod etiam perfecit, imo concurrente dicto nobili pecuniam obtulit eidem, postquam autem primi emptores et Caesareorum equorum lifferantores habito jure prioritatis, imo quod ad servitia Bellica Caesareo Regia equus ille magis ipsis, quam huic Iudaeo competat, id omne nobili Hungaro remonstrarunt, quamobrem etiam dictus Dominus ex humillime respectu erga suam clementissimum Regem et Dominum Dominum, dicto Iudaeo pecuniam sibi datam illico restituit, equumque ad servitia Caesarea et Regia duobus supra attestantibus et primis emptoribus in hospitio erga solutionem pretii extraedit; his visis dictus Salamon Richnitz Iudaeus considerans in hac venditione se suam causam perdere, et contractum suum irritatum esse, opinibatur, quod ego Lazari Svab constitutus factor causa essem rupti illius contractus, adeoque prout dicta attestatio latius exhibet sub lineis subductis, ira commotus contra me absentem de omnibus his nescientem promulgabat, quod ego tanquam causa causans eidem praedictum equum in 6 duplum solvere debeo, et quamvis emptores innocentiam meam optime scientes et considerantes, contra complures emissas a Salamone minas protestaverint, attamen omnibus his minime consideratis, Salamon Richnitz vino gravatur in habitationem Camperianam liberam, quam conduxerat, meusque principalis stabulum apud eundem habens, ego etiam ibi in conductione stans et permanens, se contulit tanquam effrenatus absque omni judicio securim accipiendo stabulum meum conductum intravit, equos principalis mei Lazari Svab concutiendo excessus magnos commisit, ideoque a meo servitore vocatus in auxilium advertendum malum taliter S; V; Ebrio, aut se saltem simulanti occurri, quo viso idem Salamon me securi percussit ut humi prostratus etiam alterum ictum vix non forsitan lethalem accepissem, nisi servus meus et ego me recoligendo, securim eidem extrahere conaremur, et taliter de jure naturali et gentium defensionem quaesivissem; his actis circumducendo casum contrapars meus dicebat, quod ego eidem securim incutere quaesiverim, locumque privilegium contaminaverim, et contra eundem pecaverim.

tacendo tamen de hoc, quod ex post oneratis cum pistolis iisque attractis me persecutus fuerit, meque vita privare quaesiverit, ubi ad evitandum infortunium apud Christianum in eadem domo habitantem pro salvanda vita me abscondere debebam, pro nunc autem, ut factum suum pessimum occultare posset, meritamque poenam evitare, Dominum Baronem Zappari contra me instigavit, ac si contra eundem me defendendo peccassem, super id praedictus Dominus Baro Zappari 4 equos principalis mei Lazari Swab ex stabulo accepit, Salamo vero omnes meos effectus mihi accepit, ita, ut nihil omnino reservaverim, nisi coopertus una veste tanquam exustus exire coactus fuero. Quamvis autem pro acquirenda satisfactione apud Excellentissimum Dominum Dnum Comitem Palatinum (Titul.) contrarium meum convenerim, a quo ad Dominum Vice Comitem hujusmodi commissio devenerat, sed cum Dominus Vice Comes negotium praedicto Dno Baroni Zappari remiserit, per hoc factum est, quod ipse in propria causa actor et iudex de jure esse requeat.

Ideo Excelsae Cancellariae Regiae Hungaricae Aulicae humillime de genu supplico, ne tum ego tum etiam principalis meus Lazarus Schwab damna innocenter patiamur, quatenus dignaretur perspectis his hisce circumstantiis, ubi testes mei omni exceptione majores omnia actuali iuramento comprobare volunt, gratiose demandare, ut absque mora Principalis mei equi dimittantur meique effectus extradantur, mihiq[ue] contra eundem malum Salamonem Richnitz omnimodo satisfactio fiat, ex post si propter violationem domus Zapparinae fieri deberet resarcitio, idem regressus in pecante Salamone praetendatur, et desuper in me meisque rebus tum principalis mei nullus regressus fiat, pro qua gratia emorior.

Excelsae Cancellariae Hungariae Aulicae.

Praes. 16 Decembris 1715.

Obsequiosissimus fidelissimus servus

Isac Jacob Iudaeus
Posoniensis.

Bécs 1715 december 16. Királyi parancs Pozsony vármegyéhez, hogy Izsák Jakab és Salamon Rechnicz közt fenforgó peres ügyét kivegyék Szapáry báró hatásköréből, mert az ország törvényei szerint egyazon ügyben vádló és bíró nem lehet, és vizsgáltaassák meg és intéztessék el a pert az alispán, vagy megyei bíróság által.

Rendi, Hrabiles, Sples ac Magnifici, nec non Egrii et Nles Fideles nobis dilecti. Qualisnam casus occasione emptionis certi sonipedis, inter Jacobum Isak nec non Salamonem Richnicz ambos Iudaeos Posonienses, in Libera Domo seu Curia Nobilitari antea Kampliana, nunc Szapariana dicta acciderit; Qualiterve idem Isac Jacob pro dimissione equorum suorum et aliorum effectuum extraditione, ac tam sibi, quam principali suo Lazaro Schvab similiter Hebraeo super illata gravi injuria et damnificatione impendenda satisfactione perquam demisse supplicet ex hicce inclusis Copiis uberius percepturae sunt Fidelitates vestrae.

Quo in passu idem supplicans facto ad fidelem nostrum nobis sincere dilectum Spectabilem ac Magnificum Comitem Nicolaum Pálffy, praefati Regni nostri Hungariae Palatinum Aurei Velleris Equitem Intimum Consiliarium nostrum et supremum ac perpetuum Comitem Vestrum, recursu, memoratus Comes Palatinus causae praesentis Revisionem, justitiaeque dicto supplicanti fiendam administrationem praefati Comitatus Vice Comiti demandasse, verum idem Vice Comes negotium praesens Domus antelatae Possessori Baroni Szapáry remisse assereretur: Quia vero memoratus Baro contra positivarum Regni Legum mentem, causa in praesenti iudex et actor simul esse nequiret, necque convenisset eidem praefati supplicantis equos via facti occupare, quin potius si quid eatenus praetensionis habuisset, id non contra aggressum, et laetalibus verberum plagis affectum, quin potius contra aggressorem et causam causae suo modo prosequi debuisset, deberetque; sed et casus directe et immediate Iudicatu Comitatensi competeret, Iudices praeterea seu Magistratus quicunque causantibus coram

se se jus et justitiam administrare ex officio tenerentur atque obligarentur. His accederet, quod equus tam controversus, quam alii per memoratum Domus Possessorem incaute oblatus, pro usu militiae nrae Caesareo Regiae comparati haberentur, adeoque supplicanti vel ejus Principali praemissam ob rationem sine omni dilatione restituendi venirent.

Ideo Fidelitatibus Vestris harum serie benigne simul ac firmiter committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus, rebusque, uti praefertur, sic stantibus, seque habentibus, medio praefati Vice Comitis Vestri eidemque de more adjugen. toties mentionato supplicanti equos ablatus resque et effectus occupatos illico restitui, tandemque causam hanc, sive per se revidere sive medio praefatorum Iudicum vestrorum revideri, jusque et justitiam administrari, plenariamque satisfactionem supplicanti indilate impendi facere velint ac debeant Eaedem Fidelitates Vestrae. Quibus in reliquo etc. Datum in civitate nra Vienna Austriae die 16 Decembris 1715.

Máttyás(?)

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1715 December Nrs. 39.

66.

1716 január 14. Kepes Ábrahám zsidónak neje, kinek férje jótállott Lázár tapolcsányi zsidónak gróf Buttlertől felvett kölcsönéért, az ország érdekében távollevő férje nevében kéri a királyt, hogy a grófnak férje vagyonára kiperelt végrehajtási jogát négy hétre, férje visszatéréséig, felfüggeszse.

Augustissime, Invictissime Romanorum Imperator, nec non Germaniae, Hispaniarum, Hungariae, Bohemiae Rex etc.

Domine, Domine gratiosissime, benignissime.

Sacratissimae Caesereo Regiae Matti Vrae de genu humillime supplicans, proponere cogor, qualiter maritus meus Abraham Kepes sub jurisdictione Excellentissimi Dni. Comitiss Nicolai Pálffy Regni Hungariae Palatini (titl.) possessionatus existens, pro quodam conjudaeo Lazaro Tobliczan nominato, qui certam pecuniam in Summa 1500 fl Rhenen-

sium ab Illustrissimo Dno. Comite Buttler mutuo acceperat, cautionem praestiterit, quia vero citra omnem spem debitor principalis fidem datam fregit, et absente interea temporis Reipublicae causa Marito meo, et mutato cautionis statu (quod maritus meus cavens post suum reditum judicialiter sufficienterque demonstrabit) Tobliczan debitor, de fuga sibi consuluit, non obstante ergo dicta mutatione status et cautionis, praetitulatus Dominus Ludovicus Comes de Buttler in bona mariti mei Palatinalis subditi, pro nunc Reipublicae causa in servitiis Majestatis Vrae Ssacrae Varadini absentis Iudicalem apud et coram Palatinali foro Conventium instituit, executionemque in eadem bona Posonii imittere conatur: Interim autem notissimi juris est, quod contra absentem Reipublicae causa, prouti dictus maritus meus factor Oppenheimberianus est, nulla actio, multo minus executio currat, et secundo etiam ego tanquam uxor huic obligationi alias non imixta, neque subscripta, pro marito meo solvere, neque responsum in ejusdem actionibus dare valeo, et quia notorium est, maritum meum de fuga nullatenus esse suspectum, imo quod ille intra tempus trimestre redux, quia ratione praedictae cautionis casus cautionem dirimens intervenit, cujus gratia maritus meus exceptionem facere, jusque suum judicialiter proponet, ubi ante latam sententiam, prius nullam pecuniam deponere tenetur, ne autem, rebus sic stantibus, absente indefensoque marito meo, nobis quadam praecipitatio labente termino 16^a Januarii, per dictum Illustrissimum Dominum Comitem fiat, sed eventus litis ut praestoletur necessarium est.

Ideo Majestatem Vram Ssacram flexo poplite humillime rogo, quatenus consideratis hisce verissimis circumstantiis ubi Dominus Comes (etiamsi citra spem ad solutionem maritus meus condemnaretur) nullum lucrum cessans vel damnum emergens metuendum habet, ex parte mariti mei gratiosissime dispensare, quatenus praetitulatus Dominus Comes Ludovicus Buttler ab omni executione contra bona mei mariti abstineat per spatium quatuor mensium, siquidem intra hoc tempus ille redux, jus suum defendere desuper sententiam exspectare non erubescet, quam

summam gratiam non desinemus omnibus viribus humillime demereri, ego morior.

Mattis Vrae Ssacrae.

Humillima Submississima
Absentis Abraham Keppes Iudaei Uxor
Palatinalis subdita Posenii nomine
sui Mariti.

A külzeten: Praes. 14. Januarii 1716.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1716 Januarius Nrs. 73.

67.

Bécs 1716 január 14. A magy. királyi udvari kancellária Kepes Ábrahám zsidó feleségének kérvénye folytán felszólítja Palugyay Antalt, Pozsony vármegye alispánját, hogy a király szolgálatában távollevő Kepes Ábrahám vagyónára kitűzött végrehajtást, nehogy kihallgatás nélkül megkárosodjék, visszatéréséig elhalassza.

Domino Antonio Palugyay.

V. Comiti Posonniensi.

Perillre et Grose Nobis observande.

Ex accluso humillimo Abrahami Kepes Hebraei uxoris, absento nimirum marito suo querulantis memoriali uberius intellectura est Eadem D. V.^a, qualiter in servitio Suae Smae Mattis absentem maritum suum praefatum Abrahamum Kepes ratione certa praetensae fidejussionis, Illustrissimus D. Comes Ludovicus a Buttler, pro (.....) die 16 currentis mensis in jus convenerit, dubio procul eundem velut semet ob absentiam defendere et respondere nequeuntem, damnificaturus. Quia vero indubii juris esset, in servitio Principis et Rei publicae causa absentes, praesertim sub absentiae eorunden tempus quoquomodo certificados usque eorunden redditum, vel ex eo, quod ejusmodi certificatio ad notitiam ipsorum devenire non possit, aut etiam si deveniat ob distanciam loci commode comparere nequeant, jure impoti nequire, terminum autem judicialiter

praefixum differri debere, nemo siquidem nisi legitime citatus in persona vel bonis damnificari valeret, et cuique ad semet defendendum competens tempus concedi deberet, nec uxor, pro actis mariti respondere, tantominusque damnificari posset.

Quapropter Eandem Dominationem Vram hisce ex officio hortandam et commonendam esse duximus, quatenus rebus sic stantibus, praefixum praevio modo circa mentionatum Abrahamum Kepes terminum, praevis ex rationibus, habita etiam ipsius Igme absentiae condigna reflexione absolute differre, et non nisi reduci, competentem alium praefigere velit et noverit, ne per hujusmodi praecipitantiam (cum aliunde parti actoriae nullum periculum immiserat) praefatus Iudaeus inauditus damnificari et propter servitium Principis in quo occuparetur luere [lugere?] debeat. In reliquo praetitulata Dom. Vra etc. Viennae 14, Januarii 1716.

N. Cancellarius caeterique R. H. A.
Cancellariae Consilarii.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1716 Januarius Nrs. 73.

68.

Bécs 1716 január 22. Schlesinger Farkas és Izrael testvéreknek III. Károly királytól kapott privilégiuma.

Nos Carolus etc. memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis. Quod posteaquam ex complurium fidelium nostrorum, etiam sublimioris characteris et praeeminentiae militarium officialium Generalium, utpote et Belliducum testimoniis, non secus Liberae quoque et Regiae Civitatis nrae Ginsiensis, ac aliorum etiam fidedignis attestationibus, coram nobis reproductis benigne intellexissemus: Qualiter Wolfgangus et Israel Schlesinger, ille quidem privilegiatus Iudaeus hujus Viennensis, iste vero inhabitator, et teloniator praeattactae civitatis nrae Ginsiensis fratres et consanguinei, cum alias semper, potissimum vero sub novissimis intestinis praefati Regni nri Hungariae

motibus, ad requisitionem superiorum officialium Caesareo Regionum Bellicorum, in promovendo servitio Regio se promptissimos exhibuerint, et contempto etiam facultatum suarum, ac ipsius quoque vitae periculo, tum in administratione necessariae annonae, tum vero copiosorum pecorum Boum, coemptione, et in castra Caesarea facta eorundem impulsione, rei item armamentariae, ac impedimentorum bellicorum convectione, vecturarumque pro praedictis rebus necessariarum facilitatione fideles et servitio Regio ac Reipublicae utiles ac proficuos se exhibuerint, proptereaque etiam expilationem et depraedationem universarum facultatum suarum et quidem praefatus Israël cum praesentissimo vitae discrimine experiri debuerint. Ac ob id Matti nostrae memorati Wolffgangus et Israël Schlesinger Iudaei humillime supplicaverint, quatenus intuitu perpessorum damnorum, ac praedecratorum eorundem fidelium et sane utilium praestitorum, ac in futurum quoque pro omni posse suo prompte et alacriter praestandorum servitiorum, eosdem non solum sub specialem Protectionem nostram Caesareo-Regiam assumere, verum in singularis Eorundem fidelitatis, penesque hanc perpessorum, uti praemissum est, gravissimorum damnorum recognitionem, id quoque ut ipsi ipsorumque haeredes et posteritates, ac familiae eorundem in omnibus illis locis, ubi ejusmodi Hebraei cum Caesareo-Regia nostra aut gloriosae memoriae Praedecessorum nostrorum, non secus Magistratus quoque annuentia tolerarentur, ubilibet in praefato Regno nostro Hungariae secure degere, et morari, ac in eorum negotiatione consuetudinibus et propriis ceremoniis contra communitatis Hebraicae libertates Caesareo Regias nullatenus gravari, molestari et impediri, nec minus etiam ubilibet libere et secure itinerari et negotiari, ac iis omnibus concessionibus, quas nimirum caeteri Iudaei a Majestate nostra, vel praedecessoribus nostris consecuti fuissent, absque quorumvis impedimento, et reclamatione, uti, frui et gaudere possint. Praeterea in personalibus, aequae at realibus, nullius alterius, praeterque camerarum nostrarum, aut ubi ipsi fixum domicilium habuerint Igmo Magistratus iudicio adstare et respondere teneantur nec

propter aliorum Iudaeorum debita, ullopacto arestari et detineri, tantoque minus damnificari possint: sed nec insolitis taxis aut tributis aliter quam ipsi Christiani cujusvis loci ullo modo gravari et onerari debeant; Ac denique cum universis mercibus liberum quaestum et negotiationem suam in suis habitationibus aut apertis etiam fornicibus, non aliter quam Privilegiati Aulici Iudaei nostri exercere possint et valeant, clementer concedere dignaremur. Quorum Nos humillima supplicatione clementer permoti, attentis et consideratis praedecaratis eorundem duorum fratrum Iudaeorum fidelibus et utilibus servitiis, quae iidem uti praemissum est, cum jactura fere universarum facultatum suarum, et periculo etiam vitae praestitissent, ac in futurum etiam quavis occasione pari fidelitate et constantia se praestituros pollicerentur, dignos omnino existimavimus, ut in recognitionem praenarratorum servitiorum et perpessorum damnorum peculiari Gratia nostra Caesareo-Regia et Indulto consolari, et perfrui possint. Ac proinde ex certa scientia nostra, ac de Caesareo Regia benignitate, in quosvis benemeritos et fideles subditos nostros extensa, memoratis Iudaeis Wolffgango et Israeli Schlesinger, fratribus et consanguineis id clementer concedendum et annuendum, indulgendumque esse duximus, ut iidem cum uxoribus, prolibus et domestica familia suis, eorundemque filii et nepotes in recta generationis linea descendentes, in omnibus illis locis, ubi aliqui Hebraei cum Caesareo-Regia nostra,*) non secus Magistratus quoque annuentia tolerarentur, ubilibet in praefato Regno nostro Hungariae secure degere et morari ac in eorum negotiatione consuetudinibus et propriis Ceremoniis contra communitatis Hebraicae libertates Caesareo Regias, nullatenus gravari, molestari et impediri, nec minus etiam ubilibet libere et secure itinerari, mercari et negotiari, ac iis omnibus concessionibus, quas nimirum caeteri Iudaei a

*) Mária Terézia királynő által megerősített és pergamenre írt ezen privilégiumban, melyet most a budapesti magyar zsidó múzeum letétként őriz, itt meg ez olvasható: „aut gloriosae memoriae praedecessorum nostrorum“.

Majestate nostra vel Praedecessoribus nostris consecuti fuissent absque quorumvis impedimento et reclamazione uti, frui et gaudere possint; Praeterea in personalibus aequae ac realibus nullius alterius praeter quam Camerarum nostrarum, aut ubi ipsi fixum domicilium habuerint, legitimi Magistratus iudicio adstare et respondere teneantur, nec propter aliorum Iudaeorum debita ullo pacto arestari et detineri, tantoque minus damnificari possint: Sed nec insolitis taxis aut tributis, aliter, quam ipsi Christiani cujusvis loci ullo modo gravari et onerari debeant. Ac denique cum universis mercibus liberum quaestum et negotiationem suam in suis habitationibus, aut apertis etiam fornicibus, non aliter quam Privilegiati Aulici Iudaei nostri exercendi praerogativa gaudere, et ubique locorum in praefato Regno nostro Hungariae, partibus eidem annexis, quaesturam et negotiationem suam absque ulla turbatione et impedimento (solutis nihilominus solvendis) exercere et promovere; Ac demum in quacunque civitate nostra et oppido (exceptis Liberis et Regiis montanis civitatibus nostris, aliisque super non receptione et toleratione Iudaismi ab antiquo jam privilegiatis locis) salvis semper ejusmodi locorum Privilegiis et Immunitatibus, praevia tamen super sui admissione et receptione cum Magistratu et Communitate pro justo et aequo ineunda conventionione et accorda residentiam sibi figere, ibidem prohibitu habitationes seu domos conducere vel emere, aut suis sumptibus aedificare et, uti praemissum est quaestum ibidem exercere, caeremoniisque ipsorum judaicis uti, frui et gaudere possint et valeant. Quos etiam in benignam, Caesareo Regiam protectionem et tutelam nostram specialem praevio modo assumpsimus. Imo concedimus, annuimus indulgemus, et assumimus. Quocirca fidelibus nostris universis et singulis praefati Regni nostri Hungariae Palatino, Iudici Curiae nostrae Regiae Thavernicorum nostrorum Regalium Magistro ac personalis praesentiae nostrae in iudiciis Locumtenenti et Consiliariis nostris respective intimis modernis et futuris, nec non Supremis et Vice Comitibus Iudlium et Iuratis Assessoribus ac totis demum universitatibus quorumlibet praefati Regni nostri Hungariae Comi-

tatuum. Non secus Camerae nostrae Hungaricae Praefecto et Cameralis Administrationis Scepusiensis Administratori et Consiliariis. Item Magistris Civium, Iudicibus et Juratis Civibus ac Senatoribus Liberarum et Regiarum Civitatum Nostrarum, quae intuitu non receptionis et tolerationis Iudaeorum privilegiatae non essent, prout et Regionum Nostrorum ac aliorum Oppidorum Privilegiatorum Communitatibus, cunctis denique cujuscunque Status, Gradus, Honoris et Dignitatis hominibus subditis videlicet nostris, hisce benigne committimus et mandamus, quatenus memoratos Wolffgangum et Israëllem Schlesinger fratres, Iudaeos, eorumque haeredes in recta linea descendentes et familiam ipsorum praemissis benignis indultis et concessionibus nostris uti, frui et gaudere, permittere, et contra praesentem gratiam nostram iisdem concessam, adversus universos eorundem impetitores, turbatores et damnificatores, tueri, protegere et defendere velitis, debeatisque et teneamini, Autoritate nostra Regia Vobis eatenus plenarie concessa et attributa. Harum Nostrarum secreto sigillo nostro quo ut Rex Hungariae utimur impendenti Communitarum vigore et testimonio Literarum. Datum in Civitate Nostra Vienna Austriae die 22. Mensis Januarii A^o D. 1716. Regnorum etc. Carolus.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1716 November Nrs. 47.

A magyar zsidó múzeumban levő másolatban még a következő aláírások olvashatók: Comes Nicolaus Illésházy m. p., Ladislaus Hunyady m. p.

69.

Bécs 1716 március 20. Az udv. kamara értesíti a magy. kancelláriát, hogy magyar és morva zsidók panaszkodnak, hogy a nagyszombatiak őket, midőn vásárokra, vagy valamely kamarai megbízásból eljárnak, fegyveresen is megtámadják és csak büntetési pénz lefizetése után szabadonbocsátják. Kéri tehát a kancelláriát, hogy ezen kihágásoknak véget vessen.

Sacrae Caesareae Regiaeque Mattis Inclitae Cancellariae Regiae Hungarico-Aulicae officiose intimandum, Tam in Regno Hungariae, quam in Marchionatu Moraviae commorantes Hebraeos querulose exposuisse, quod ipsi ad hincinde solitarum celebrationem Nundinarum proficiscentes, vel aliunde stipularum cum hac caesarea Camera Aulica Contractualium, in Bonum Publicum cedentium obligationum ergo, per Publicas, atque cuivis transeunti patentes vias peregre iter suum prosequentes, a Civitatensibus Tyrnaviensibus eorundemve Iussu in finem subordinatis quibusvam-indiscretis Hominibus sub praetextu Iurisdictionis Teritorialis privilegiatae duriter tractarentur, et frequentius etiam Armata manu invaderentur, quin imo Tyrnaviam ad carceres traherentur, ex oppido, iis non nisi ad libitum dictata mulcta et tertia ejusdem parte dictis subordinatis exsoluta haud quaquam dimitterentur: Quemadmodum id non ita pridem cum certo quopiam Iudaeo Lu[n]tenbergensi, Keczel cognominato, ad Iurisdictionem Domini Principis de Lichtenstein spectante accidisset.

Quoniam autem per similes violentes de Lege Regni Hungariae non minus ac Iure publico vetitos assultus atque excessus, non solum tranquillitas Regni turbaretur viarumque securitas praecluderetur, verum etiam negotiationis utilitatem publicam concernentis impedirentur, ac praeterea obvenientes ex Nundinarum frequentatione vectigalium, Teloniarum Tricesimarumque proventus aerario Regio notabilia inferentur damna, Eapropter Inclýta Cancellaria Regia Hungarica Aulica perquam officiose requiritur, quatenus illa praeattactis Excessibus rigore obviare, ac vigore mandati Caesareo Regii attentata praefatorum Tyrnaviensium refrenare et tam publicarum securitati viarum, quam etiam itinerantium personis una cum mercibus et quibuslibet secum habitis rebus, salutariter proficiscere suprafatoque in Carceribus eorum detento Iudaeo satisfactionem adaequatam impendi facere haud gravetur. Cui vicissim Inclýtae Regiae Cancellariae Hungaricae. Viennae 20. Martii 1716.

70.

Bécs 1716 április 1. Simon Markus, pozsonyi zsidóbíró igazolja, hogy a sasvári Mihály Leb szolgálja megszökött Löw Hirschl gazdájától.

Ich Ends geförttigter attestiere hiemit der warheit zur Steuer, das ungefehr vor 3 wochen dem Hirsch Löw Juden zu Preszburg sein gewesener Bedienter Nahmens Löw Michel Schuszberger durchgangen undt flüchtig worden seye. Urkundt dessen meine eigene Handtunterschrift.
 , Wienn den 1 April 1716.

Marx Simon dero Zeith
 Juden Richter von Preszburg

Praesentem Copiam cum suo coram me producto Originali, in omnibus Punctis et clausulis concordare attestor infrascriptus Viennae die 17. Mensis Aprilis A^o Dni 1716.

Joannes Tarnóczy de alsó Lelócz,
 Cancellariae Regiae Aulico-Hungariae Registrator et Taxator.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1716 Majus Nrs. 123.

71.

Bécs 1716 április 18. Hirschl Löw, pozsonyi zsidó, a nádor alattvalója, kéri a királyt, hogy rendelje el, miszerint gróf Czobor Márkus tartóztassa le és veresse béklyóba a területén tartózkodó Mihály Leb szolgáját, Ki tőle 600 forintot ellopott. 1716 április 20-án a magyar udv. kancellária kiküldi ebben az ügyben Mednyánszky István kancellistát.

Augustissime et Invictissime Romanorum Imperator, Hispaniarum, Indiarum, Germaniae, Hungariae, Bohemiae Rex. Archi-Dux Austriae etc. etc.

Clementissime Domine etc. etc. Vestra Caesarea Regia-
 que Catholica Romana Majestas dignabitur ex adjacente attestato A. percipere, quatenus meus servus löw Michael

Iudeus se clam a me subtraxerit, et vagabundus factus sit, penesque mihi merces ad 600 florenorum furto sustulerit, sicuti autem percepi praefatus (salvis sacratissimis auribus Caesaris dixero) fur in Dominio Zober in Schosberg moratur, cum autem Ratio Publica exigat, ne crimina maneant impunita ut talis fur ubicunque locorum apprehendendus arrestetur, justitiaque velit, ut et ego meum regressum habeam, ideoque

Me pedibus Romanae Caesaris Catholicae Regiaeque Majestatis substerno, humillime rogans, mandatum clementissime illuc devolvere, quod si supra memoratus löw Michael Iudaeus in Schosberg adhuc esse debeat, vel quocunque demum locorum comprehendatur in flagranti ut fur occludendo in ferreis catenis ad meum justificatione-arresto mandetur, et usque ad satisfactionem meam non dimittatur, quibus precibus me humillime commendans pedibus Caesaris Catholicae Regiaeque Majestatis me iterum iterumque substerno.

Supplicatum itaque extitit Matti nrae nomine et in persona praeattacti exponentis debita cum instantia humillime, quatenus eidem in praemissis de congruo juris remedio benigne providere, Tibique superinde committere et mandare dignaremur, nec pateremur, eundem eatenus improvise destitui. Et alioquin etiam dictamine legum Regni et signanter Matth. Regis decr. 6^{ti} Art. 17. paciscentes sibi ipsis legem ponerent, prout etiam, quis se et suos ligaret et obslingeret, ita etiam ejusdi ligaminis sui commodum, aut incommodum suffere teneretur. Quod enim initio voluntatis esset de regula juris, ex post foret necessitatis, ipsa vero natura rei secum ferente, quod jus conditor ipse haberet, id ipsum per translationem et cessionem debiti et obligatarum apte quoque cessionarius haberet; legis enim esset, neminem plus juris in alium transferre posse, quam ipse haberet, ex hoc evidentissimae veritatis fore, quod quale jus quis haberet, id in alterum transferre posset, literarum conditionibus etiam, de dictamine legum Regni omnino observandis, praeter hoc vero, quod Literae obligatoriae ex sua virtute ita videlicet expeditae, quemcunque judicem pro adjudicandis debitis admittant, sed etiam si in talibus instrumentis obligatoriis judex non esset denominatus, tamen ex vi Arli. 28. proximae dietae Posoniensis velut in debitis mille florenorum excedentibus Magri Prothonotarii indubii existerent judices: in hujusdi obligationibus, tam expensae ex Arlo 31. 1639, quam interesse de sensu Arli 144. 1647 ex energia obligationis adjudicanda venirent. Juribus et praetensionibus etiam colonorum Dnis ipsorum Terrestribus ad contextum Arlor. 25 et 26. par 3^{tiae} suis viis et modis acquirere atque vindicare competentibus.

Pro eo Tibi harum serie etc., dicto haebraeo Abrahamo

Spiczter antelati Comitiss creditoris cessionario mentem prae-insinuatorum Lrarum obligatorium legumque et rationum modalitate in praemissis uberius declarata, cum etiam solutione restantis interesse (imputatis nihilominus imputandis et defalcatis defalcandis) expensarumque et ne fors damnificationem emersarum, juxta refusionem debitam et juri consonem executione etiam mediante satisfactionem impendere atque administrare ac tandem super ejusmodi processu et totius negotii inibe peragendi serie literas testimoniales futura saepefati exponentis jurium pro cautela necessarias, sub authentico sigillo Palatinali apud Te habito, more solito extradare modis omnibus debeas ac tenearis. Communi suaden. justitia. Secus non facturi. P. P. E. R. Datum in Civitate nra Vienna Austriae die 1. Mensis Septembris Aº Dni 1716.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1716 September Nrs. 12.

80.

1716 szeptember havában. Gróf Kaunicz Miksa újabb felségfolyamodványban kimutatja, hogy a nagyszombatiaknak I. Lipóttól kapott privilegiumuk alapján nincs joguk az átutazó zsidókat területüktől eltüntetni, és újból kéri a királyt, hogy parancsoljon nekik, hogy a lundenburgi Ketzel zsidónak visszaadják a tőle elvett pénzeket és tárgyakat és térítsék meg neki költségeit és kárait.

Sacratissima Caesarea Regiaque Mattas Dne Dñe naturaliter Clementissime.

Hic reannexis Liberae ac Vae Sacratime Majestatis Regiae Civitatis Tyrnaviensis longiori, quam opportuisset, stylo concinnatum, et mecum in facto spoliati Iudaei et subditi Domini Luntenburgensis Keczel nuncupati communicatum memoriale demissima cum subjectione percepi ad ejus allegata brevi bñ et profundo cum submissione Eidem Majestati Vae Smae repraesentanda habeo. Quod nimirum Ipsi soli fateantur in distincto, quam Tyrnaviensi Territorio eundem subditum fuisse detentum, dicunt tamen, non in

via, verum vix vestigio viarum comprehensos exstitisse, quod cum contra nostras productas attestationes probarent, nec credendum veniet, sed his tanquam aliunde nullique non immorando ad Litteras per pie in Deo defunctum Genitorem nostrum Eidem Civitati scriptas respondendum mihi veniet, omnino easdem scriptas non fuisse non dene-gando, quarum tamen tenor, si bene intellectus fuerit, nul-lum prorsus Eidem Civitati Ius admisissent ad calcem S2^{ae} de reliquo etiam et siquidem eadem Cittyas initium tantum hujus casus narrare coepisset, sic eundem ut Va SS. Ma-jestas plenius et per me humillime informata reddatur con-tinuare necessitor, dum enim ille ibidem allegatus Iudaeus per praefatam Civitatem demissus fuisset, idem pie in Deo defunctus Genitor meus in publicis nundinis suis fere omnes mercatores Tyrnavienses arestavit et detinuit, usque dum eidem Iudaeo omnia damna et expensas et quaecunque juste praetendere poterat ad ultimum plane Obellum non persolverint ex hoc qualemnam effectum allegata ejusdem Liberae ac Regiae Civitatis Privilegia producere facile con-cludere potest. imo ideo, quod nec eatenus reclamaverat Privilegio Eorundem, et si quod habuissent, abusi potius fuissent, qui abusus ad mentem Titt 12 Par. 2^{dae} et si aliquid etiam Privilegium habuissent, tanquam alias etiam nulli rationabilitati immixtum, uti in priori memoriali mea com-prehensum et deductum existit ipso facto annullandum esset. Frustra denique benigna resolutione Augustissime Imperatoris Leopoldi eadem Privilegia sua nituntur solidare, imo contra se ipsos iidem cives ex eo producerent, quod allegent eadem ipsorum Privilegia fuisse ampli(c)ata cum in hoc praetenso ampliato Privilegio nulla prorsus territorii inveniatur, Prohibitio loquaturque de casu simplici et spe-cifico illo, quod videlicet quidam Iudaeus ipsam Civitatem ingredi, ac ibidem etiam quaestum vini et similium exercere praesumpserit, qui casus longe distinctus est a casu hujus Iudaei subditi, qui nec Civitatem ingressus, sed nec quaestum ullum exercere voluisset, quin potius ad aliud oppidum publicas nundinas sub ipso salvo conductu devectus fuisset. Et siquidem Augustissime Imperator ad oculum manifesta

et ipsa luce meridiana clarius videre esset, quod in praefato Leopoldino ampliato Privilegio de prohibitione aut vero facultate territorii prohibendi nequidem unica litera sonaret, aut reperibilis esset, praesumendum rationabiliter veniret id, quod in magis restricto privilegio minus quid similis reperiatur, nihil hic ulterius allegatus usus operatur. Quia omnis usus legibus et Privilegiis conformis esse debet, secus abusus de dictamine Titt. 2. Part. 2^{dae} erit, hic usus autem, velut verius loquar abusus, in nullo prorsus Privilegio nullo lege Regni fundaretur, imo legibus positivis et expressis Privilegiis fidelium Regnicolarum liberum accessum ad publicas nundinas praecipientium et in Diplomate Regio Iure confirmatorum per omnia contrarium esset, et alioquin talem praetensum usum, consuetudinum inducentem praecipiente praecitato Titulo contra externos cives allegare non possent, sed neque extra Civitatis muros extendi valeret aut aliquem ligare posset.

Cum itaque hic abusus praeter id, quod legibus Regni, aliorumque Privilegiis praejudicaret, non tantum ipsis subditis nostris, verum et nobis Dominis ipsorum nostrae Praerogativae et Libertati, qui nonnunquam fidei eorundem propria negotia concedere necessitamur, valde magna damna et confusiones causaret, quae ex sola imaginative interpretatione admitti nullatenus posset vel deberet.

Ideo Eidem Majestati Vestrae Sacratissimae supplico humillime, quatenus clementer intellecto eo, quod praefata Libera ac Vae Ssae Mattis Regia Civitas Tyrnaviensis nullo absolute Privilegium super eo, ut liberum per territorium suum commeatum Iudaeis prohibere possit, nihilque habeat praeter manifestum et legibus Regni damnatum abusum in medium proferre possit, dignetur Majestas Vra Ssma per speciales eamque publicam Expeditionem suam hunc commeatum Iudaeis libere declarare, ac eatenus eosdem Iudaeos in benignam Protectionem suam assumere, acceptas res et pecunias, velut dominales supratacto Iudaeo Ketzel cum expensis et damnis illatis immediate restituendas et bonificandas ordinare, propter illatam vero Dominio injuriam via juris, aut vero Exemplo pie in Deo defunctis

Genitoris sui satisfactionem acquirendi plenariam reservando facultatem. Gratiam de caetero Vae Suae Majestatis humillimis iisque fidelibus servitiis promereri adnitens maneo Ejusdem Mattis Vae Suae.

Humillimus perpetueque fidelis subditus
Udalricus Maximilianus
Comes a Kaunicz.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1716 Septembris 7.

81.

Bécs 1716 szeptember 7. A magyar kir. udv. kancellária jelentést tesz Nagyszombat városa és a lundenbergi zsidók között fenjörgő ügyben történt hivatalos levélváltásról és a nagyszombatiak ragaszkodásáról eddigi eljárásukhoz az átutazó zsidókkal szemben és azt véleményezi, hogy az udvari kamara most az ügyet a nádor elé vitesse.

Excellentissime, Illustrissimi, Spectabiles ac Magnifici, Perillustres item et Generosi Dni. nobis observandimi.

Salutem et servitiorum nostrorum commendationem. Annuale jam et quod superest praeteriit tempus, quod certi Iudaei ex Moravia ad Szeredienses nundinas profecti, ex eo praetextu, quodsi vero per territorium Liberae et Regiae Civitatis Tyrnaviensis pertransivissent, per nonnullos falcatores Tyrnavienses capti, verberati et ad Civitatem Tyrnaviensem adducti, Magistratui consignati, per eundem vero arrestati et incarcerati, rebusque et paratis pecuniis etiam Dominialibus privati et mulctati, tandem post aliquot septimanarum spatium dimissi fuerint.

Quorum praevio damnificatorum Iudaeorum Domini Luntenbergensis ad juniores Principes a Lichtenstein spectantis modofatorum Principum tutor et curator Illustrissimus Comes Dominus Udalricus Maximilianus a Kaunicz et Rittberg Suae Majestatis Sacratissimae Consiliarius et Camerarius partes assumendo, factoque ad altifatam Suam Matrem Sacram humillimo recursu, et deposita eatenus

querela, petitaque satisfactione uti sub A.) obtinuerat certum benignum memoratae Civitati sonans et directum Mandatum sub 29. mensis Iulii emanatum. sub B.), quo praefatae Civitatis Magistratui exhibito, idem antiquo suo usui et privilegiis eatenus habitis se accomodasse, et ulterius etiam iisdem se inhaerere velle respondit et praetensi cujuspiam privilegii copiam sub C.) Regiae huic Cancellaria Hungaricae Aulicae per hominem suum expressum submitit. Quibus cum praetitulato Domino Comite a Kaunícz communicatis, idem iterum ad allegata Civitatis reposuit sub. D.) superindeque aliud benignum Regium Eidem Civitati sonans obtinuit Mandatum sub E.). Tantum tamen abfuit, abessetque etiam de praesenti, ut idem Magistratus Tyrnaviensis praedecclarato modo damnificatis Iudaeis ablatus eorundem res reslituisset, aut quodpiam Privilegium Regium Iudaeis accessum, vel transitum ipsius etiam territorii inhiheus, coram Regia hac Cancellaria reproducere voluisset, quin potius ad productionem privilegiorum extra forum competens se non teneri, nec ab antiqua eatenus usu recedere velle respondisset. Tandem praefati Iudaei intellecto mentionatae Civitatis responso, et credi par est, cum reliquis hebraeis commercium camerale tractantibus communicato, nomine communi ad Excelsam Cameram Aulicam recurrerent, eademque superinde Regiam hanc Cancellariam tenore correspondentialis Insinuati sub F. requisivit. Quia vero toties fata Civitatis Tyrnaviensis Caesareo-Regiis benignis Mandatis se accomodare voluisset, verum semel pro semper semet resoluisset, quod praetensum suum Privilegium (uti praesumi potest ex eo, quod desideretur) producere nolit, sed eidem et antiquo usui inhaerere cupiat, adeoque Hebraeos non solum ab accessu in ipsam Civitatem, sed etiam a transitu per territorium ulterius quoque arcere intendat, id ipsum autem potissimum pro moderni temporis circumstantiis in commercio et negotiatione Hebraeis per Augustam Aulam conceditis, non exiguam remoram et impedimentum causare possit, sed et Regiam et publicam viam, nemini privata autoritate itinerantibus praecludere liceret, privilegium autem se habere alliganti, id, praesertim

ad iterata benigna Regia Mandata, quibus non obtemperare poenale esset, remonstrare etiam incumberet. Porro publica commercia tractantes, et ad fora annualia, seu privilegiatas Nundinas proficiscentes, et per hoc vigore privilegii Nundinalis ipso facto sub salvo conductu constitutos, si qui turbare, molestare, detinere et arestare praesumerent, actioni et processui Fiscali contra tales instituendo se obnoxios redderent, et nisi praefatus Magistratus Tyrnaviensis praetensum privilegium se habere comprobare possit, non solum ad plenum damnificationis, ut praemissum, Iudaeis impendendam satisfactionem, verum etiam rationem Benignis Regiis Mandatis non obtemperationis reddendam, ac denique universis et singulis etiam Hebraeis per territorium ejusdem vias utpote publicas liberum transitum admittendum jure merito cogi posset.

Quapropter Excellentiae, Illmis, Splibus, et Magcis, nec non Perillibus ac Grsis Dmñbus Vris praemissa omnia eo fine officiose communicanda esse duximus, quatenus Dño Causarum Regalium Directori, negotium hoc seu coram Excellmo Dne Comite Palatino, seu alias, prout visum fuerit, legaliter proseguendum, et tum laesam Regiam Autoritatem, et illegitime cum damno et injuria aliorum usurpatam Iurisdictionem vindicandum committere haud gravitum velint. In reliquo servet Deus praetitulatas Dominationes Vestras ad propria vota feliciter viventes et valentes.

Viennae Austriae, die 7. Mensis Septembris 1716.

N. N. Cancellarius, caeterique Regiae Hungarico-Aulicae Cancellariae Consilarii.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Resol. 1716 Septembris 7.

82.

Bécs 1716 szeptember 25. III. Károly Simon Michelnek és családjának tíz évre szóló privilegiumot ad.

Wir Carl p. p.

Bekennen für Unsz, Unsere Erben und nachkommen öffentlich mit diesem brief und thuen kund aller männig-

lich, dasz Unsز Unsere Hof Camer nechtshin allergehorsambst zu vernemmen gegeben, wasmassen daselbst schon vor geraumer Zeit mit Fürweisen diesz dem Juden Simon Michel, ad Exemplum deren Jud-Hirschlischen Erben, eine ordentliche Handlung gepflogen worden, dasz nemlich derselbe gegen erlangung der allhiesigen toleranz, oder eines zehen jährigen Privilegii, für sich und dessen verheyrathten Sohn Enoch Michl und seinen Tochtermann, Lasar Joseph als buchshaltern (welche zwei letztere doch nur als domestiquen und bediente anzusehen wären, auch für sich in particulari keinesweegs einige Handlung oder negotiation, wie die namen haben möchte, solte unternehmen dörrfen) Unserm aerario fünff und Sibenzig Taussent Gulden pares geldt vorschiesen und anticipiren solle, woran derselbe auch damals gleich zu bestreitung hochst pressanter Auszgabe zwainzig Taussent Gulden auf abschlag erlegt hätte. Zumahlen aber diese sach, umb der hiernach wegen der gesamzten hiesigen Judenschafft movirter und für nöthig angesehener weiterer überlegung willen, selbiger Zeit ins stecken gerathen, obbesagter Simon Michel hingegen dennoch indessen immer bewegliche Instanz gemacht, entweders ihme das gebettene Privilegium, solch obgegebener vertröstung nach, dermahleinst zu ertheilen, oder von seithen Unsers aerarii bey dessen nicht erfolung die bereits auf abschlag empfangene zwanzig Taussent Gulden ihme Juden anje[tz]o (wodurch besagtes Unser aerarium gar sehr erschöpft, mithin vielmehr auf all erdenckliche weis gelt aufzubringen bemüssigt wäre und sonderlich sowohl in militari, als sonsten alltäglich zu des publici Dienste sehr vielfältige auszgaaben vorzufallen beginneten) widerumb zurück zu bezahlen. Solchemnach hat uns unsere Hofcamer mittels dero eingereichter umständlichen remonstration allergehorsambst gebetten, Wir geruheten vorbenannten Juden Simon Michl, umbwillen obermelte dessen anticipations-geldter dem gemeinen Weesen dermahlen sehr wolzustatten kommen könnten, allerunterthänigst erwarthenden massen Unser Keyser- König- und Landesfürstliches Privilegium, vom anfang dis gegenwärtigen 1716^{ten} Jahres

anzurechnen, auf zehen Jahr lang dahin allergnädigst zu verwilligen und zuertheilen, dasz nemblich derselbe mit seinem Weib, Kindern, auch nothwendigen Hausz- und Brodgenossen, unverheyrahten bedienten, sambt dem obgemelten seinem Sohn Ennoch Michael und dem buchhalter Lasar Joseph allhier in Unserer Statt Wienn substitiren, und also fürdershin zu Unseren Diensten bey handen seyn könne, welches privilegium auch, da gedachter Simon Michel mittler Zeit mit Tod abgehen oder sein Domicilium anderwerthshin zu transferiren gedencken möchte, auf dessen Sohn die übrige Zeit hindurch verstanden und gültig bleiben benebs auch derselbe gleicher gestalten aller künftiger mit der gesambten hiesigen Judenschaft fürkehrender anderer disposition oder einführender Ordnung sich allerdings zu unterwerfen verbunden seyn solle.

Wan Wir dan gdigl. angesehen solch Unserer Hof-Camer für vorbedeutetem Juden Simon Michel gemachte bewegliche Instanz, bevorab erwogen und betrachtet, dasz endlich durch sothane anticipation deren m/75 R. bey gegenwärtigen nöthen Unseres aerarii, dem publico ein ziemlicher Dienst beschehen.

Alss haben Wir darumben Über den Unsz in sachen vorhero umbständlich beschehenen gehorsambsten vortrag, mit wolbedachtem Mueth, gutem Rath und rechten wissen, ihme Juden Simon Michl die Sonderbare Kayser-Königl: und Landesfürstliche gnad gethan und denselben mit seinem Weib und Brodgenossenn Kindern auch ohnverheyrahten nothwendigen bedienten (jedoch gegen obberührter austrücklicher bedingnus, dasz nemblich Unserer künftig bestellender anordnung er Simon Michel und die seinigen, nebst denen andern sich allhier aufhaltenden privilegirten Juden allergehorsambst nachkommen wollen und sollen) in Unsere besondere gnad. Verspruch, schutz, schirm und glaith allergnädigst an- und aufgenommen, dergestalten, dasz er Jud Simon Michel, mit obgedacht seiner Familij und nöthigen bedienten, auch da er, wie obgemelt, mittlerer Zeit todes verfahren, oder sein Domicilium, anderwerthshin

transferiren möchte, ein seiniger Sohn, welchen er nach seinem belieben zu benennen und zu substituiren hat, auf eben solche weis sodan alhier zu Wien, oder wo sich Unser Keyserliches Hoflager befinden wirdet, so thane zehen Jahr lang, nemblich vom anfang bis führwehrenden 1716^{ten} Jahrs zurechnen, subsistiren und den handl und wandl, so anderen derley von Unsz etwa privilegirenden Juden wirdet zugelassen und verstattet werden auch sienerseits treiben und üben möge und könne,

Thuen das auch hiemit wissendlich in kraft dis briefs mit obverstandener ernstlicher bedingnus, also und dergestalten, daz er Jud Simon Michel, mit seinem Weib, Kindern auch angehorigen nothwendigen hausz und brodgenossen (allermaszen solche ohne Anstand zu specificiren und Unsener Hof Canzley sowohl, als Unserem Obrist Hof Marschallen zu dessen nachricht zu intimiren, darmit auch von Zeit zu Zeit zu continuiren) nunmehr in Unserm Keyser-König und Landesfürstlichem Verspruch, schutz und schirm seyn, allenthalben Unser glaith, sicherheit und freyung haben, sowohl bey alhiesig-Unserer Residenz Statt Wienn, als aller anderer ohrten, wo wir Unsz künftig etwan ausser lands im Key: Röm: Reich, oder anderen Erbkönigreich Fürstenthumb- und landen mit- oder ausser seinen hausz- und brodgenossen und nothwendigen leuthen, Rossen, Vihe, wägen, allen anderen mobilien und sachen, von wegen dieser Unserer ihme Juden Simon Michel auf künftige zehen Jahr, vom anfang dieses fortlaufenden 1716^{ten} Jahres an zurechnen, gnädigst ertheilten Freyheit gedultet werden solches Unseres Kayser König- und Landesfürstlichen Schutzes geniessen, zu dem ende eine in Unserer Residenz Statt Wienn von denen Kirchen abgelegene, zu seiner nothdürftigen gelegenheit erforderliche wohnung und die billich- und eigene bezahlung inbestand nehmen, in solcher ruhig und unpertu[r]birt, wohnen, frey und ohne gefahr, auch ohngehindert Männigliches seine Jüdische ceremonien und Mosaische gesäz, sowohl in leben, als sterbs-fällen seinen gebrauch und gewohnheit nach gleichwie es in denen Reichs constitutionen denen Judenschaften und gemeinden allent-

halben zugelassen, und von Unsz, oder Unseren Vorfahren gnädigst erlaubt, auch vor diesem alhier gepflogen worden in aller still und ohne ärgernus deren Christen exerciren, und denen gemäs leben, jedoch an Sonn- und Feyertagen nach der gemachten General-Ordnung unter denen alhiesig-privilegirten Juden vor zehen Uhr morgens sich aus seinem hausz nicht begeben, vil weniger vor solcher Zeit einige negotiation treiben, benebens durchgehends einen aufrecht-ehrbaren und untadelhaften wandl führen, und ebenfalls all seine Hauszgenossene hierzu ernstlich ermahnen und anweisen, dannenhero keine liederliche oder suspecte Personen auffhalten oder auf andere weis mit selbigen sich verstehen, noch einige frembde Juden herein züglen, weniger denselben den geringsten unterschlaiff geben, anbey auch aller handelschaften mit Unserem Key: Hof sich gebrauchen im übrigen aber sich des Handels und wandls in geld negotio und Jubellen, oder was anders wo Unsz künftighin etwa privilegirinden Juden wirdet verstattet werden, allein bedienen des andern aber, sonderlich der ver Vortheil und betriegung sich gänzlich und bey straf, auch gestalten dingen nach, bey cassirung dieses allergnädigsten indulti enthalten. Da auch jemand, er seye in- oder auszer Unseren landen zu ihme oder denen seinigen spruch oder Forderung, sie mögen namen haben, wie sie wollen, zu haben vermeinte, derselbe allein bey Unserem Obr: Hofgericht alhier, wohin er Jud Simon Michel sambt seinen Leuthen gehörig und zu antwortten schuldig, seine klag mit rechter ordnung anbringen und alda verfahren, auszer dessen aber in- und auszerhalb Unseren landen weder mit arrestkammer, repressalien, pfändung wegen sein selbst und deren seinigen, noch viel weniger umbwillen frembder, oder etwan einiger gemeiner Statt, oder Jüdischer gemeinde, alwo sie etwa ansässig wären privat-schulden wegen, oder dergleichen ordentlichen Mittlen, weder zu wasser, noch zu land, ihne oder dessen vermögen und güter, wo und an welchem orth oder gericht es sich zutragen möchte, aufgehalten oder beschwäret werden.

Zum Fall aber oder imittlst und vor verfließung obbe-

willigter privilegirter zehen frey-Jahren er Jud Simon Michel, wie vorgedacht, todtes verfuhr, oder sein Domicilium anderwerthshin zu transferiren gedenckete, sodan diser Schuz- und gnadenbrief mit allen clausuln und articulen gleichfals auf einen seinigen Sohn und dessen weib und kinder und hauszgenossen solang und viel, bis sothane jahr würcklich expirirt, verstanden seyn: dahingegen derselbe sowol als er, nicht allein für sich, sondern auch seine alhier von Zeit zu Zeit bey sich habende Hauszgenossen und bedienten obiger vorsehung durchaus gemäs ganz treu und unklaghaft ohne alle ärgernus, gleichwie von ihme Juden Simon Michel und denen seinigen die guete mainung ist, sich verhalten, denen bedienten, nach denen gemachten ordnungen keine absonderlichen handl, weniger gestollene oder entfrembde sachen zu verkaufen verstatten, auch keine verheyrathe bediente, oder wenigst dasz deren weib und kinder sich nicht bey ihnen alhier aufhalten gebrauchen solle; da auch vielgemelter Simon Michel oder dessen subsistnirter Sohn, nach verflossener Zeit dieser Zehn Jahren, oder beliebig noch vorhero sich von hier hinweck begäbe, er oder derselbe wegen der freyzügigkeit denen anderen alhier privilegirten Juden gleich gehalten werden wirdet.

Gebieten darauf allen und jeden Unsern nachgesetzte Geist- und Weltlichen Obrigkeiten, was Würden, stands oder Wesens die seynd, insonderheit aber N. bürgermeister, Richter und Rath dieser Unserer Residenz Statt Wienn hiemit gnädigst und wollen, dasz sie oftgedachten Juden Simon Michel, sambt dessen Kindern, zugehörigen hauszgesind, und höchstnothwendigen bedienten wie bestehet, bey disem Unserm ihme vor angedeütter massen, von anfang disfortlaufenden 1716^{ten} Jahres anzurechnen, aufnacheinander folgende zehen Jahr gnädigst ertheiltem Protectorio allerdings unangefochten seyn und bleiben, ihme oder seinen nach sich substituirenden Sohn solch-bestimpte Zeit hindurch dasselbe ruhig und unperturbirt verwenden, gebrauchen. nuzen und geniessen lasse, darbey schützen, schirmen und handhaben, darwider nicht beschwären, bekümmern oder anfechten, noch das jemands andern zuthuen gestat-

ten, in keiner weis noch weeg als lieb einem jeden seyne
 Unsere schwäre Ungnad und straff, darzu eine Poën, nemb-
 lich zehen Mark löthigen golds zu vermeiden, die ein jeder,
 so oft er frevndlich hierwider thätte, Unsz halb in Unsere
 Camer, und den andern halben theil denen beleydigten un-
 nachlässlich zu bezahlen verfallen seyn solle; Das mainen
 Wir ernstlich, mit Urkund dis briefs, besigelt mit Unserm
 Kayserlich-anhängenden Insigl, der geben ist in Unserer
 haupt- und Residenz Statt Wienn den fünff und zwainzigsten
 Monathtag Septembris im Sibenzehnhundert- und Sechze-
 henden Unserer Reiche, des Röm: im fünften der Hispan:
 im Vierzehenden, den Hung: und böheimb: aber im Sech-
 sten Jahrs.

Carl.

Ph. Lud. Gr. v Sinzendorff

Ad mandatum Sacrae Caesareae et Catholicae

Majestatis proprium,

Georg Frid. v. Schick.

Kaufmann, Heines Ahnensaal 204. l. ff.

Az osztrák belügyi minisztérium levéltárából 1716 No. Abth. C.
 2587.

83.

*Bécs 1716 október 9. Királyi rendelet a megyékhez, hogy a
 meginduló háború alatt szükséges katonai ellátás miatt ke-
 resztényeket és zsidókat el kell tiltani a gabonaneműek elő-
 vásárlásától.*

Carolus VI. etc.

Reverendi, Honorabiles, Spectabiles ac Magnifici, nec
 non Egregii et Nobiles, Prudentes item ac Circumspecti
 Fideles nobis dilecti: Quandoquidem servitium nrum Cae-
 sareo Regium, praesentisque contra immanem Christiani
 nomine Hostem Turcam fiventis Belli ratio salusque pu-
 blica inevitabiliter exposcat, ut certa annonae quantitas pro
 futuro in necessitatem militiae nostrae convertenda compa-
 retur; ut autem ejusdem comparatio justo pretio, et quo
 faciliiori modo fieri possit, et revisum est, ut tam Christiani,

quam Iudaei monopolia exorantes, ab omni granorum praeemptione arceantur, neque his talia indulgeantur aut admittantur.

Eapropter Vobis harum serie benigne simul ac firmiter committimus et mandamus, quatenus intellecta hacce clementissima ordinationem nostram, omnem praeemptionem frumenti sive a Christianis sive Iudaeis intentandam, in isto Comitatu Vestro serio prohibere, neque talem praeemptionem et monopolia admittere, quin potius coemptionem granorum pro praeattactae militiae nostrae necessitate omnimodo secundare et promovere velitis et debeatis. Secus non facturi. Gratia in reliquo nra Caesareo Regia vobis benigne propensi manemus.

Datum in Civitate nra Vienna Austriae die 9. mensis Octobris. A. D. 1716.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1716 October Nrs. 15.

84.

1716 október 21. Izsák Hirschl állami szállító esedezik, hogy a király elrendelje, hogy hg. Eszterházy Mihály szabadon bocsássa orgazdasággal vádolt és bebörtönzött Geczell Hirschl rokonát, kapuvári vámost, mert ártatlan és kész ezt minden bíróság előtt bebizonyítani.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas

Domine, Domine Clementissime.

Ante circiter abhinc Octennium accidit, quod faemina quaedam ob enorma pertrata sua scelera comprehensa ad bona Illmi Domini Comitis Perger, Aspang vocitata, abducta, inque vincula conjecta fuerit, quae in strictissimo examine fassa est, quod expillato quopiam templo Catholico ex eodemque oblatas res argenteas et suppellectilem sacram uni diviti Iudaeo in Oppido Nagy Martony degenti divendiderit quae siquidem ex vinculis post perpessam diuturnam captivitatem eliberari non potuit, sibimet ipsi mor-

tem concivit, relictis post se duobus filiis, quae eorum in teneriori adhuc aetate constituti, jam fors decimum quintum aut septimum annum agerent.

Quia vero praeattacti Domini Comitum Perger officialis Aspaugensis factum hoc officiali Fraknensi Suae Celsitudinis Principis Michaelis Eszterházy perscripsisset modo Iudaeum inquiri efflagitasset, negotium tandem ad aures Dni Bonorum Praefecti Madarasz devenit, qui sine praescitu ipsius Principis via facti absque ullis indiciis affinis meus Iudaeus Hirschl Geczeli, alias dictae Suae Celsitudinis Principis Michaelis Eszterházy teloniarum Kapuváriensis, qui ante medium octavum circiter ab hinc annum ob motum Kuruczorum in Nagy Martony habitari non poterat, in vincula coniectus et una cum uno adhuc altero Iudaeo in strictissimo carcere detineretur. Quandoquidem autem plures ibidem in Nagy Martony Iudaei reperirent, qui locupletiores dicto meo affine existerent, neque ulla suspitio in eosdem caderet, affinis vero meus ultra triginta et amplius annos adhuc pie defuncto Principi Palatino fideliter servivisset, nullique simili omnino se se obnoxium reddidisset, imo sicut memoratus est, neque illo tempore ibidem extitisset, exque simplici asserto et suspitione innocens vincula toleraret, nemoque quidpiam adversus eundem asseveri quiret. Hinc Matti Vrae Scmae humillimo de genu supplicandum esse duxi, dignetur Eadem ex ingenua Principibus Austriacis pietate et clemencia soloque iustitiae zelo incitata toties fato Celsissimo Principi Michaeli benignissime committere, quatenus ad simplicem tantummodo delationem vinculatum affinem meum, innocenter carceris squallorem ultra septimanam iam perferentem, neque oeconomiae aut quaestui suo prospicere queuntem, quantocyus dimittere velit, paratus enim est, coram quocunque iudice innocentiam suam ubique defendere et interea tantam cautionem sui loco praestari, quae sufficeret, dum et quando uni vel alteri Tribunali placuerit coram facie iuris eundem sistere. Sicut itaque in pura et sola Mattis Vrae Scmae gratia unicum spem meam colloco inno-

centiaequae praeattacti affinis meis plurimum confido, ita maneo et persevero.

Ejusdem Mattis Vestrae Scrmæ.

Praes 21. octobris 1716.

Humillimus perpetuoque fidelis
vasallus

Isaccus Hirschel

Admodiationis Lifferans.

Praes. 21. octobris 1716.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. October Nrs. 84

85.

Bécs 1716 október 23. A bécsi haditanács kéri a magyar udvari kancelláriát, hogy Nagyszombat városát szigorúan figyelmeztesse arra, hogy a területükön átutazó zsidó kereskedőket ne bántsa, mert ezt katonai érdekből sem lehet tovább tőnni.

Inclytæ Cancellariæ Regio-Hungaricæ Aulicæ hisce insinuandum. Repraesentasse Inclytam Cameram Caesareo-Aulicam Consilio Caesero-Aulæ Bellico, qualiter Hebraei tam in Regno Hungaria, quam Moravia Marchionatu commorantes, querulose exposuerint, quod ii, dum vel proprii quaestus causa hinc inde ad Nundinas, vel etiam Contractuum Cameralium ob rationem per vias publicas, quæ cui-libet itineranti tuta esse deberent, proficiscuntur, a Civitatis Tyrnaviensis civibus eorundemque hunc in finem subordinatis quibusdam indiscretis hominibus sub Privilegiata Judisdictionis praetextu dure tractentur, quin plane crebrius vi invasi, Tyrnaviam ad carceres trahantur, ex iis non nisi dictata ad libitum mulcta, remissi. Quoniam vero similes de lege etiam Regni vetiti violenti ausus tranquillitatem publicam, et singulariter necessaria praepremis commercia noxie turbant, adeoque tolerandi minime veniuntur.

Eapropter rebus sic habentibus, Inclyta Cancellaria Regia Hungarico-Aulica amice hisce requiritur, velit hosce

communi securitati, et bono praejudiciosos, nociosque Excessus propediem severe tanto magis coërcere, dum Ipsamet facile cognitura est, ejusmodi publicas violentias ex parte Militari ulterius dissimulari non posse. Cui de caetero Consilium Aulae Bellicum ad exhibenda grata officia manet promptum atque paratum.

Ex consilio Bellico:

Vienna 23. octobris 1716

Antonius Josephus ab Öttl.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1716 novembris 8.

86.

Bécs 1716 október 26. A magyar udvari kancellária néhány lopással vádolt és bebörtönzött zsidó feleségeinek kérésére felkéri herceg Eszterházy Mihályt, hogy azokat kellő óvadék ellenében szabadon bocsássa.

Celsissime S. R. I. Princeps Dne. Nobis observand^{me} colend. etc.

Posteaquam Nos Celsitudini Vrae nuper hic praesenti, certas literas requisitionales Excelsi Regiminis Interioris Austriae, in facto quorundam Iudaeorum, de quodam furto suspectorum ordinandae comprehensionis nobis exaratas officios communicassemus, Eademque Celsitudo Vestra praetactas Literas Nobis remisisset, eosdemque Iudaeos arestatos fuisse renunciasset, simulque eorundem supplicem libellum Celsitudini Vestrae super innocentia et dimissione sui porrectum communicasset, qualenam uxores eorundem Iudaeorum incaptivatorum Memoriale Nobis exhibuerint qualiterve innocentiam eatenus ipsorum ultroneae etiam repraesentaverint, quibusve ex rationibus pro eorundem maritorum suorum ex praetacto Aresto fienda dimissioni perquam demisse supplicent, ex hicce inclusis memorialibus uberius constaret.

Cum autem praeter id, quod id. Iudei innocentiam eatenus suam allegarent, ac suo tempore coram jure etiam comprobare velle se promptos paratosque offerrent, suffici-

entem quoque eatenus cautionem de se coram jure sistendo dare appromitterent.

Hinc nos alienos non esse, si praefati Iudaei erga prae-viam sufficientem respectu valoris verum praetensive fur-tim ablatarum ac de iisdem, dum et quando opus fuerit, coram jure sistendis fidejussionariam cautionem, per ipsos quoque ex praetacto aresto dimissi fuerint. In reliquo servet Deus Celsitudinem vram ad propria vota viventem et valen-tem. Datum Viennae Austriae die 26 Mensis octobris A. Dni 1716.

Ejusdem Celsitudinis Vrae

Servitores paratissimi

N. N. Cancellarius caeterique Cancellae

R. A. H. Consilarii.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1716 October Nrs. 84.

87.

Bécs 1716 november 8. A magy. kir. udvari kancellária, mi-után a nagyszombatiak még egyre vonakodnak, zsidókat még akkor sem, ha kamerális ügyekben eljárnak, területü-kön átengedni, újból kéri az udvari kamarát, hogy az ügyet a nádor, vagy más illetékes bíró elé vigye.

Excellentissime, Illustrissimi. Spbles ac Magnifici, nec non Perillres ac Generosi Domini, Nobis obssmi.

Salutem, et Servitiorum nostrorum paratissimam Com-mendationem. Recentitenebunt praetitulatae Dominationes Verstrae memoria, quidnam iisdem de dato Septima prae-teriti Mensis Septembris, Annique nunc currentis, infra-scripti, in Puncto medio Dni. Causarum Regalium Directoris suo modo instituendi contra Liberam Regiamque Civitatem Tyrnaviensem ex ratione Arrestationis per eandem Civitatem certorum Iudaeorum, commercium etiam Camerale tractan-tium, ac per Territorium etiam suum ulterius quoque im-pediti Transitus, ac etiam benignis Regiis Mandatis neglecta obtemperationis, sed nec praetensi ipsius Civitatis de non

admittendis etiam ad Territorium suum Iudaeis, certi Jurisdictionalis Privilegii productionis Iudiciarii Processus, penes etiam communicationem in paribus certorum Cancellariae hujus Actorum Causae hujus cursum in merito facilitare quentium, officiose prescripserimus. Quia vero Negotio in praescripto, Inclytum quoque Consilium Aulae Bellicum (uti ex isthic Copialiter annexa Correspondentiali ipsius Intimatione, ad Cancellariam hanc Regiam Hungaricam Aulicam sonante appareret) vices suas interponeret, ejusmodique publicas violentias, ex parte etiam Militari peramplius dissimulare non posse assereret.

Idcirco Ecellentissimos, Illustrissimos, Spbles ac Magnificas nec non Perillustres ac Generosas Dominationes Vestras in eo iterato officiose requirendas esse duximus, quatenus pro solito suo Camerale commercium cum promotione Servitii Caesareo-Regii conjunctum, zelo, Supramentionatum Processum seu coram Excellentissimo Dno Comite Palatino, seu vero alio quovis competente Iudice medio praeattacti Dni Causarum Regalium Directoris, contra memoratam Civitatem Tyrnaviensem institui facere, et cum damno aliorum usurpatam Jurisdictionem Iudicialiter vindicare et prosequi velint Eadem Dominationes Vrae. Quas in reliquo servet Deus ad vota propria diu salvas et incolumes. Datum Viennae Austriae die 8 Mensis Nbris Ao. 1716.

N. N. Cancellarius, caeterique Cancellariae Regiae Hungaricae Aulicae Consiliarii.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Resol. 1716 Septembris 7.

88.

Bécs 1717 február 5. Körözüvény a letartóztatandó Weisweiler Leo, Hamburgból Magyarországba szökött zsidó ellen.

Carolus 6. Dei gratia etc. Fidelibus nostris universis et singulis Supremis et Vice Comitibus, Iudlium et Iuratis Assessoribus, ac totis demum Universitatibus Praelatorum, Baronum, Magnatum et Nobilium quorumcunque Comita-

tuum nec non Iudicibus, Magistris Civium, et Iur. Civibus Liberarum et Regiarum Comitatum nostrarum, praeterea Privilegiatorum aut aliorum quorumvis oppidorum et villarum Iudicibus et Rectoribus, pontium item et viarum Custodibus et Inspectoribus, ac denique cunctis etiam aliis cujuscunque status, gradus, officii et praeeminentiae Homini- bus nris salutem et gratiam. Quoniam nos certis et rationalibus de causis, certum Iudaeum Lev Weisveiller, sic cognonimatum et ex imperiali civitate Hamburgo fugitivum, jamque uti ex fidedignis relationibus benigne informamur, in praefatum Regnum nostrum Hungariae semet subducen- tem, ac ibidem hinc inde oberrantem et latitantem, exigen- tibus ejusdem demeritis, ubicunque reperiri poterit, ipso facto comprehendendum et detinendum ac sub custodia conservandum elementer ordinassemus. Eapropter Vobis quibus supra universis et singulis hisce firmiter et serio committimus et mandamus, quatenus dum et quando per praesentem requisiti, aut alter Vestram requisitus fuerit, aut alias etiam cuipiam Vestrum de praefati fugitivi Iudaei latibulo innotuerit, eundem Lev Weisveiller Iudaeum ubi- cunque reperiendum statim, ipso facto comprehendere, de- tinere, vel sub propria custodia conservare, vel ad manus proximioris Magistratus locumque securiorem consignare, superindeque Augustam Aulam Nostram debite et fideliter pro ulteriori eatenus benigna dispositione nostra informare debeatis et teneamini. Executuri in eo benignam et expres- sam voluntatem nostram. Datum in Civitate Nostra Vienna Austriae die 5. Mensis Februarii 1717.

Máttyás.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1717 Februarius Nrs. 17.

1717 március havában, Pírgl [Bürger] Joáchim kéri a kí- rályt, hogy Bács vármegyének mégegyszer megparancsolja, hogy a már 1702-ben tőle, Bürger Sámuelettól és Leitersdorf Izsáktól kölcsön vett 5483 frtt. és 29 krt. visszafizesse.

Sacratissima Caesarea Regia Majestas, Domine Dne. Clementissime.

Ante duos circiter annos dignata fuit Mattas Vra mediante certo Mandato suo Inclyto Comitatus Bacsienſi clementissime demandare, ut idem juxta tenorem obligatoriarum suarum literarum certam summam capitalem florenorum 5483 et 29 cruciferorum, quam idem Comitatus in anno 1702 pridem praeterito a me nec non Izako Laidersdorffer et Samuele Birgel contraxerat, nobis in una societate existentibus exolvere debeat; Quemadmodum id ex actis Excelsae Mattis Vrae Smae Cancellariae Hungarico Aulicae plene constabit. Quoniam autem hactenus illud benignum Mandatum nullum effectum sortitum fuisset, propter varias dicti Comitatus excusationes et dilationes Ideo Majestatem Vestram Sacratissimam humillime supplex accedo, Eandem devote exorando, quatenus juxta prius mandatum iterato praenominato Comitatus serio demandare dignetur, quatenus nos eatenus cointeressatos sine ulteriori excusatione et dilatione, tam super praescripto Capitali, quam ejus interesse, una cum expensis contentare debeat ac teneatur. Proquo Justitiae administrationis actu Deus Majestatem Vestram Sacratissimam diu in omni prosperitate triumphantem vivere concedet.

Majestatis Vrae Smae.

Praes. 5 Mart. 1717.

Humillimus Vasallus
Joachim Pirgl.

O. L. Ad Conc. Exp. 1717 Martius Nrs. 30.

90.

Bécs 1717 március 9. III. Károly király ismételtén megparancsolja Bács vármegyének, hogy a Layderstorffer Izsáknak, Bürgel Joáchim és Sámuelnek tartozó összeget haladéktalanul visszafizesse.

Carolus VI. etc.

Reverendi Honorabiles Spectabiles ac Magnifici, nec non Egregii et Nobiles, Prudentes ac Circumspecti fideles nobis dilecti. Gravi cum querela simul ac humillime reprae-

sentavit Majestati nostrae medio demissi supplicis Libelli Joachimus Bürgl Iudaeus, qua Isaci Leyderstorfer et Samuelis Bürgl pariter Iudaeorum in negotio infrascripto commissionatus plenipotentarius, qualiter praefati Iudaei Lajderstorffer et Bürgl anno adhuc 1702 die vero 8. Mensis Julii dudum praeterito, in Libera ac Regia Comitatus nostra Budensi, cum perceptore vestro Egrio Joanne Squarics, de, et super eo, quantum videlicet diversis vicibus in defectu cassae istius Cottus Vestri, tum Budae, tum hic Viennae idem Iudaei officialibus Vris, in negotiis istius Comitatus vri laborantibus (absque illis Mille florenis, quos ad seriam interpositionem Generalis ab Pfefferhoffen, cassae Caesareae Budensi exolverunt) subministraverant, computum inivissent, summaque capitalis ex eodem computu erasa, quinque mille quadringentos octaginta tres florenos et 25 xros constituisset; Quam quidem summam licet memoratus perceptor vester una cum debito interesse iisdem Iudaeis exolvendam nomine totius Cottus vri (uti ex computu eodem manifeste constaret) appropriasset, atque obligasset, iidemque querulantes praetactam summam pecuniariam a Vobis sibi exolvendam et beneficandam sollicite adursissent, tantum tamen abfuit, ut Vos ejusmodi requisitionibus locum dedissetis, aut praestita praevio modo Vobis beneficia in condignum respectum summendo, Eisdem eatenus contentassetis, quin potius ipsos ad odiosas et sumptuosas protelationes relegare non dubitassetis. Unde memorati Iudaei in comparatione et praestatione annonae pro necessitate Militiae nostrae, in se se assumptae, maximum impedimentum et remoram experiri debuissent. Et esto quidem nos virtute certi benigni alterius Mandati nri Viennae Austriae die 22. Mensis Februarii A. 1715 jam praeteritis ad instantiam praefatorum Iudaeorum clementer elargiti ex motivis et rationibus ibidem uberius declaratis Vobis firmiter demandaveramus, quatenus repetitos Iudaeos super praescripta summa capitali ejusdemque obligato Interesse, sive paratis pecuniis, sive frumento, aut aliis acceptabilibus mediis absque omni excusatione plenarie contentare debeatis, vos tamen, non attento eodem benigne Mandato nostro eosdem

Iudaeos in praesentiarum usque contentare interim sistetis, gravi eorundem damno ac detrimento publicique servitii remora et intermissione manifestissimis. Supplicando idem querulans Majestati nrae perquam humillime, quatenus eidem et praefatis principalibus ejusdem, circa praemissa clementer providere, vobisque superinde iterato et ex superabundanti committere et mandare clementer dignaremur.

Cujus Nos humillima supplicatione clementer exaudita et admissa; siquidem ejusmodi computus et conventiones, medio officialium comitatensium, publico totius Cottus nomine initi et celebratae plenam fidem facerent, vimque realis obligationis sapirent, talesque obligationes pro lege reputarentur, stricteque per eos, quorum nomine factae sunt, observandae venirent, pluribus positivis Regni legibus id clare indigitantibus. Communis praeterea justitia unicuique, quod suum est, reddi et restitui juberet. His accederet, quod per ejusmodi liquidarum praetensionum exolutionis protelationum, publico quoque bono et servitio nostro multum decederet.

Vobis iterato quoque harum serie firmiter praecipientes, committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus et, rebus sicuti praefertur, stantibus seque habentibus, ex praemissis rationibus et motivis, saepe repetito supplicanti Iudaeo, et consequenter superius nominatis principalibus ejusdem, super praerepetita summa capitali in praesentaneam militiae nrae necessitatem convertendum ejusdemque obligato interesse ac expensis, modalitate superius, ac in priori benigna commissione nra declarata, absque omni ulteriori excusatione et dilatione plenarie contentare omnimode debeat et teneamini; Ne in casu fors ulterioris renitentiae, de rigidiori remedio cum aggravio vestro iisdem providendi ansa supersit. Secus itaque nullatenus facturi. Gratia in reliquo nra Caesareo Regia vobis benigne propensi manentes. Datum in Civitate nra Vienna Austriae die 9. Mensis Martii A. 1717.

Praes. 5 Mars. 1717.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1717 Martius Nrs. 30.

91.

Arad 1717 május 1. Cosa St. B. altábornagy, Marosmelléki főparancsnok, Arad külvárosában lakó Eliás Izsák és Márkus Mayer zsidókat saját védelmébe és pártfogásába veszi.

Khundt und zuwissen, dasz Nachdeme die Zwey In alhiesige Vorstadt Vohnhafte Juden Nahmens Elias Issak, mit seiner alhier habender Familie (Vorunter Kinder und Kinds Kinder Verstanden seynd) und Marcus Mayr hiermit untersetzten dato nicht alleine Vor meiner Hausz und Hof Juden in meinen Schutz und protection auf und angenohmen, Jedoch mit diser anstrücklichen beding, das obbemelte Zwey Juden sich auf Keinerley weisz unterstehen solten, ohne Mein Vorbewuszt, und Special Verlaubnusz mehr andrer dahier einzuführen. Villweniger bey sich wohnen zu lassen; Als gelanget derohalben an Jedermäniglich so wohl Civil, als Millitarie Vas standes und dignitat Sie auch sein mögen, Mein nachdrucksammes erwidern, diese meine Zwei Hausz Juden Elias Issak samt seiner Familie und Marcus Mayr, frey, sicher und ohngehindert handeln und Vandeln zulassen, denenselben nichts in Veeg zu legen, Villweniger Ein und anders von denen selben zu pretendiren, sollte aber Einer oder der andere auf obgedachten meine zwei Hausz Juden Eine prehension haben, so ist sihc diszfahls bey mir ordentlich anzumelden und anzugeben. Arrad den 1^{ten} May 1717.

Der Königl. Kayserl. Und. Cath. Mayst. General Feldt Marschall Lieutenant, Obrister zu Fusz und der Vestung Arrad, samt allen dependent, wie auch an der Marosch Bestelter Ober Commendant

St. B. Cosa.

92.

Laxenburg 1717 május 16. A király felszólítja a nádort, hogy a Nagyszombat területén átmenő és károsított zsidók ügyében a kincstári igazgató folgamodványa szerint eljárjon és a sérelmet szenvedett félnek igazságot szolgáltatasson.

Carolus 6. etc.

Splis ac Magnifi. Comes, fidelis nobis sincere dilecte. Demisse repraesentatum est Matti nrae nomine et in persona Fidelis nri Egregii Magri Ioannis Majthéni de Kesselökö Causarum nostrarum Regalium Directoris et Sacrae praedicti Regni nri Hungae Coronae Fiscalis. Qualiter Regia Libraque Civitas nra Tyrnaviensis diversos Iudaeos sive quaestus grátia ad nundinas in praeattacto Regno nostro Hungariae celebrare consuetos, sive ex commercio occasione modernarum gravium circumstantiarum necessitate actualiter vigentis Belli exigente, nonnullis ipsorum concredito, per publicas Regias vias, nullius privatae protestati, seu iurisdictioni subjectas consequenter omnibus absque praeiudicio et damno Tertii itu et reditu illimitate liberas et licitas itinerantes et peragrantes, non scilur, qua vindicata sibi auctoritate aut iuro, turbare et molestare, deprehensos capere, inarestare, rebus omnibus penes se habitis privare ac insuper mortis reos praetendere velle, et ex eo pro arbitrio suo taxare et litrare praesumerent, per quod proventus nostros Regios, ex ejusmodi quaestu enasci solitos, auctoritate privata diminui ac bono etiam publico et commodo Regni ex commercio impedito et auctoritate nra Regia admissa derogare videretur, exindeque ut plurimum tam per consilium nostrum Aulae Bellicum, quam ipsos quoque quaestus grátia, beneficioque indulti commercii, per viam Regiam, sive in territorio attactae, sive pagorum ad eandem Civitatem spectantium propria loca domorum annonariarum in praesidio nro Leopoldopoliensi et Szeredini, aliisque Locis praeattactarum necessitatis bellicae situatarum commeantes et commeare debentes, et nec secus, nisi cum gravi incommodo et jactura

publici commercialis commodi remoto longiquiorumque circuitu vitari volentes, querulas publicas ad Mattem nram deferri palam esse, quas exempla etiam taliter captorum, incarceratorumque liberatorum et impeditorum novissime vero eorumque circiter ante biennium ex Moravia in Hungariam ad nundinas Szerediensis profecti et praetensive in territorio ipsius civitatis capti, diuturno quaesto detenti, per dictam civitatem omnibus rebus, imo dominalibus etiam pecuniis spoliati fuissent comprobarent, et coram uberius recensenda testatum reddent. Et licet quidem nos iteratis vicibus, tenore benignorum Mandatorum nostrorum Regionum mentionatam civitatem Tyrnaviensem ad satisfactionem praeattactis praevio modo captis, incarceratis, damnificatisque Iudaeis debito modo impendendum, aut si omnino tale Privilegium ipsa civitas, ne videlicet Iudaei, territorium ipsius attingere, tanto minus ingredi et pertransire ausint, habere ad idem coram Matte nra producendum clementer commonuissemus: nihilominus tamen eadem civitas Iudaeis non restituisset, ita nec petatum quod eatenus se habere praetendebat privilegium, coram Matte nra reproduxisset, taliter se ergo naturali Regi et Domino suo terrestri inobedientem et contumacem reddidisset. Hinc idem exponens Fiscalis noster cui Supremae Autoritatis nrae Regiae, per contumaces subditos ex non obtemperacione benignorum Regionum mandatorum laesae vindicatio et impediti publici commercii, ex indeque diminutorum Regionum proventuum redintegratio competeretur memoratam civitatem nram Tyrnaviensem, seu Magistratum et Communitatem ratione ex praevia coram Fidelitate nra, velut cujusmodi Causarum nri Regii et publici boni interesse tangentium competente Iudice in jus convenire, rationemque de praemissis tum violentis attentatis, tum etiam inobedientia et contumacia sufficientem reddi vellet, Lege Regni et communi justitia, ac aequitate id permittentibus. Supplicatum itaque extitit Matti nrae nomine et in persona antelati exponentis debita cum instantia humillime, quatenus eidem de congruo juris Veridicationis, utpote praerecensorum subconfidentia praetensive Privilegiali factorum excessuum, et

refusionis eatenus causatorum damnorum remedio providere, Fidelitatie vestrae in eo passu benigne committere et mandare dignemur, nec pateremur per ejusmodi insolentes licentiososque actus publicum rerum commercium, praesentium hocce ferventis belli tempore dispendiose interrumpi. Cum autem justa petere non esset denegandus assensus: et alioquin etiam de dictamine legum Regni, notanter vero Art. 15 Anni 1635 universae causae fiscales, velut Iudicatu Palatinali et Locumtenentiali obnoxiae, jure extraordinario per Fidelitatem vram revideri et dejudicari valerent. Et sive Iudaeorum etiam, quatenus tamen in Regno nro Hungariae tolerarentur, privati quaestus graa, sive ex indulto, et admissio iisdem publico commercio per viam Regiam commeantium turbatio, captura et arrestatio, verumque suarum ablatio et arbitraria taxatio ac lytratio, consideretur, ea tamen proventuum nostrorum Regionum ex quaestu profitentium diminutionem et publici boni et commercii impedimentum secum traheret, et publicae querelae viam sterneret: Quales vigore Articulorum 25, 1546 et 16. 1609 anorum summopere cauae et poenales esse solerent. Demum benignis Mandatis nostris non obtemperantes vigore Arli. 4 Anni 1623 in eodemque citatorum, ac aliorum statuta poenae obnoxii essent. Idcirco Fidelitati vestrae harum serie firmiter praecipiens committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus, et rebus, sic, uti praefertur, stantibus, seque habentibus, partibus praescriptibus desuper legitime citatis et certificatis, iisdem, vel legitimis earundem **procuracionibus** in praesentiam sui accersitis easdem suo modo et ordine, pro exigentia legum Regni sufficienter exaudire, compertaque in praemissis antelatorum Iudaeorum publicum commercium tractantium, per praefatam Civitatem Tyrnaviensem privata autoritate, adeoque sine ullo Regio Privilegio attentatae captivationis ac excessivae litationis, et pecuniarum etiam Dominalium ab iisdem ablationis, prouti et benignis Mandatis nris eo in passu emanatis non obtemperationis mora rei veritate, secundum Deum et ejus justitiam judicium ferre, debitumque juris et justitiae complementum administrare, ac partibus laesis omnimodam

in praemissis satisfactionem, reali etiam executionem mediante impendere Fidelitas Vra noverit, debeatque et teneatur. Nec secus facturi. Gratia in reliquo nostra Caesareo Regia Fidelitati Vestrae benigne jugiterque propensi manemus. Datum in castro nro Laxenburg, die 16 Mensis Maji. A^o Dni 1717.

Comiti Palatino comittitur ut in facto Iudaeorum per Civitatem Tyrnaviensem, ex eo fundamento, quod per territorium ejusdem transiverint, damnificatorum ad instantiam Fisci Regii procedat et parti laesae justitiam administraret.

O. L. Conc. Exp. 1717 Majus Nrs. 98.

93.

Bécs 1717 július 9. Oppenheimer panaszára, hogy Rákóczi-nál levő követelése sem a jelzálogként kapott tokaji borokból, sem másképen kielégítve nem lett, a bécsi magy. kir. udv. kamara a szepesi kir. kamarától információt kér arról, hogy a borok hová kerültek és mennyit fizettek ki Oppenheimernek 1702 óta.

Illustrissimi, Spectabiles etc.

Ex accluso sub A. uberius liquet, qualiter Hebraeo Emanuel Oppenheimber vigore obligationum, per Franciscum Rákoczy datarum vina illa Tokayana tunc temporis in loco, Taliensi reposita, subque dicti Iudaei sigillo custodita, pro hypotheca speciali inscripta fuerint; Quoniam autem memoratus Oppenheimer ne quidem minimam sibi contentationem, nec mediante oppignorato vino, nec aliunde in pecunia praestita asserit;

Hinc Illustrissimas, Spectabiles etc. peramice requirendas duximus, ut Nobis per Regiam Cameralem Administrationem Scepusiensem, an videlicet mentionati Iudaei assertum veritate nitatur, reque taliter sic habente, quorsum igitur illa vina distracta sint, notitiam et pariter super eo informationem haud pravatim dare velint, an saepefatus Apello in defalcationem alterius Mandato adhucdum 30^{ma} Septembris anni Millesimi Septingentesimi secundi emanato

sub B. copialiter adjacenti insertae summae, nullam prorsus omnino, vel vero quandam eatenus perceperit solutionem? Quo super utroque passu responsum praestolaturi; Easdem praetitulatas Dominationes vestras pro votis suis optate vivere desideramus. Viennae die 9^{na} Julii A^o 1717.

N. Sacrae Caesareae Regioque Majestatis
Praeses ac reliqui Camerae Aulicae Consiliarii

Kivül: Vina Rákocziana ad Iudaeum Oppenheimber spectantes.
Orsz. Levélt. Ben. Res. 1717 Julii 9.

94.

1717 július havában. Schwed Simon, komáromi ujonclókereskedő kéri a királyt, hogy tekintettel a lőszállításnál szenvedett károsodására vegye őt védelmébe külföldi hitelezői igazságtalan követelései ellen és engedje meg, hogy Magyarországon bárhol lakhassék.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas, Domine, Domone Clementissime.

Qualesnam benignas Eadem Majestas Vra Sacma ex innata sua clementia non minus, ac intuitu fidelium et utilium, in administrandis supplementariis ad Regimina requisitis equis, et probe instituta re annonaria, praestitorum servitorum meorum, mihi ante triennium elargiri dignata fuerit salvi conductus literas ex annexis hicce paribus uberius clementissimeque Majestas Vestra Sacma percipere dignabitur.

Cum autem, actu belligerantibus Majestatis Vrae Sacmae Gloriosissimis Armis praeattactorum Regiminensium equorum defectus majori cum attentione supplendus, ac de commeatu, sustentando exercitui summe necessaria longe accuratius prospiciendum veniret, adeoque in obeundis eatenus muniis meis, majori securitate; quinimo post fatales nonnullos casus in contestatione continuationeque antelatorum fidelium servitorum meorum emersos ac inde resultantia aliquot millium damna, clementissima Mattis Vrae

Sermae in me, familiam, et factores meos extendenda Protectione, contra praetensos quosdam creditores meos Hebraeos, extra Regnum Hungariae degentes, respectu putativorum, a me tamen illegitime praetensorum, mercantium, et quaesturam meam immediate servitium Mattis Vrae Ssm^{ae} concernentem, eo commodius exerciturus, summe indigerem;

Ideo Matti Vrae Sacrae flexo genu humillime supplico, quatenus Eadem antelatas benigne hicce copialiter et humillime repraesentatas salvi Conductus Literas suas, in securitatem itinationum et negotiationum mearum clementer impertitas confirmare, ac in eo duntaxat, ne memoriali praetensi creditores mei Iudaei, intuitu putativarum praetensionum suarum, praeviis ex rationibus, in Regno Hungariae, partibus eidem annexis (siquidem in Regno Bohemiae et aliis Provinciis hoc in passu Privilegiali Mattis Vrae Sacrae Gratia mihi benignissime jam provisum est) me, factores, vel familiam meam ne fors turbare, aut quoquo modo inquietare attentent, ac mihi quemcunque locum in toties fato Regno Hungariae permansioni Iudaeorum alioquin concessum, ita ferente occasione inhabitari liberum sit, imploratum praesens privilegium seu salvi conductus literas adaugere clementissime dignetur. Quam Mattis Vrae Sacrae clementiam humillimis servetiis meis promereri adnitar.

Mattis Vrae Sacrae.

Humillimus perpetuoque fidelis subditus
Simon Schwed, Iudaeus supplement.
equorum quaestor Comariensis.

O. L. Ad Conc. Exp. 1717 Julius Nrs. 21.

95.

Bécs 1717 július 9. III. Károly Schwed Simon, zsidó lókereskedőnek, katonai lovak szállításánál szenvedett kára miatt, egész Magyarországon korlátlan lókereskedést és mindenütt családjával együtt szabad letelepedést engedélyez.

Carolus Sextus Dei Gratia electus Romanorum Imperator Semper Augustus ac Germaniae Hispaniarum Hungariae Bohemiaeque etc. Rex etc. Universis, et Singulis Fidelibus nostris Reverendissimis, Reverendis, Honorabilibus, Spectabilibus ac Magnificis Egregiis et Nobilibus, Prudentibus ac circumspectis Strenuis, item et Agilibus Dominis Praelatis Baronibus, Magnatibus Nobilibus Generalibus Colonellis, Vice Colonellis, Capitaneis, Ductoribus, Vajvodis, Vexiliferis, Decurionibus, imo et Gregariis Militibus nostris cujuscunque annotati Regni nostri Hungariae, Partumque eidem annexarum Supremis et Vice Comitibus, Iudlium et Iurassoribus: Civitatum praeterea, Oppidorum, Villarum et quorumcumque locorum Gubernatoribus, Rectoribus, Iudicibus, Magistratibus Burgi Magistris, et Consilibus, Polliticis item Bellicis et Cameralicis Officialibus, uti et Tricesimatoribus, Portuum, Pontium ac Passuum quorumvis custodibus, aliis denique cujuscunque Status, Gradus, Honoris, Conditionis, dignitatis et praeminentiae Hominibus praesentes nostras visuris, lecturis, aut legi audituris Salutem et Gratiam nostram, ac omne Bonum. Quoniam nos Praesentium exhibitori Simoni Schved Iudaeo quaestori, et negotiatori equorum cum ex eo, quod idem occasione administratorum, ac administrari in se assumptorum supplementariorum certis Regiminibus nostris equorum, in aliquorum millium florenorum summa, propter fatalis casus se damnificatum fuisse assereret, tum vero quo ulterius etiam in comparatione et procuratione ejusmodi equorum omnem sedulitatem ac industriam adhibere velle se promptum, paratumque offerret, liberam ubique per annotatum Regnum nostrum Hungariae, partesque eidem annexas equorum quaestus gratia comparationem et coëmptionem, ex indeque potissimum pro necessitate Militiae nostrae educationem, distractionem et venditionem clementer concesserimus. Et quia justis, pro injustis et innoxii pro reorum excessibus non debeant quoquomodo aggravari, et impedire, eidem ubivis locorum cum ejusmodi equis pro necessitate, ut praemissum est, Militiae nostrae, ac etiam quaestus gratia coëmendis, comparandis et educendis, at dividendis tutum et securum iter patere velimus. Ea

propter universis et singulis quibus supra, harum serie firmiter commitimus et mandamus, quatenus annotatum Iudaeum Simonem Schved dum et quando et quotiescumque cum equis, rebusque suis ad vestras terras, tenuta, Dominia possessiones, officiolatus, aut vestri in medium pervenerit, ex tunc eundem- (solutis tamen solvendis) ubique locorum per memoratum Regnum nostrum Hungariae partesque eidem annexas libere ire, redire, morari, stare, pausare, et proficisci, quaesturamque et mercantiam cum equis secure exercere permittere, perque suos permitti facere velint, debeantque et teneantur; Propter aliorum autem Iudaeorum, aut etiam propria sua passiva debita, per alios quoscumque Iudaeos ab ipso praetensa et competentia juris via non edocta, vel comprobata et quasvis praetensiones, seu delicta, et excessus, dictum Iudaeum Simonem Schwed, aut familiam, et factores ejusdem ad id constitutos, nullo modo molestare, turbare, in praemissisque exercendis impedire, aut detinere, multo minus in persona, equisque, et in rebus arestare, vel quoquo modo damnificare, quin potius in quocumque loco in praefato Regno nro Hungariae permansioni Iudaeorum alias concessio ita ferente occasione idem Simon Schved, factores, vel familia ejusdem habitare, vel morari voluerint, liberam permansionem iisdem admittere debeatis ac eundem et eosdem ibidem nullatenus turbare vel molestare praesumatis. Secus nullatenus facturi. Praesentes autem post earum lecturam semper reddi volumus et jubemus exhibenti Datum in Archiducali Civitate nostra Vienna Austriae die 9. Julii Anno 1717.

Bobok m. p.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1717 Julius Nrs. 21.

Bécs 1717 augusztus 23. Wertheimer Simson, az osztrák örökös tartományoknak főrabbija, kéri III. Károly királyt, hogy 1715 január 5-én majnai Frankfurtban kapott főrabbi privilégiumát Magyarországra is kiterjessze, hogy a magyarországi zsidók közt előforduló viszályos ügyek elintézésében mint kívánt békebíró jogosan is eljárhasson.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas.
Domine, Domine Clementissime.

Benignissime adhuc recordari dignabitur Majestas Vestra Sacra Qualiter Eadem ex ingenita, orbique nota Austriaca Sua Clementia, vigore clementissime mihi a Sacris condam Majestatibus Leopoldo primo et Josepho aequae primo, genitore videlicet, et fratre Majestatis Vrae Sermae, pietissimae reminiscentiae, desideratissimis, per provincias Austriacas, Hereditariaeque Regna Sua, diversimode elargitorum, ac demum per Mattem quoque Vram Sacram sub Dato Francofurti quinta Januarii Anni 1712, aequae clementissime confirmatorum Privilegiorum, mihi sub dato 6 Maji 1716 in ejusdem conformitate per Regnum quoque Hungariae benignissime extensum, non secus propter non fiendam semper et ubique tempore necessariorum itinerum, ac emissionis hominum meorum, ejusmodi Diplomatis productionem, verum ad passus et repassus solummodo accommodatum specialem generalem passum juxta contenta annexae hujus copiae, clementissime elargiri dignata fuerit.

Posteaquam igitur tam Christianis Magistratibus, quam undique in Regno Hungariae subsistentibus Iudaeis e re visum fuerit, ut ego (qua a Matre Vra Serma in cunctis Regnis et provinciis suis Haereditariis clementissime acceptatus et ordinatus Supremus Rabinus) contra clementissimam Mattis Vrae Sermae intensionem, a longo jam tempore inter ipsos Iudaeos, irreptos nonnullos disordines, et haudquaquam tolerabiles eorundem insolentias coercerem, abruncarem, malaeque huic sequelae obices ponerem, atque obviarem, eumque in finem, eo ubi nimirum similibus remeduris opus esset, Iudaicos Iuristas ablegarem, qui in negotio Iudaei contra Iudaeum, ad mentem legis Mosaicae, et Politicae Iudaeorum, disordines avertant, et inter se ipsos Iudaeos habitas difficultates tali modo componant, et sopiant, ut videlicet creditum et negotiatio pro suis conservatione rursus stabiliatur, per eundemque in eum deveniant statum, ut tam Matti Vestrae Sermae, quam Dominis suis contribuere solitum contingens deinceps quoque exactius praestare valeant, Siquidem alias sine expresso Mattis Vrae

Scrmae benigno Mandato (medio cujus, omnibus Dominiis et Instantiis, sub quibus Iudaei reperirentur, clementissime committeretur, Quatenus suprafatis Iuristis, uti praeattac-tum est, Iudaeo contra Iudaeum, vigore legum Mosaicarum et Ceremoniarum suarum, super quibus ego praedicto modo a Majestate Vra Scrma alioquin clementissime Privilegiatus sum assistere teneantur) praelibata remedura mea infructu-osa foret. Proinde Matti Vrae Scrmae hisce humillime sup-plicandum esse duxi, dignetur Mattas Vra Scrma, necessario superinde mihi elargiendo Passu, me clementissime con-solari.

In praestolatione clementissimae Majestatis Vestrae Scrmae resolutionis permaneo.

Mattis Vrae Scrmae.

Humillimus et obedientissimus
Simson Wertheimber Mattis Vrae
Scrmae, uti et sereni Regis
Poloniarum Oberfactor.

Külzeten: Praes. 23 Aug. 1717

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1717 September Nrs. 5.

97.

Bécs 1717 augusztus 26. III. Károly király kinevezi Wert-heimer Simsont a magyarországi zsidók főabbijává.

Carolus 6. Dei Gratia etc. Fidelibus nris universis et singulis, Reverendissimis, Reverendis Spectabilibus ac Mag-nificis etc. etc. Salutem et Gratiam.

Posteaquam superioribus annis et temporibus, non solum a Serenissimis olim Principibus Domino Leopoldo primo et Josepho aequae primo Romanorum Imperatoribus et Hungariae Regibus, genitore utpote et respective Germano fratri nostro gloriosae memoriae desideratissimis, verum etiam a Matte nostra, vigore benignorum Privilegiorum nostrorum praesentium exhibitor Simson Wertheimber, noster quippe Caesareus, ac Scrssae Principissae Dominae Amaliae Wilhelminae viduae Imperatricis, nec non Regio-

Polonicus Saxonius, non secus Reverendissimorum ac Sere-
nissimorum, Moguntini, Treviensis, et Comitum Palitini
Rheni, utpote Sacri Romani Imperii Principum Electorum,
aliorumque Ducum et Statuum Supremus Factor caeteras
inter benignas concessionem ac indulta pro universorum
Iudaeorum, in omnibus haereditariis Regnis et Provinciis
nostris commorantium Archi-Rabbino declaratus et consti-
tutus esset, adeoque eidem quoslibet excessus, insolentias et
disordines, qui a longe jam tempore inter ipsos Iudaeos
irrepsissent, neque tolerabiles forent corrigere, coërcere et
antevertere incumberet, id ipsum vero non secus efficere
posse *Matti nrae* humillime repraesentari fecisset, quando
et in quantum ipsemet propria sua in persona iudicio in
causis et negotiis unius et alterius Iudaei contra alium vel
alios Iudaeos duntaxat vertentibus adesse nequiret, medio
Iudaicorum Iuristarum per eundem deputandorum effec-
tuare eidem concederetur, qui nimirum ad mentem legis
Mosaicae et Politicae Iudaeorum, universos inter eosdem
emersuros disordines reducere, causasque eorum et contro-
versias ad invicem duntaxat habitas componere et sopire,
taliterque negotiationem quoque eorundem et creditum pro-
curare et stabilire, in eumque statum, ut tam aerario nostro,
quam proprietariis Dominis suis, sub quorum protectione
degunt, solitos proventus et census exactius praestare pos-
sint redigere deberent. Ac proinde apud *Mattem nram* hu-
millime supplicavit, quatenus eidem praemissum in finem
benignas hasce patrates clementer elargiri dignaremur.
Cujus humillima et ab aequitate neququam dissona suppli-
catione benigne exaudita, et quatenus ipsi etiam Iudaei ab
omnibus excessibus, insolentiis et disordinibus retrahi, cor-
rigi et coërceri, ac iustitia etiam inter ipsos administrari
debeat, clementer admissa. Vobis universis et singulis qui-
bus supra, et notanter proprietariis quorumvis Iudaeorum
Dominis sub quorum protectione per praefatum Regnum
nostrum Hungariae degunt, ipsorumque officialibus quo-
rumque nomine consensus, serio praecipientes committimus
et mandamus, quatenus praefatum *Simsonem Wertheimber*
pro nostrorum Iudaeorum in haereditariis Regnis et Pro-

vintiis nostris commorantium declarato et constituto Archi-Rabbino recognoscentes, dum et quando ipso aut eo impedito, per eundem Deputati Juristae Iudaici, Causas et negotia Iudaeorum sub protectione Vestra degentium, inter ipsos duntaxat ad invicem vertentes et emergentia iudicaturi, accomodaturi, et vigore Legum Mosaicarum et Cereemoniarum suarum disposituri, Vos, aut Vestrum aliquem accesserint, semetque eatenus insinuaverint, non solum eundem, et Ejus Deputatos in praemissis pro more et consuetudine ipsorum progredi et procedere, verum implorandam quoque necessariam contra refractarios ne fors et inobedientes seque dispositionibus Eorundem accommodare nolentes Iudaeos assistentiam praebere velitis debeatisque et teneamini. Praesentes vero nostras post earum lecturam semper restitui volumus exhibenti. Datum in Civitate nra Vienna Austriae, die 26. Augusti A^o 1717.

Patentes pro Simsone Wertheimber Mattias Vrae Factore et Iudaeorum Archirabbino, ut ubique excessus Iudaeorum corrigere, causasque eorum inter se iudicare possit.

Mednyánszky, Kubovich.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1717 September Nrs. 5. és ad Ben. Res. 1919 Septembris 9.

98.

1717 október 7. Schay Jakab, Modorban lakó zsidő, felségfolyamodványban kéri, hogy a király visszautasíttassa a cseh kir. kancelláriánál Straub Jakab, lipcsei kereskedő által ellene és nikolsburgi rokona ellen újból megindított pert, miután azt már egyszer elintézték.)*

Sacratissima Caesarea Regiaque Mattas

Domine, Domine Clementissime.

Benignissime meminisse dignabitur Mattas Vra Sacma,

*) A mellékelt és Vöröskő 1714 augusztus 21. kelt kiegyezési okmányból kitűnik, hogy Schay I. akkor Modorban lakott.

qualiternam Anno 1713 et 1714 intricationibus inter quendam Iacobum Honorium Lang et ejusdem creditores Mercatores Lipsienses, et alios plures, utque nos Idaeos telonii Palfium arendatores habitis saepenumero Eidem Matti Vrae incommodatam fuerit, et quod ultimatim mercium illarum per illam Iacobum Honorium Lang Posenio Trensiniū vectarum, transgressi vero seu praeteriti Telonii Palfiani Senquiczen causa contrabantatarum post longas partium disceptationes duas tertias miseris quibusdam creditricibus viduabus, et unam tertiam Compagniae Mercatoriae Lipsiensis Jähre dictae, dari benigne demandaverit Eadem Mattas Vra Sacma, prouti idipsum mediante Excelsa Cancellaria Regia Hungarico Aulica factum, Merces vero illas, quas erga depositum apud Magistratum Nicolsburgensem cambium Langianum per me, imo nomine meo per affinem meum Selig Pincus dictum Nicolsburgi levatae, sunt quoque uni viduarum earum ut A. restitutae, ita nihil amplius in manibus meis, aut co-arendatoris mei remanserit.

Cum autem Augustissime Imperator et Rex, hancce rem jam dudum sopitam, quidam inquietus mercator Lipsiensis Jacob Straub nuncupatus, resuscitare inciperet, jam quoque per Mattis Vrae Sacmae Cancellariam Regiam Bohemico-Aulicam Mandatum, ut B., exoperatus esset, quo affinis meus Selig Pincus, ad redditionem mercium earundem, aut pretii cum eo quod interest restitutionem adstringeretur, ille vero non, nisi a me repositis erga extradationem cambii Langiani 1000 fl constituentis, merces illas, ex post illi viduae, ut A. extradatas Nicolsburgae levasset, huic negotio implicatus fuisset, neque mihi omnia creditricibus a Matte Vra denominatis restituendi quidquam inde remansisset, consequenter a mercatore Lipsiensi, nihil in me, aut meo affine Iudaeo Nicolsburgiensi Pincus dicto quaeri posset, imo posito, si adhuc illae merces prae manibus essent, non illi mercatori, sed illis viduabus, quibus datae sunt, pertinerent, quia illarum capitali Jacobus Honorius Lang, prima sui crediti fundamenta apud Lipsiensis sibi struxerit, et merces plus quam ordinario solvens pretio eos-

dem Lipsienses ad sibi quamvis ignoro plura credendum spe lucri allicuit.

Eapropter Matti Vrae Sacrae humillime de genu supplico, quatenus Eadem considerata ex praerecensitis et remonstratis mea, meique praelibati affinis innocentia, praeattactum benignum per Mattis Vrae Sacrae Cancellariam Regiam Bohemicam Aulicam expeditum Mandatum benigne revocare, illegitimum vero et sub dolo formatum saepefati mercatoris Lipsiensis petitum rejicere, ac me, meumque toties attactum affinem ab ejusmodi illegitimae impetitione benigne protegere non dedignetur. Iustitiam implorando morior.

Mattis Vra. Sacr.

Humillimus perpetuoque fidelis subditus

Jacobus Schay

Praes. 7 oct. 1717.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1717 November Nrs. 64.

99.

Pozsony 1717 december 20. Nagyszombat város és — a zsidók képviselőtében — Simon Michel közt a magyar kir. kamarában létrejött megegyezés zsidóknak Nagyszombat területén való átutazhatóságának és vámfizetésének tárgyában.

Wir der Königl. Kays. May. Unsern allergnädigsten Herrn Herrn der König. Hungar. Kammer Praesident Vice-Praesident und Rath thun geben Zuwissen Jedermänniglich, dasz nachdeme Hochged. Ihro Röm. Kays. und König. May. auf bey sowohl Ihrer Kays. und Königl. May. alsz auch dero Dicasterien der Juden öffentl. gethanen Klagen, dasz nehmlichen die Juden auf dem Grund und Boden der Königl. Freystadt Tyrnau, oder zur besagten Stadt gehörigen Dorfschafften und Güttern Handlungs- oder andern Ursachwillen auch auf öffentl. Weeg- und Straszen gehends gefunden oder ersehen werden, alsz bald durch die Stadt und ihre Leut gefangen, in gemelte Stadt eingeführet, alldorten

verarrestiret, und rantianiret, auch ihrer bey Sich habender Gütter beraubet werden, alsz mit Gelegenheit vorigen extraordinari Landes-Rechten, mittel einen gnd. Kays. und Königl. Befehl an Ihro Excell. Herrn Grafen Nicolai Palffi von Erdöd, Erbherrn in Pallenstein, Detrekö, Döben, Mark und Königsaden, Herrn in Pösing, und St. Jörgen, des Königreich Hungarn Palatinum, Richter der Cumanier, rittern des goldenen Vlieszes, der Löbl. Preszburger Gespannschafft ebigen Obergespann, des Königl. Schlosses Preszburg Erb-Oberhauptmann der Röm. Kays. und Königl. May. geheimen Rath, Kamerer, General Feld Marchall, und Obrister über ein Regiment zu Fusz, und Stadthalter, in Königreich Hungarn lautend selbe Streittigkeit unterm Nahmen des Königl. fisci zu promoviren und zu erörtern und gerichtl. weisz Zu schlieszen, gnädigst anbefohlen hat, so ist auch diszfalls vermög selber Kayen gdst gegebenen Commission ein Termin von hochgedacht. Palatin Sr. Excell. der gemelten Stadt Tyrnau auf den 17. Junii erst verwichenen Monat vorgesetzt worden, die Stadt aber mitler Certifications Zeit durch ein gehorsames Memorial so wohl zu Ihro Kays. und Königl. May. alsz auch der Löbl. Hof-Canzley und dieser Königl. Hung. Cammer ihre Zuflucht genommen, in Willens das Palatinalische Gericht und Judicat zu entfliehen und sich von unnutzlichen Unkosten und Mühe zu entheben und weniger sich in ein Stritt mit ihren natürlichen Herren, und seinem königlichen fisco einzulassen, wegen der Juden arrestirung aber habe die Stadt genugsame Privilegia oder Freyheiten der Kay. und König. Maysten solche auch der Löbl. allhiesigen Hung. Cammer zu produciren und aufzuweisen, und dero Kammer Erörterung und Rath zu submittiren sich declarirt, und darüber damit dieszfalls dem König. Fisco wegen dem erbettenen und erlangerten Termin ein Sicherheit zuwachsze, so hat sich in ein Poenfall pr. Tausend Thaler reversiret; alsz dermaszen nach abgeleiteten Process vor allen Räthen zugelassen wurde, den streitenden Partheyen zu sammen zu kommen, auch ihr Strittigkeit und Process auf einen engern Weeg zu bringen; Und weilen mit Verwilligung Seiner Ex-

cell. Herrn Palatino die Sach der Löbl. Hungarschen Cammer überlaszen, auch denen streitenden Partheyen der Termin auf den 14. Tag disz Monats gegeben, und die Partheyen in der Löblen König. Hung. Kammer gegenwurtz beruffen worden, auf Seiten Zwar der Stadt Tyrnau, die wohledle vorsichtige Herren Michel Pontele Stadt-Richter, Stephan Jancovics des innern Rath und geschwohrnen Notarii, wie auch Johann Virigl der Stadt Fiscal mit genügsamer Vollmacht, auf Seiten der Juden aber (itt nyilván kifelejtették Simon Michael nevét) wegen der verbottenen Frey-Strasz und Weeg über der gemelten Stadt Grund Boden, den Juden gewisse Freyheiten und Kays. Privilegia aufgewiesen, Krafft welchen sie einen langwührigen Brauch vorgewendet, solche Brifschaften unserer Untersuchung, mithin der Schlusz dieser Strittigkeit auch von uns allein gehanget. Wir nichts destoweniger nach Art und Brauch eines guten Richters beide Partheyen von fernerer Strittigkeit abzustehen, und die unfehlbar erfolgende unnütze Speesen und Unkosten zu entfliehen sie väterlich ermahnet, dahero haben gedachte Partheyen unsern Fiscal-Sentenz und gerichtlen Schlusz nicht erwarten, sondern vielmehr auf ewig zubefriedigen, von unnöthigen Unkosten Mühe und Streit, wie auch unfehlbar länger dauernden Process zu entgehen, ihren und ihren Nachkömlingen und Erben beeder Seits in dieser groszen und schwehren Sach so schon über Zweyhundert Jahren zwischen der Stadt Tyrnau und denen Juden den Durchzug über der Stadt Grund praetendiret, dauret, dadurch die Gemüther bisz dato nur mehr verbittert worden, umb solche aber zu vereinigen, so haben sich beede Partheyen auf eine, wie folget zwischen der Stadt Tyrnau und ihren nachkümlichen und der Judenschaft auf ewig dauernd und auf keine Weise und Praetext (es seye dann und geschähe durch ein gemein und öffentliches Gesaz wegen der Juden) in friedliche Vereinigung sich eingelassen, gleich wie vor uns auf Seiten der gemelten Stadt Tyrnau durch ihre Gevollmächtigte, von Seiten der Jüdischen Nation aber so den Durchzug und Pass praetendirt, und Klaget, durch oberührten Simon Michael ein gutsprechliche und ewige

Caution in Sich angenommen, und alle Juden so den freyen Durchzug hinfüro genießen wollen, verobligiret, vor unser und währenden Consistorial-Session erscheinen mit eingeschlagenen Händen solches bekräftiget, und mit Mund und Händen bekennet, und Zwar

1. Alle Anforderungen, es seye was es wolle, oder Klagen, welche wegen arrestirung der Juden auf dem Grund der Stadt oder ihren zugehörenden Gütern selbiger Stadt die Juden unter was vor Nahm, oder ihre Grund und Schutz Herren formiren oder anziehen könnten, alle solche cassiret und vernichtet Er Simon Michael und übernimmt solch onus oder Bürde über Sich, und seine successores auf ewig, und quittiret darüber obbelmelte Stadt Tyrnau von allen Anfechtungen, aber auch

2^{do} Hat gedachte Stadt Tyrnau neben ihren darbey und in Standt gebliebenen Freyheiten der ganzen Judenschaft aus Handel oder anderer Ursachen halber über ihr völliges Territorium oder Grund und Boden und alle Gütter, so zur Stadt gehörig ewig und undisputirlich den freyen Durchzug und Betretung erlaubet, und überlaszen, und darüber solche reisenden Juden über ihr Terrein und Boden gegen alle und jede, so viel von der Stadt möglich, wegen den freyen Durchzug zu schützen und zuschirmen angelobet, und sich verbunden, jedoch mit diesem Gesetz und Bheding, dasz den gedingten und freyen eingegangenen Durchzug genießenden Juden, welche der Stadt Boden und Grund nach Begriff der Clasificationen betreten den pactirten Zinnsz, gleich wie es in jeder Class ausführlich benennet stehet, die durchgehende Juden unter Straff des cotrabands und Verlust aller Waaren bey sich gehabt und habenden auf ewig sollen verbunden und obligiret seyn.

In dem ersten Theil der Class sollen verstandten seyn, die arme nichts habende Juden, wann sie Durch bemelten Stadt Grund und Boden Ziehen sollen, Sie auf dem *Mauth Orth* vor jedweder Person einen groschen zahlen.

In der Anderten Zahl und Class seyen selbe verstanden, welche einige Waaren zu handeln auf den Buckel tragen,

solche durchreisende zahlet Jeder vor seine Person auf der Mauth 2 groschen, und vor seine Waaren Jederer à parte 2 gr. Jedoch musz aller Betrug und Falschkeit beygesetzt werden, damit nicht mehrere ihre Waaren einer allein aufgebundener trage, und sich also zuentschuldigen die Gelegenheit geben werde, unter Betrohung des Contrabands.

In der Dritten Class oder Theil seyen jene begriffen, welche zu Pferd reiten, und ihre Waaren auf dem Pferd zähmen, diese sollen Jederer 5 Groschen zahlen.

In der 4^{te} Class seyen jene, welche in einer Chaise, Callesche, oder Wagen geführet werden, und haben wenig oder gar nichts von Waaren, solche werden von Ihren Wagen und Rosz von jeden Wagen einen halben Gulden und darneben eine jede Person, welche auf dem Wagen sitzt, soll 2 groschen zahlen.

In die 5^{te} Class gehören jene, welche mit geringen Waaren oder Sachen oder Trayd beladene Wagen durchziehen, und passiren, diese zahlen jeder von Ein Wagen ein Gulden Rhein. von Rosz und Wagen, und von jeder Person 2 groschen, ferner

In die 6^{te} Class werden selbe gezehlet, welche mit vornehmen Waaren beladene und von grösseren Preysz schwere Wagen durchpassiren, dergl. zahlen von jedern beladenen Wagen Ein Gulden und funfzig xr. und à parte jede Person vor sich 2 groschen, diese nun abgetheilte Bezahlung solle also verstanden seyn, damit wann ein Jud aus obbeschriebenen Classen oder Theilen sich befinde die *Stadt Mauth in Dorffschaften* Roszindel oder Moderdoff als ein filial oder nach Tyrnau gehörig bezahlet, und das von der Mauth gegebene Zettel zu Tyrnau vor- und aufweist in der Mauth, so ist er weiter nicht mehr schuldig die Mauth in Tyrnau zuzahlen, auf solche Art und Weis, wann ein Jud zu Tyrnau die Stadt Mauth bezahlet, ist er gleichfalls zu Roszindel und Moderdorff alsz filial und zur Tyrnauer Mauth gehörigen filial Mauth aldorten nichts zuzahlen obliget.

Mit der Mauth in dem Dorff Gerentschier, als einen abgesonderten Orth, hat es eine andere Beschaffenheit, maszen

die dahin und durchreisende Juden, es seye aus was vor einer obberührten Classsification oder Abtheilung sie seyen, müssen besonder die Mauth bezahlen.

Zu diesem so ist bey Gelegenheit dieser frey und und erlaubter Durchzug, durch beederseits expresse erkläret worden, dasz denen durchreisenden und passirenden Juden in denen Dorffschafften, welche der Stadt Gerechtigkeit und Bothmäsizkeit untergeben seyen, auf keine Weise oder unter was praetext öffentlich oder heimlich einige Waar zuverkauffen oder verhandlen, unter Straff des Contrabands und Confiscation aller Güter und Waaren, welcher sich etwas widriges zu üben unterfanget, erlaubt. Übrigens ist solcher Durchzug und Durchmarsch, in continuo oder nach-einander soll einmahl vor alle mahl gültig und erlaubt seyn, nicht aber und keineswegs sich auf zuhalten, *in gedachten Dorffschafften* der bemelten Stadt Tyrnau, es seye dann eine unumgehentliche Noth vorhanden, etwaun durch Zerbrechung eines Rads oder Wagen, oder gählingen Wszergusz, oder bey harter und strenger Winters Zeit oder Sommer Ungewitter etc. ein sich begebender Casus kan aus disen Umständen probiret werden, bey solchen Begebenheiten, und unumgehentlichen Noth seye erlaubt in gemelten Ortschafften sich auf zuhalten, oder auch zu übernachten. Von Eintritt aber in gedachter Stad unter Keinenn praetext und Vorwandt, weder zu Jahr-Marks-Zeiten oder andern Zufall oder Noth, unter hoher und schwerer Straff (gleich laut Inhalt des Leopoldinischen Privilegii oder Freyheit) solle per Expressum kundbahr und unauslöschlich seyn.

Und damit dieser der beeden Partheyen aufgerichtete Vergleich und Convention in ewige Gedächtnusz komme, so sollen sich beede Theil angelegen seyn laszen, durch Ihro Kays. und Königl. May. auf weis und Brauch eines privilegii zu confirmiren und richten zulassen.

Über welchen dero 2 Gegentheile eingegangene Accord und Convention welcher vor unserer gepflegt werden, haben wir gemelten beeden Theil zu ihrer künftigen Sicherheit

nothwendige Testimoniales oder Zeugnus-Briefe geben wollen.

Datum Preszburg den 20^{ten} Monats Xbris 1717.

L. S.

L. S.

L. S.

L. S.

Aus dem Rath der Königl. Hung.
Kammer den Tag und Jahr als droben.

Joseph Antonius Petterffy.

Orsz. Levélt. Ad Benignae Resolutiones 1731 Maji 7. és Kaufmann
D. Aus Heinrich Heines Ahnensaal 220—228. 1.

100.

Győr 1717 december 31. Győr vármegye közgyűlése igazolja, hogy Izsák Hirschl zsidó a kuruc hadsereg által körülrzárt és nagy élelemhiányban szenvedő Győr városába élete veszélyeztetésével 3000 mérő búzát csempészett be.

Nos Universitas Dominorum, Praelatorum, Baronum, Magnatum et Nobilium inclyti Comitatus Jaurinensis erga nonnullorum Egregiorum et Nobilium fide dignorum viro-
rum coram nobis factam relationem et testimonium fate-
mur et recognoscimus, quod Iudaeus Isacus Hirschl sub
protectione Excellentissimi et Illustrissimi Domini Sacri
Imperii Romani Comititis Syberti ab Heister, praesidii hujus
Jaurinensis confiniorumque eidem annexorum Guberna-
toris constitus in anno millesimo septingentesimo octavo,
ubi tum temporis praesidium hocce Jaurinense sub gravi
Rakoczianorum assecclorum bloquada constitutum fuisset,
iidemque Rakoczio adherentes de victualibus ac praecipue
de frumento nihil plane huc intromissent, ex quo non sal-
tem maxima annonae caritas hic valuisset, quin imo maga-
zinum quoque hocce Jaurinense Caesareo Regium frumenti
penuria non parum laborasset, dictus Isacus Hirschl cum
permissione superiorum exeundo circiter tria millia metreta-
rum frumenti ex hostico cum vitae periculo praesidii, vero
hujus bono ac non exigua servitij Caesareo Regii promo-

tionē huc intulisset et ad praefatum magazinum dedisset, uti et hic Comitatus noster in rationem antelati magazini debitor existens, aliquot centenas metretas ab eodem Iudaeo emisset, taliterque magazinale debitum exolveret. In cujus rei majus robur et testimonium praesentes nostras jurium ejusdem Iudaei futura pro cautela sub sigillo Comitatus nostri usitato et autentico dandas duximus et concedendas literas testimoniales. Communi suadente Justitia. Actum in generali Comitatus nostri congregatione Jaurini die 31. mensis Decembris anno Domini 1717. celebrata.

Joannes Fiath praefati Comitatus Jaurinensis vice comes.

Michael Görözdös ejusdem Inclyti Comitatus supremus Judlium.

Franciscus Oross ejusdem Inclyti Comitatus Judlium.

Alexander Boronkay ejusdem Inclyti Comitatus Judlium.

Stephanus Závör ejusdem Inclyti Comitatus Juratus Assessor.

Franciscus Dioszeghy ejusdem Inclyti Comitatus Juratus Assessor.

L. S. Lectum et extradatum per me Franciscum Fiath praescripti Inclyti Comitatus Jaurinensis Juratum Notarium.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1718 Martius Nrs. 73.

101.

Bécs 1718 február 9. Schlesinger Farkas és Israel fivérek felségfolyamodványi kérelmezésére III. Károly király megengedi, hogy 1716 január 22 kiállított védelmi privilegiumukat szóról-szóra átírják.

Nos Carolus etc. Memoriae commendamus etc.

Quod Volffgangus et Israël Schlesinger Iudaei, als (?) fratres et consangvinei exhibuerint Nobis et praetentaverint certas quasdam pro parte ac ad humillimam eorundem in-

stantiam Majestati nrae factam, super quibusdam indultis et concessionibus, sub dato in Archiducali ista Civitate nra Vienna, Austriae die 22. Mensis Januarii A^o 1716 sub secreto sigillo nostro, quo ut Rex Hungariae utimur emanatas Literas nostras Protectorio Privilegiales. Supplicando Matti nrae debita cum instantia humillime, quatenus nos praeattactas Literas nostras Protectorio-Privilegiales in transumpto aliarum Literarum nostrarum eisdem supplicantibus extradare dignemur. Quarum quidem Literarum nostrarum Protectorio Privilegium tenor sequitur in hunc modum.

Nos Carolus etc. etc. Nos itaque praeinseratas benignas Literas nostras Protectorio-Privilegiales de verbo ad verbum sine diminutione vel augmento aliquali transscribi facientes easdem in transumpto praesentium Literarum nostrarum attactis Wolffgango et Israeli Schlesinger Iudaeis jurium suorum futuram ad cautelam necessarias, sub secreto sigillo nostro, quo ut Rex Hungariae utimur, extradandas esse duximus et concedendas. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae, die 9. Mensis Februarii 1718. Regnorum nostrorum etc.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1718 Februarius Nrs. 62.

102.

1718 március havában. Izsák Hirschl a győri, székesfehérvári és veszprémi katonai raktárak gondnoka, III. Károlyhoz intézett felségfolyamodványában hivatkozva Győr ostroma alatt az őrségnek tett szolgálataira, aziránt esedezik, hogy ő és családja Magyarországon bárhol zavartalanul lakhassék és kereskedést űzhessék, és hogy rokona és intézője, Jakab Hirschl atyjának az uralkodóháznak tett szolgálataiért Budán tovább is nyugodtan lakhassék.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas,
Domine, Domine Clementissime.

Clementissimo Majestatis Vestrae Sacratissimae conspectui supplicem hance libellum meum subjiciendo demissime detegere necessitor, qualiter ego proxime sopitorum

Rakoczianorum tumultuum tempore sub protectione Excellentissimi Domini Sacri Romani Imperii comitis Syberti ab Heister, praesidii Majestatis Vestrae Sacratissimae Jaurinensis gubernatoris constitutus praesidiali militiae et incolis ejusdem loci ob diuturnam eamque strictam obsidionem ac inde secutam annonae penuriam ad extrema redactis clam in hosticum excurrendo imminente undiquoque vitae discrimine minus attentus tribus millibus metretarum frumenti hinc inde quam cellerimi congesti opportune succurrerim, repletoque hoc modo jam eotum penitus evacuato praesidiali magazino, fidele simul ac utile Majestati Vestrae Sacratissimae praestiterim servitium, hicce acclusis literis A. B. et C. notatis testimonialibus idipsum exactius remonstrantibus. Ad haec magazina, sive domos annonarias Jaurinii Albae Regalis et Weszprimii existentes ac meae curae commissas hoc rerum statu potissimum sedulo administrando ac tam praeattactorum fortalitorum praesidiis, quam etiam Inclytae Majestatis Vestrae Sacratissimae militiae campestri de necessario com meatu oppurtune semper et in tempore prospicere satagens, liberum quoruncunque Inclyti Regni Hungariae locorum positivis legibus et statutis Iudaeis minus prohibitorum et exercendo per me liberos et familiam meam quaestui commodiorum incolatum et quietam commorationem mihi clementissime indulgeri perdemisse exoptarem, ac praesertim factore et coadjutore Budae commorante ad accelerandum, quo necessitas exegerit, annonae succursum summopere indigerem.

Cum autem subaudirem, inquietos nonnullos Iacobum Hirschel, affinem et factorem annonarium meum jam a longo tempore, et compluribus annis Budae degentem, in pacifica et quieta permansione ibidem turbare, ac per hoc utilibus servitiis meis et salutari hoc in passu intentioni multum obesse moliri: praeattacti porro Iacobi Hirschel defunctum genitorem jam a tempore felicissimae fortaliti hujus mediantibus Augustissimae domus Austriacae gloriosis armis factae recuperationis usque ad momentum decensus sui Liberae istius ac Regiae Majestatis Vestrae Sacratissimae Civitatis inhabitatione gavisum fuisse, innegabile ac

in propatulo foret, consequenterque filio ejusdem, qua haeredi, idem jus competere, manifestum evaderet.

Eapropter Majestati Vestrae Sacratissimae de genu humillime supplico, quatenus eadem ex speciali sua clementia rationibus praevis ac potissimum fidelium non minus ac utilium servitium Majestatis Vestrae Sacratissimae et commune bonum quoque modo promoventium subditorum suorum conservatione benignissimo cordi sumpta, ubicunque in Inclyto Regno Hungariae (salvis tamen eatenus respectu cujuslibet loci positivis legibus, statutis et recepta consuetudine) me, liberos, factoresque meos et familiam commorari contingeret, pacificam per mansionem, quietum incolatum et pro meliori mei in administranda annona subsistentia liberum quaestum exercendum mihi ac praeattactis meis indulgere, antelatum denique Iacobum Hirschel aequae ex praeattactis motivis in pacifica ejusdem praelibatae civitatis Budensis inhabitatione ulterius quoque manutenere, ac in majorem mei et praememoratorum meorum securitatem benignas suas literas protectionales eatenus expedendas ordinare clementissime dignetur. Quam Majestatis Vestrae Sacratissimae clementiam humillimis servitiis meis demerer adnitar.

Majestatis Vestrae Sacratissimae

humillimus perpetuoque fidelis subditus

Isacus Hirschel Iudaeus,

Iaurinensis, Albae-Regalensis et Weszpriminensis
rei annonariae administrator.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1718. Martius Nrs. 73.

103.

1718 március 18. A m. k. kancellária fenti kérvényt átteszi a budai magisztrátushoz, hogy a Budán lakó Jakab Hirschle vonatkozó kérés tárgyában véleményt adjon.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1718 Martius Nrs. 73.

104.

1718 március 19. Schlesinger Farkas kérvénye a bécsi udvari kamarához, melyben rokonai részére Budán lakhatási engedélyt kér.

Hochlobl: Kay's: Hoffkamer.

Gnädig- und Hochgebiettende Herren Herren. Euer Excellenz und gnaden habe mit gegenwertlig-unterthänigsten Bittzeilen vorbringen sollen, waszmaszen ich und meine rechtmässige Erben und Blutsfreunde, von Ihro Röm: Kay's: und Königl. Majestat glorreicher jetziger Regierung, in ansehung deren von mir und den Meinigen durch lange Jahre dem Ertzhausz von Oesterreich oft mit verlust und groszen schaden des Meinigen, auch Lebens-Gefahr geleisteten Treu-Eyfferigsten ersprieszlichen diensten mit der allergnädigsten freyheit lauth Extract A.) dahin begnadet seindt worden, dasz ich und besagt meine Erben und Freunde in allen Königlichen Freystätten und Örthern des ganzen Königreichs Hungarn (exceptis civitatibus montanis, aliisque ab antiquo jam privilegiatis locis) nebst dem allergnädigst verlichenen Schuz auch befuegt und berechtigt sein sollen, sicher durchreysen, zu wohnen, allda Häuser zu kauffen, aufzubauen und unserem gebrauch nach, frey und nach beheben darinnen zuhandlen und wandlen, und dieses, solutis solvendis, ohne alle Beschwehr- und Hindernusz.

Wann demnach ich und besagt die Meinigen bey jetzigen so harten Kriegs-Zeiten pro bono publico militari gleichwie Euer Excellenz und Gnaden von selbst zu genügen bekandt ist, in grosz und wichtigen Kay's; diensten undt Pflichten, so durch Lüfferungen und verschaffung ein- und anderer Kriegs-Rüstung und Nothwendigkeiten beschehen, biszhero allstets gestanden, auch annoch stehen, und fernerhin zu Beforderung allgröszeren Sr Kays- Majestät-Nutzens in solchen zuverbleiben verlangen; welches aber nicht fueglicher geschehen könnte, und leichter zu praestiren ankommte, alsz wan ich einigen meiner nechsten Bluts-Freunden, der ut A. angezogener Freyheit und derselben

gnädigste verwilligung von Euer Excellenz und gnaden hiemit verschaffete, dasz Nemblichen einige meiner Bluts-Freunden in der Kayß: und Königl. Freystatt offen, gleich anderen Juden leben, allda handeln und wandeln, mit mir anhero correspondiren, und meine zu dem allgemeinen Nutzen gereichende Lüfferungen helfen bedörffen, und übernehmen dörrffen.

Gelangt solchemnach an Euer Excellenz und gnaden mein unterthänigst gehorsambetes Bitten, dieselbe geruhen in conformitate oballegirt-allergnädigsten freyheiten, dan in Ansehung meiner und der Meinigen vor das Ertzhausz von Österreich dem bono publico, allsonderlich aber dem Militari so ersprieszlich erwiesen- und annoch erweisenden Treu-Eyffrigsten diensten, einigen meiner nechsten Blutsfreunden, besagte Freyheiten mit dero hohen Schutz in ermeldter Königl: Freystatt Offen gnädigst zu resolviren und geniessen zulassen. Welche höchste Gnad ich und dieselbe jederzeit mit unterthänigst-Treu-Eyffrigsten diensten abzu-dienen nicht auffhören werden;

Mich dessen gnädigster Gewöhrung getröstend unterthänigst gehorsambst Empfehle

Euer Excellenz und gnaden

Unterthänigst Gehorsambster

Wolfgang Schlesinger Judt.

Kivül: An Eine Hochlobl. Kayß: Hoffkammer Unterthanigst-gehorsambsten bitten.

Wolfgang Schlesinger Judeus.

Pro gnädiger Verwilligung und Manutenirung ingebettener allergnädigsten Privilegien und freyheiten in der Königl. Statt offen zugeniesen betr.

Praes. den 19 März 1718.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1718 Aprilis 6.

105.

1718 március 24. Hg. Eszterházy Mihály kéri III. Károly királyt, hogy, miután Schlesinger Farkas alattvalójának Bagossy Pál örökösei és utódjai elleni követelésének kielégítésére két évvel ezelőtt kiadott királyi végrehajtási rendeletet keresztülvinni nem lehetett, mostan új rendeletet bocsásson ki.

Sacra Caesarea Regiaque Mattas,

Domine, Domine naaliter Clme.

* Ante duos vel tres, ni fallor, annos certum quodpiam Mandatum praeceptorio — Executionale in causa cujusdam Haebrei subditi mei Wolffgangi Schlösinger contra Egregii condam Pauli Bagossy haeredes et successores in puncto liquidi habita, ad instantiam meam Mattas Vra Sacra elargiri Clementissime dignabatur, quod hodieum per Dominum Proto-Notarium Exllimi ac Illmi D. Comitis Iudicis Curiae Regiae, cui id benignissime sonabat, ob intervenia varia impedimenta effectui mancipari et exequi non potuit. Ne igitur idem Hebraeus subditus meus ultronec etiam justis suis juribus destituatur, necessarium est: idem expiratum Mattis Vrae Sacrae benignum Mandatum Praeceptorium denuo expedire et Clme renovari curare. Prout et idcirco Mattem vram Ssam de genu humillime exoro, dignetur ex innata gratia et clementia Sua id Mandatum Suum ad eundem Dnum Prothonotarium rursus ac denuo extradari et expediri facere, quam eatenus erga pauperes subditos meos intuito mei exhibendam gratiam et clementiam Mattis Vrae Sacrae ego humillimis perpetuoque fidelibus servitiis meis promereri adnitor.

Mattis Vrae Sacrae

Humillimus perpetuoque fidelis servus
Princeps Michael Eszterházy.

Praes. 24 Mart. 1718.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1718 Martius Nrs. 59.

Bécs 1718 március 24. III. Károly király megparancsolja Szentiványi Iván kuriai ítélőmesternek, hogy Schlesinger Farkas, hg. Eszterházy Mihály alattvalójának Bagossi Pál utódai elleni régi követeléseinek ügyében a feleket, rövid idő alatt tartandó tárgyalásra, maga elé idézze, kellőképen kihallgassa, és ha a tények a felperes állításainak megfelelnek, kell őt kielégíteni az alperesek vagyonából tőkével, kamattal, költségekkel és haszonveszteséggel.

Carolus 6. etc. Fideli nostro Egregio Magistro Iván Szent-Iványi de eadem Iudicatus Curiae nostrae Regiae Proto-notario Salutem et Gratiam. Expeditum est Majtti nrae nomine et in persona Cognati nostri nobis dilecti Illustris Sacri Romani Imperii Principis Michaëlis Eszterházy de Galantha etc. Qualiter in A^o adhuc 1703 pridem jam evoluto, Egregius olim Paulus Bagossi eotum Hungarici Regiminis nostri pedestris ordinis Colonellus, certas res pro Regimine suo vulgo Munder dictas, ex armis aliaque vestitura constantes procurare volens, eatenus cum dicto Iudaeo Wolffgango Slesinger quaestore praeattacti Exponentis trans-egisset et de subministratione et praetio earundem conveniendo easdem etiam juxta diversas recognitionales suas, coram Jure producendas percepisset; hujusmodi militaris amictus pretium, ac etiam in paratis mutuata pecunia semet ad fl. 8234 Rhen. extenderet, vi praeviae conventionis dicto Iudaeo exolvenda. Interim priusquam praenotatam summam praememoratus condam Paulus Bagosi exolvisset, relicta officii sui in arma Majestatis nrae functione et violata expost homagiali obligatione, ad partes Rakoczianas desciscens, praedeclaratum praevio modo Contractum debitum, nec idem vita sua Comite, tanto minus post fatum ipsius Nobilis Domina Catharina Boros relicta ipsius, eidem Iudaeo exolverunt, prouti nunc etiam in puro et liquido debito inexolute maneret: Non dissimiliter certam etiam torquem pretiosis lapidibus rubinis ornatam, ac in pretio florenorum septuaginta Rhenensium conventam, ac insuper unum aureum sollidum, quinquaginta aureos simplos valentem, in

forma crediti et mutui levando de hujusmodi contracto debito eundem Iudaeum contentare similiter intermisisset; sed et certum equum Hispanicum a fideli nostro Egregio Ioanne Raphanide eotum ejusdem Regiminis supremo Vigiliarum Praefecto, cum toto apparatu et uno pari Pistoletarum florenos circiter 200 Rhenen. praevalentem sub conditione futurae reductionis et restitutionis sibi communicatum abducendo, illius quoque exolvendo pretio restantarius mansisset, cujus pretium idem Ioannes Raphanide, in rationem complenandi certi debiti sui, praementionato Iudaeo cedendo, et in eundem transferendo, siquidem de praemissis omnibus nondum contentatus esset: Ob hoc idem Princeps Exponens cui persecutio causae hujus penes mentionatum creditorem Iudaeum sub protectione Ejusdem Exponentis constitutum legitime competeret praementionatam Catharinam Boros, primum quidem dicti Pauli Bagossi, ex post itidem Pauli olim Orosz, jam vero fidelis nri Ladislai Way de Vaja Conthoralem, qua etiam prolium suarum ex dicto primo condamnato et marito suo susceptarum, et coram denominandarum legitimarum tutricem et curatricem, nec non fidelem quoque nostrum Egr. Ladislaum Bagossi, praeattacti Pauli Bagossi fratrem carnalem, tum ob id quod praespecificata debita idem Paulus Bagossi in statu indiviso contraxisset, tum vero quod Bagasiam et res mobiles castrenses ejusdem fratris sui appraehendisset, eatenus Te authore Iudice in Ius convenire vellet, cuperetque sibi de praevio modo contractis et translatis debitis congrua et adaequata satisfactione, una cum refusione medio tempore lucri cessantis et emergentis damni ad instar legalis interesse restringendi causationumque expensarum de bonis et rebus mobilibus praeattacti olim Pauli Bagossi bona et res mobiles appraehendentium, vel in iisdem succedentium et per utrumque Incattum sub corporali eodem juramento revelandis et reproducendis, ac in casu distractionis et consumptionis de bonis et rebus ipsorum propriis congruam et adaequatam satisfactionem, debitumque juris complementum impendi et administrari lege Regni admittente: supplicatum itaque extitit Majestati nrae nomine et in persona memorati Principis Exponentis debita

cum instantia humillime, quatenus Eidem et consequenter praefato Iudaeo, creditori sub protectione sua existenti, in praemissis clementer providere, omnimodamque contentationem medio Tui impendi facere dignaremur nec pateremer eundem justis suis juribus improvise destitui. Cum autem justa petenti non sit denegandus assensus; et alioquin causae liquidorum debitorum ita essent, stricti juris, quod prouti Te quis obligaret sensu Articuli 17 Matthiae Regis Decreti 6.ti et Uladislai Regis Arcl. 38. Decreti 1mi onus quoque obligaminis ferre tenetur: Imo in qua parte inter emptorem et venditorem bonae fidei actus intercederet, literaeque super contracto debito non extradarentur ad mentem Tit. 32. Par 2^{dae} Oper. Decr. Tripar. juramentum in partem Incattam caderet, hinc, si praementionato pars incatta juramento contrahentis partis contenta esse nollet, aliunde vero, quoad res in secunda classe positas negotium comprobari non posset, de praevio modo levatis rebus et equo corporale juramentum pars Incatta deponere teneretur essetque obnoxia: His accedit, qui succederet in bonis, is in onere quoque de axiomatica juris succedere deberet, resque vi Tit. 83ti Par 1^{ae} oper Tripart. Decreti et Arcl. 105 Anni 1647 cum onere vadere soleret. Causae porro liquidorum debitorum de dicamine Art. 31 Anni 1659 cum expensis currebant, sed nec a justitia alienum censi in casu simili, prouti praesens esset, cum summa capitali cessans quoque lucrum, et damnum emergens adjudicandum, ac de bonis contrahentis Bonaque et res mobiles debitoris apprehendentis vel in iisdem succedentis partis adjustandum fore, et vel maxime dum suis modis et formis admonitus debitor satisfacere, contractumque debitum exolvere neglexisset, quin imo ab efugienda exolvendorum exolutione, semel in tale locum subtraxisset, ubi ne jure quidem aggredi potuisset. Porro rerum mobiliarum revelatio et productio sensu Arli. 138 Anni 1647 per apprehensores sub juramento fieri assoleret. pro distractis vero et consumptis, de aliis distrahentium bonis adjustatio impendenda veniret.

Pro eo Tibi harum serie firmiter praecipientes, serio committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus,

rebusque sic uti fertur stantibus seque habentibus, rationibus denique et causis ex praedecларatis, in uno certo brevi eoque competenti termino partibus praescriptis de super legitime certificatis, ad partes exire, vicinisque et commetaneis inibi legitime convocatis et praesentibus partem proximis utramque sufficienter exaudire, praeviaque sub juramento utriusque Incatti revelandorum revelatione et producendorum productione, judicium et sententiam in praemissis facere, ac tandem comperta eatenus rei veritate, congruam et adaequatam satisfactionem dicto Exponenti, tam quoad praescriptas summas capitales, quam et si juri ita visum fuerit, lucrum cessans et damnum emergens, causasque expensas juridicialiter limitandas de bonis et rebus mobilibus, per praefatos Incattos, uti praemissum est, sub juramento revelandis et producendis, secus in casu non revelationis et non productionis de ipsorum propriis bonis et rebus mobilibus impendere et exequi, executaque manibus dicti exponentis, vel praeattacti Iudaei, tradere et assignari. Expost vero super totius inibi per Te peragendi negotii et executionis Tuae serie, Literas Tuas Testimoniales, adjudicatorias, simul et executionales more consueto extradari, noveris, debeas et tenearis. Communi svadente justitia. Secus non facturi. Praesen. perlectis exhibenti restituendum. Datum in Civitate nostra Vienna, Austriae die 24 Martii Anno Dni. 1718.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1718 Martius Nrs. 59.

107.

Szombathely 1718 április 1. Szombathely városi tanácsa Markó rohoncei zsidónak és társának boltot ad bérbe.

My N. N. Privilegiált Szombathelyi Város Birája És a Tizenkét Eskütt Tanácsy.

Adgyuk tuttára mindeneknek az kiknek illik ez mi leve-lünkben; hogy a Sok karvállásinkra S.— Várossunknak szükült állapotjára nézve; itt ezen Szombathelyi Városban

Vasvármegyében levőben egy Bizonyos Bóltot engettünk Rohonczy Markó Nevő Sidónak egy Társával együtt, a melyben avval árulhasson, mely Boltban való árultatásáért, in omnem fortune eventum alkudot megh a böcsületes Város részére Egy Esztendeigh, a Dato Psenti id Computando, Harminz két Rhenis Forintokban, mily 32 forintokat a midőn ezen Szombatheli Várossy Biró úr kívánnya tartozik le Tenni, de azon egy esztendeigh az itt való várossy adozásnak terhitül mentes lészen, ez szerént S.— aláb irt Conditioók szerinti azon boltban való árulást emlétet Markó Nevő Sidó föl is vette esztendeigh Illyen Conditioók alatt; hogy ezen Bólt kiadás nem ugy adatott neki, hogy jövendőben usus vagy szókas lenni, h. következnek belőle hogy Sidónak az után Városunkban Boltja lenne, hanem ad Placitum lenne az Városnak melyet is az böcsületes Város magának reservál. Nem külömben aztis specialiter observálja a böcsületes Város hogy az Czéhekbéli Mesterek ellen semminémő Partékát ne árulljon hanem az Várossy statutumokhoz magát alkalmaztassa mindenikh társával edgyütt; A keresztént főként megh böcsüllý k és ezután azt el hadgyák hogy Utakrul s— Bóltokbul el ne hiják ne csalogassák az vévő embereket, se ne gátollyák. Ünnap napokon Mise S— Pradikatio alat a Boltot bé tegyék. Feleseghit, Gyermekeit ide ne hozák és Sidókkal ne szaporítsák. A mit vétnek itt, az eő Urokhoz ne folyamodgyanak ha megh érdemlik a büntetést itt bünteltödgyenek, mind ezekre maga Markó Sidó sponatanen magát készbe adásával kötelezte, ha ezek ellen valamit véteni-k toties quoties Szombatheli Várossy Biró Ur négy-négy forintot vehessen raitok, és ezen Levelet is megh állotta mint ha akár mily authentikus személyek előtt lett volna melyrül mys attuk ki ez mi Levelünket Markó Sidónak Várossunk elő-Pecséttyével megh erősítvén.

Datum Sabariae Die 1. Aprilis 1718.

Magyar Zsidó Szemle XIV. évf. 280—281. l.

108.

Bécs, 1718 április 6. A bécsi udvari kamara, Schlesinger Wolffgangnak Magyarországon való lakásjog elnyerése végett beadott kérvénye tárgyában, több kérdést intéz a magyar királyi kamarához.

Illustrissimi, Spectabiles etc. etc.

Postquam diversi Iudaei (prout unius nimirum Wolffgangi Schlesinger Memoriale perhibet) suppliciter instant, ut sub Protectione Camerali tam Budae, quam aliis pluribus in Civitatibus, ac locis, per Regnum Hungariae commorari, atque stabiliter habitare ipsis concedatur;

Hinc necessarium videbatur, ab Inclyta Regia Camera et simul Domino Directore Causarum Regalium praevidiam habere informationem, quid hoc in passu circa tolerantiam hujus Gentis fieri hactenus solitum? Quibusnam in locis constanter permittebantur? item ubi nunc actu degunt et quantum Regio Aerario sub hoc tolerantiae titulo annuatim praestant? et quae praeterea eorundem obligationes? Cuivis rei investigandae occasionem, et ansam dedit, quod Magistratus, et Civitatenses Budenses contra stabiliendum Hebraeorum Domicilium lamententur, Domino Commendante loci contra primodictum Magistratum sese opponente; et pariter Civitas Szegediensis illos admittere recuset; adeoque quid noviter hoc in negotio statutum, quid ab antiquo usitatum? Caesareae huic Camerae notificare placebit, specificando annum tolerantiae pensum. In reliquo easdem diu salvas et incolumes ad vota sua vivere cupimus. Dabantur, Viennae die 6^{ta} Aprilis 1718.

N. Sacrae Caesae: Regiaeque Mattis Praeses, etc,

Kivül: Instantia Iudaei Schlesinger Budensiensis, quo idem sub Protectione Camerali tam Budae, quam aliis in Regnum Hungariae civitatibus libere habitare possit supplicans pro informatione.

Orsz. Levéltár, Benignae Resolutiones 1718, Aprilis 6. M. Zs. Szemle, 1907. évf. 286. l.

1718 április 21. Gróf Kaunicz Miksa panasszal fordul a királyhoz, mert Dubniczky András ítélőmester Petrás Léo és Mózes zsidó alattvalói elleni pert 1718 április 26. Zsolnán akarja elintézni, ami a magyar törvények szerint helytelen. Kéri tehát a királyt, hogy az ügyet az ő fóruma elé utasítsa.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas,

Domine, Domine Clementissime.

Qualiternam Vrae Sacrae Mattis Consiliarius, et Personalis praesentiae Regiae, ac in Iudiciis Locumtenentis Prothonotarius, Dominus Andreas Dubniczky de Nemes Kocsócz, peres benignam Vrae Sacrae Mattis Mandatum, ad Expositionem certorum Friderici et Francisci Koromzay, item Annae Mariae quondam Godefridi Detrich Relictae Viduae, Ducatus vero Silesiae Civitatis Belszkensis quae-storum, emanatum Praeceptorio Executionale Mandatum contra certos Iudaeos subditos meos Hunnobrodenses Moysen et Leeb, seu Leonem Petras appellatos, in facto certi cujusdam debiti, et uti iidem exponentes adstruere conarentur ultra decem mille flor. sesé extendentis, procedere vellett, terminumque iidem subditis meis, ad oppidum Solna pro die 26. praesentis Mensis Aprilis, Anni modo currentis 1718 praefixisset, ex annexis ejusdem Dni. Prothrii Literis Certificatoriis, inclusisque eisdem Copialibus Instrumentis, uberius clementerque Eadem Mattas Vra Sacra percipere dignabitur.

Quia autem subditi nullius alterius Jurisdictioni, quam Dni. ipsorum subjecti essent, coramque nullo alio foro jure conveniri praeter Dni ipsorum quirent. Tit. 26^{to} Par. 3^{ae} Oper. Decr. Tripar. nec non Ar. 23 Anni 1613 et aliis positivis Patris Legibus, per expressum id exigentibus, sed neque falcem suam, cuicunque tandem Iudici, et potissimum in vilipendium auctoritatis Dominalis in messem alterius contra dictamen Tit. 78^{vi} Par. 2^{dae} Oper. Dec. Trip. imittere liceret, Iudicesque a discussione causarum, quae Iudicatu, et Foro ipsorum subjectae non essent, sese abstinere benign-

nis Mandatis Inhibitoriis, ad exigentiam Arli. 19. novissimae Diaetae Posoniensis simpliciter locum dare obligarentur, praeterea ex fundamento quoque eo hic loci ex superabundanti tantum commemorato, quia praedeclaratorum quaestorum acquisitio, longe infra mille flor. summam decresceret, de quibus etiam, uti memorati subditi mei sperarent quietantias, seu expeditorias sufficientes, quae de facto penes conquaestores ipsorum, ac aequae subditos meos existerent, et per eosdem actores quaestores, minime nunc citarentur, producere possent, ac taliter se se fors ex integro enodare valere sperarent, in acquisitionibus autem, quae in puro capitali mille florenorum summam non adaequarent, Prothonotarii Iudices juxta dictamen Arli 28^{vi} praecitatae novissimae Diaetae Posoniensis esse nequirent.

Ideo Eidem Matti Vrae Ssmae supplico humillime, quatenus a discussione causae praedeclaratae in vilipendium autoritatis meae Dominalis fors attentanda, antelatum Dnum Prothonotarium procedere volentem legibus et rationibus ex praedeclaratis, serio et absolute prohibere, eosdem quaestores ad acquirendum jus suum, si quas praetensiones rectas se habere speraverint, ad forum meum Dominale, cui tam iidem jam jure conventi Iudaei, quam ceteri Hunno-Prodensis consocii et conquaestores subjecti essent ibidem rectum et completum, sineque longa mora administrandum judicium recepturos relegare Eadem Matas Vrae Sacrae clementissime dignetur. Quam Mattis Vrae Scrae clementiam ego quoque humillimus perpetuoque fidelibus servitiis meis promereri adnitar.

Ejusdem Mattis Vrae Sacratissimae.

Hullimus perpetuoque fidelis subditus

Maximilianus Uldaricus Comes à

Kaunitz et Rittbergh.

Praes. 21 Apr. 1718.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1718 Aprilis Nrs. 48.

110.

Buda 1718 április 24. József Simon és Hirsch Izsák budai kereskedők kötelezvénye 2000 rhénes forintról, melyeket Aigner Tivadar, hadibizottsági tisztviselő és vörösvári postamestertől kölcsön vettek.

Obligation.

Wür Endesz unterschribene Joseph Simon, undt Hirschel Isaac cameralschutz, undt Handls Juden, in der Königl. Freystatt Ofen, urkhunten, undt bekennen jeder zeit crafft gegenwärtiger obligation, vor unsz, und. allen künfftig nachkommenden Erben oder Erbnahmen, in beständigen form rechtens, dasz auf unser freündlichesz ersuchen und bevorstehender Nottdurfft Zway Tauszend gulden Rhein: in gutter gangbahrer müntz paar dargeliehen und vorge-streckt hat, der Wohl Edl gebohrne herr Joseph Theodor v. Agner dero Röm: Kays. Gral: kriegs comissariat ampts offi-cier und Postmeister zu vörösvár, geloben, undt Versprechen disem nach, dasz wür obgelmelte Summa der 2000 fl ihme herrn v. Agner dessen Erben, und nachkommen, auch ge-treueren Inhabern diszer obligation, von heünt unter-gesetzten dato an, bis über ein Jahr gegen Jährlicher reichung desz übliches Sechs pro cento Interesse, jedoch mit Vorher-gehender Viertel Jähriger aufkündigung, hinwiderumben dankbahrlich abzuführen, undt zu bezahlen, damit aber mehr erholter herr darleiher dessen Erben, und Erbnehmen, auch getreue Inhaber diszer obligation, desz so treüherzigen darlehens der 2000 fl desto mehrer versichert sein mögen, alsz verHypotheciren wür demselben, all unser jetzig, undt kunfftig überkhommenes haab, undt guets, ligend und fahrend nichts darvon ausgenommen, in Specie und Genere dasz, im fahl wür. wider allesz Verhoffen, mit abführung desz capi-tals oder Interesse nicht zu halten, oder unsz Saumselig er-zeigen solten, obberührter herr v. Aigner befüegt und berech-tiget sein soll, auf unser all demselben verHypotocetirtes vermögen, in genere, so wohl in Specie, sich so lang nach denen Hung. Rechten gemäsz zu halten, bisz dasz derselbe

so wohl dasz Capital, Interesse und etwan auflaufenden schaden, undt unkosten gänzlich befridiget undt contentirt sein würdten, dan wider unsz einige Exceptio Juris vel'facti, alsz dasz ist, Exceptio non numerare pecuniae rei non sic, sed aliter gestae, doli mali laesionis. Inductionis aut persvasionis, kriegs empörung oder feuers brunst, deren all allen wür unsz hirmitt per Expressum begeben haben wollen, nicht schützen, schirmen, noch Vortráglich sein sollen, allesz geträulich und ohne gefährde dessen, zu wahrer urkhundt haben wür unsere schuld obligation, mit unser aigenen handtschrifft und gewöhnliches Insigl gefertigt. Sig. Ofen den 24. April, Anno 1718.

Joseph Simon undt
Hiersch Isaac Handelsjuden
in Ofen.

Kivül: Inclytae Camerae Regiae Hungaricae pro Informatione, voto item, ac opinione amice transmittendum.

Ex consilio Camerae Aulicae Viennae 5 Maji 1722.

Georgius Száraz.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1722. Maji 5.

111.

Laxenburg 1718 május 6. Löw Ulmo és Izsák Schwab a hadsereg élélmezése körül szerzett érdemeikért, III. Károlytól véd- és szabadságlevelet kapnak maguk és utódaik részére.

Nos Carolus etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis, quod posteaquam ex complurium fidelium nostrorum etiam sublimioris characteris et praeeminentiae Militarium officialium, Generalium utpote et Belliducum testimoniis coram nobis reproductis benigne intelleximus; qualiter nimirum Löw-Ulmo et Isaacus Svab Iudaei consocii, qua constituti Vices Gerentes Oppenheimeriani, jam a triennio, non saltem pro Budensis, verum aliis etiam Praesidiis nostris, ac campestribus quoque Bellicis necessitatibus, imo Anno quoque 1717

proxime praeterito nomitassimo fortalitio nostro Belgradiensi, eorum penuria rerum laberante, et vicinis eidem fortalitio castris, potissimum dum sub *Admodiaturatu Morefeldiano* maximi defectus oborti fuissent, magnam quantitatem annonae prompte et alacriter administraverint, taliterque servitium nostrum fideliter, zelose et ferventer promoverint, ac in posterum etiam pari fidelitatis zelo pacis videlicet et belli temporibus semet quemvis in casum promoturi pollicentur. Ac ob id iidem Iudaei Consocii apud Majestatem nostram in eo demisse supplicaverunt, quatenus intuitu tam utiliter praestitorum eorundem fidelium servitiorum, quam in futurum etiam non minori fervore praestandorum, eosdem non solum sub specialem protectionem nostram Caesareo-Regiam assumere, verum in singularis eorundem fidelitatis recognitionem id quoque, ut ipsi, ipsorumque haeredes et posteritates ac familiae eorundem in omnibus illis locis, ubi ejusmodi Hebraei cum Caesareo-Regia nostra, aut gloriosae memoriae praedecessorum nostrorum, non secus Magistratus quoque annuentia toleraretur, ubilibet in praefato Regno nostro secure degere et morari, ac in negotiatione, consuetudinibus, et propriis ceremoniis, contra Communitatis Hebraicae libertates Caesareo-Regias nullatenus gravari, molestari et impediri, nec minus etiam ubilibet libere et secure itinerari, mercari et negotiari, ac iis omnibus concessionibus, quibus nimirum caeteri Iudaei a Majestate nostra, vel praedecessoribus nostris consecuti fuissent, absque quorumvis impedimento et reclamazione, uti, frui et gaudere possint; praeterea in personalibus aequae ac realibus, nullus alterius praeterquam Camerarum nostrarum, aut ubi ipsi fixum domicilium habuerint, legitimi Magistratus Iudicio adstare et respondere teneantur, nec propter aliorum Iudaeorum debita ullo pacto arrestari et detineri, tantoque minus damnificari possint; sed nec in solitis taxis aut tributis aliter quam ipsi Christiani cujusvis loci ullo modo gravari et onerari debeant, ac denique cum universis mercibus liberum quaestum et negotiationem suam in suis habitationibus, aut apertis etiam fornicibus, quam Privilegiati Aulici Iudaei nostri exercere possint et valeant,

clementer concedere dignaremur. Quorum Nos humillimā supplicatione clementer permoti, attentis et consideratis praedecclaratis eorum duorum consociorum Iudaeorum fidelibus et utilibus servitiis, quae iidem, uti praemissum est, fideliter ac zelose praestitissent, ac in futurum etiam quavis occasione pari fidelitate et constantia se praesentituros pollicerentur, dignos omnino existimaveramus, ut in recognitionem praenarratorum servitiorum peculiari gratia nostra Caesareo-Regia et indulto consolari et perfrui possint; Ac proinde ex certa scientia nostra ac de Caesareo Regia benignitate in quosvis benemeritos et fideles subditos nostros extensa, memoratis Iudaeis Löw-Ulmo et Isaco Svab consociis id clementer concedendum et annuendum, indulgendumque esse duximus, ut iidem cum uxoribus, prolibus et domestica familia suis, eorundemque filii et nepotes in recta generationis linea descendentes in omnibus illis locis, ubi aliqui Iudaei cum Caesareo-Regia, aut gloriosae memoriae Praedecessorum nostrorum, non secus Magistratus quoque annuentia tolerarentur, ubilibet in praefato Regno nostro Hungariae secure degere et morari, ac in eorum negotiatione consuetudinibus et propriis ceremoniis contra libertates Caesareo Regias Communitati Hebraicae clementer concessas et impertitas nullatenus gravari, molestari et impedire, nec minus etiam ubilibet libere et secure itinerari, mercari et negotiari, ac iis omnibus concessionibus, quas nimirum caeteri Iudaei a Matte nra vel Praedecessoribus nris consecuti fuissent, absque quorumvis impedimento et reclamatione, uti, frui et gaudere possint; Praeterea in personalibus aequae ac realibus nullius alterius, praeterquam Camerarum nostrarum, aut ubi ipsi fixum domicilium habuerint, legitimi Magistratus Iudicio adstare et respondere teneantur, nec propter aliorum Iudaeorum debita ullo pacto arrestari et delineri, tantoqueminus damnificari possint, sed nec insolitis taxis aut tributis aliter, quam ipsi Christiani cujusvis loci ullo modo gravari et onerari debeant: Ac denique cum universis mercibus liberum quaestum et negotiationem suam in suis habitationibus, aut apertis etiam fornicibus non aliter quam Privilegiati Aulici Iudaei nostri exer-

cendi praerogativa gaudere et ubique locorum in praefato Regno nro Hungariae, Partibus eidem annexis, quaesturam et negotiationem suam, absque ulla turbatione et impedimento (solutis nihilominus solvendis) exercere et promovere ac demum in quacunque civitate nra et oppido (exceptis Liberis et Regiis Montanis Civitatibus nris, aliisque super non receptione et toleratione Iudaismi ab antiquo jam privilegiatis locis) salvis semper ejusmodi locorum privilegiis et immunitatibus, praevia tamen super sui admissione et receptione cum Magistratu et Communitate pro justo et aequo ineunda conventionem et accorda residentiam sibi figere, et uti praemissum est, quaestum ibidem exercere, ceremoniisque ipsorum Iudaicis uti, frui et gaudere possint et valeant. Quos etiam in benignam Caesareo Regiam protectionem et tutelam nostram specialem praevio modo assumpsimus, Imo concedimus annuimus, indulgemus et assumimus. Quocirca Fidelibus nostris universis et singulis praefati Regni nri Hungariae Palatino Iudici Curiae nostrae Regiae, Thavernicorum nostrorum Regalium Magistro ac ppsen. nrae in Iudiciis Locumtenen. et Consiliariis nris respective Intimis modernis, nec non Supremis et Vice Comitibus, Judlium et Jurassor, ac totis demum Universitatibus quorumlibet praefati Regni nri Hungariae Comitatum, non secus Camerae nrae Hungaricae Praefecto, et Cameralis Administrationis Scepusiensis Administratori et Consiliariis, item Magris Civium, Iudicibus et Juratis Civibus ac Senatoribus totisque Liberarum et Regiarum Civitatum nostrarum, quae intuitu, non receptionis et tolerationis Iudaeorum privilegiatae non essent; prout et Regionum nostrorum ac aliorum oppidorum privilegiatorum Communitatibus, Cunctis denique cujuscunque Status, Gradus, Honoris et Dignitatis Hominibus, Subditis videlicet nostris, hisce benigne committimus et mandamus, quatenus memoratos Löw Ulmo et Isacum Svab consocios Iudaeos, eorumque haeredes in recta linea descendentes et familiam ipsorum, praemissis benignis indultis et concessionibus nostris uti, frui, et gaudere permittere et contra praesentem gratiam nostrum iisdem concessam adversus universos eorundem impetitores, turbatores et dam-

nificatores tueri, protegere et defendere velitis, debeatisque et teneamini, autoritate nostra Regia vobis eatenus plenarie concessa et attributa. Harum nostrarum secreto sigillo nostro, quo ut Rex Hungariae utimur, impendenti Communitarum vigore et testimonio Literarum. Datum in castro nostro Laxenburgh die 6. Men. Maji, A. Dni 1718.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1718 Majus Nrs. 70.

112.

Buda 1718 június 27. A budai privilegizált zsidók újból folyamodnak az udvari kamarához budai védelmük és kiváltságaik megerősítéseért.

Hoch Löbl. Kays. Hoff Cammer.

Gnädig undt Hoch Gebietende Herren Herrn.

Ewer Excellenz und gnaden geruhen auf diesen Duplicat des mehrern gnädig zu erschen, was massen, wiir Sämbllichen von alten Zeithen hero Privilegirte offnerische Juden, umb Confirmirung unsers schutzes und privilegien zu Ofen, schon vor einen Monath angehalten, und Solch unserer instanz dem Vernehme nach, an die Hungarische Cammer umb Bericht gegangen seye, von welcher, weillen zu Dato weder der Abgeforderte Bericht, noch die Ein gereichte instanz nicht ans Taglicht kommet, wiir Sammentlichen.- Alt Privilegirte Juden aber unsere So wohl Kayl. alss Bey der Statt Ofen gebrauchige gaben Alstehts acurat gereichet, und Ferners zu reichen uns nicht weigern, dannenhero in unseren Billichen Begehrn Erhörl zu werden, und in der Sache Fortfahren zu können.

Geruhen Ewer Excell. und gnaden den schon vor graumbe Zeit abgeforderten Hungarischen Cammer Bericht nochmahlen Alles Ernstes Ehistens zu Erstatten gnädig An zu befehlen, vor welche hohe Gnadt unss Behstens obligirter unterthänig gehorsambst Empfehlen Ewer Excell. und gnaden. Unterthännig gehorsambt.

N. N. Die gesambten Privilegirte Offnerische Juden

A külsőten: Inclytae Camerae Regiae Hungaricae, haec ex Superabundanti porrecta humillima Supplicatio ideo rursus amice communicatur, ut informationem, votum item, ac Opinionem, Caesareo Regiae Camerae Aulicae perscribere velit; ne intus denotati Supplices querulandi ansam habeant. Ex Consilio Camerae Aulicae Viennae 27 Junii 1718.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1718 Junii 27.

113.

Bécs 1718 július 20. A magyar kir. udvari kancellária közli Budaváros tanácsával, hogy a néhány budai polgár által megbántott Jakab Hirschlnek mint lífferransnak, a királytól kapott engedély folytán, joga van Budán lakni, különben nincs a kancelláriának szándékában a város privilegiuma ellen cselekedni.

Magistratui Budensi.

Prudentes et Circumspecti Domini nobis observandi.

Salutem et officiorum nostrorum promptitudinem. Literas praetitulatarum Dominationum Vestrarum adhuc dato 26. Men. Aprilis Anni currentis infrascripti ad Cancellariam hanc Regiam Hungaricam Aulicam. in punctourbationis Iudaei Jacobi Hirschl in queta ejusdem habitatione per nonnullos earundem concives factae in forma responsi ad praeviam ejusdem Iudaei Isaci Hirschl apud nos factam querulosam representationem exaratas, rite percepimus ex quarum contentiis non saltem praeattacti Iudaei Jacobi Hirschl, verum aliorum etiam Hebraeorum in isto Peculio Regio sedem et incolatum contra Tenorem Privilegiorum Earundem ne fors in futurum figere satagentium tolerationem. Eisdem Dominationes Vestras deprecari intelleximus.

Ac idcirco responsi loco, sive id iisdem Dominibus vestris reponen[dum] censuimus, quod licet quidem Jacobus Hirschl sub titulo Lifferantiae certum benignum, ut nimirum Budae habitare et quaestum exercere possit, non ita dudum impetrasset et obtinisset indultum: nihilominus tamen nulla fuit [nostra?] intentio, ut generali Civitatis istius privilegio, veluti ad mentem Tit. 7 Par. 2 Oper. Decr. Tripar. toti Com-

munitati Civitatensi in perpetuum concesso, derogetur et praejudicetur. Quibus repositis, servet Deus praetit. Dnes Vras diu salvas et incolumes. Datum Viennae Austriae, die 20. Men. Julii Anno Dni 1718.

Earundem praetit. D.

Bobok

Ad officia parat.

N. N. Sacrae Caesareae Regiaeque
Cancellariae Regio-Aulicae Hungariae
Consiliarii.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1718 Julius Nrs. 97.

114.

1718 július havában. Schlesinger Farkas, császári udvari zsidó, mint a budai zsidók meghatalmazottja, kéri a cs. udvari kamarát, hogy engedje meg nekik, hogy a vizivárosi fegyvertár (Zeughaus) mellett levő üres telken maguknak boltokat és lakóházakat építhessenek.

Hochlöbl. Kay. Hoff Cammer Gnädig Hochgebiettende Herrn Herren.

Euer Hochgräffl. Excellenz, undt Gnaden hiemit in tieffster Submission vorzutragen, werde Ich im Nahmen der gesamnten privilegirten ofnerischen Judenschafft, als dero-selben gevollmächtigter, von darumben eusserist dahin gezwungen weilen dieselbe von Einem alldasigen löbl. Magistrat, ohnerachtet deren, von derselben sowohl von Zeit, da die königl. Statt Ofen durch die Kay. Waffen ausz desz Erbfeindts Händen widerumben entrissen worden, biszhero jedermahls jährlich richtig abgeführt-auch bisz dato ordentlich abführenden Tolleranz undt Portions Geldern, anderer paratissime zu contribuiren habenden Onerum zu geschweigen, dasz auch deren Handlschaft undt Negotiationesz, mit welchen das gemeine Weeszen mit wohlfeylen Waaren forderist die villioris sortis et conditionis seind, umb einen leydentlichen Preisz bedient wirdt, dem daselbstigen kays.

undt königl. Dreyszigst an Mauth-Regalien, undt gebüh-
 nüssen, wie auch dem Peculio Regio jährlich beytragenden
 Nutzen, in denen bürgerlichen Häusern undt Gewölbern zu
 handeln undt zu wohnen nicht tolleriret- sondern gänzlich
 exterminirt- interturbirt- und vertrieben werden will; Nach
 deme bey Ihro Kays., undt königl. Mayestät aber dieses, zu
 benehmung gedachter Judenschafft mit Treibung Ihrer
 Handtschaft undt gewerbs, daselbst unumbgänglich erfor-
 derenden Subsistenz gereichendes procedere, von mir per-
 modum gravaminis allergehorsambst angebracht- undt
 umb consignirung eines zu aufferbauung der benöthigten
 Gewölber undt Wohnungen tauglichen Fundi nicht weniger
 umb allergnädigste remedirung dieser von besagten Ma-
 gistrat erleydenden expellirungend flehentlichst gebetten-
 auch solch meine allerunterthänigste Supplicque an den
 Cameral-Inspectorn Herrn. v. Zennegh daselbst umb bericht
 remittirt worden, hat Selbter solchen dahin allergehorsambst
 erstattet, dasz nicht allein zu auffrichtung deren Handlungs-
 gewölber ein lährer Platz bey dem kays. Zeugstadl, allwo
 die vorhero gestandene- von desz verstorbenen Generalen
 undt daselbst gewesten Commendanten H. Graffen v. Regal
 seel. Excellenz aber anderstwhin transferirte bürgerliche
 Fleischbänke gewesen- sondern auch zu Erbauung deren
 Häuszer, undt Wohnungen unweith desz alldasaigen Dreys-
 sigst-ambst ein gelegensamper und Planckhen eingefange-
 ner undt dem kays. Aerario weder von einem noch dem
 andern nicht den geringsten Nutzen verschaffender orth
 vorhanden seye, also dasz an denen beeden grunden off-
 gedachte gewölber undt Häuszer fueglichst- undt ohne son-
 stig-geringstes bedenken auffgerichtet, undt erbauet wer-
 den könnten.

Damit nun offtmentionirte Judenschafft deren von be-
 deuteten offnerischen Magistrat erleydenden interturbatio-
 nen entgehen- ihre Handtschaften Commercia undt Nego-
 tien vigore Ihrer Ihnen allergnädigst ertheilten Privilegien
 fernerhin ruhiglich undt unturbirt exerciren undt treiben-
 auch zu Entrichtung der Tolleranz-gelder wie auch deren

Portionem undt anderer onerum dabey in allen gnädigst manuteniret werden möge. also

Gelanget an Euer Exellenz undt Gnaden mein in Nahmen mehrgedachter ofnerischen Judenschafft unterthänig-gehorsambst flehentlich höchstbewegliches bitten, Sie geruhen primo zu mehrer beglaubigung aller obrecensirten der Sachen wahrhafften Umbstände, von besagten Cameral Inspectore H. von Zenneg den gründlichen bericht in Gnaden ohnmaszgebig abzufordern, Secundo aber der beträngten offnerischen Judenschafft die gnädige Licenz zu ertheilen, womit Selbte an obbenandten lähr undt unnutzbahr stehenden zweyten Plätzen oder fundis Ihre unumbgänglich erforderende Handlungsgewölber so wohl alsz auch die zur Wohnung benöthigte Häuser, gegen eines mit Euer Exellenz undt gnadengnädig zu tractiren beliebig undt zu Ihro Kays. undt königl. Majestät allerhöchsten Interesse jährlich reichenden Tributs quanti auf ihre eygene Spesen erbauen könne undt möge. Zu welch gnädiger gewehrungs-resolution mich sambt der armist-ofnerischen judenschafft unterth. etc.

Euer

Unterthänigst Gehorsambster
Wolff Schlesinger Kays. Hoff Jud
der gesambten ofnerischen Judenschafft
Gewollmächtiger.

Kivül: Inclytae Regiae Camerae Hungaricae pro informatione voto ac opinione amice communicandum.

Ex consilio Camerae Aulicae

Viennae 20 Julii 1718.

Geor. Száraz

Orsz. Levélt. Ad Benn. Res. 1718 Julii 20.

115.

1718 július havában. A budai magisztrátus által készített kimutatás a budai zsidók által 1689—1717-ig pénztáránál lefizetett adókról.

Zusambtragung

der tollirten (sic) undt von Anno 1689. Jahr durch Faith Hirrschl, Jacob Nadl, Wolf Bachrich undt andern darzu

gehörender Partayen, bisz jetzt lauthendes Jahr erlegte portions Zetl, wessen Extract einer so wohl, als der andere durch den Jahrslauß erstatten mueste. Obwohlen schon viel deren in verlust gangen.

Jacob Nadl Judt solle an dem heurigen-winter-quartirlichen Portionen vürzig gulden bey vermeydung d. Execution ohne verschub bezahlen. Ofen den 15 februar 696.

L. S. Burgermeister undt Rath allda.

1696 den 10 Junii sind dreyszig gulden in dasz statt Cammer Ambt richtig bezahlt worden.

Fridrich Santermaister.

Dasz Nadl Jud Erben sollen an denen heurigen winter Portions virzig gulden bezahlen. Ofen den 22 Martii 697

L. S. N. Burgermeister undt Rath allda.

Judt Nadlische Erben sollen an von ihro Kay's. undt Königl. Majestätt an heuer auf das Königreich Hungarn geschlogene 4 Millionen, also auf die Statt ofen reprartites Quantum v. 5400 fl

Kay's Portion 36

Ordinari anlag „

bei vermeydung der von dem Löbl. Comissariat. würkhl angedrohten Execution alsoogleich bezahlen Ofen d. 15 Martii 698.

L. S. Burgermeister undt Rath allda.

Heunt d. 10. April 1698 seint ohn der Kay's Portion 24 fl recht entrichtet worden. Noch d. 14. Aug. port.

bezahlt 12 fl

R. Wolff oberr.

Nadl Judt solle vor heuer au dem d. Königl, Haupt- und freystatt ofen angeschlagenen Portionsquanto bisz Endt April 1699 bey vermeidung d. Execution bezahlen

Kay's. Portion sambt ordin. 36 fl

L. S. N. Burgermaister undt Rath allda.

Heunt d. 6. Maii 1699 ist die Portion mit 23 fl. und an die ord. anlag 1 fl erlegt worden. Nach zahlt d. 10. Novembris 12 fl.

R. Wolff oberr.

Ad. N. 216

Nadl Judt solle vor heuer an dem auf die Statt ofen repartirte 1700 Portion Quanto bezahlen

Kays. Portion 19 fl

Ord. 11 fl

L. S. Burgermeister undt Rath allda.

Den 7. April 1700 in abschlag bezahlt 13 fl

D. 16. Julii 1700 detto 7

Ulrich Bernard Noiyl... Statt Syndicus.

Ad. N. 257 Judt Nadlische Erben sollen an der 1701 Jahr an die Statt ofen angeschlagene Portion bezahlen 20 fl.

L. S. Burgermaister undt Rath allda.

D. 28 Julii ist dieses bezahlt mit . . . 20 fl

Johann olvashatatlan.

Ad. N. 272. Natlische Erben Judt sollen an dem 1702 Jahr auf die Statt ofen repartirten Portions quanto bezahlen 24 fl.

L. S. Burgermeister undt Rath allda.

D. 21. Jenner 1703 ist an den entstehenden Portionsanschlag pro Ao. 1702 in Abschlag bezahlt worden

paar zwolf gulden Id est 12 fl

S. Wabler.

D. 1. Martii ist die noch aussenstehende Portion 12 fl völlig bezahlt worden.

Maria Elisabetha Wablerin.

Ad Nr 253 Die Natlische Erben Judt sollen an der Ofner Portion von 1.9 ber 1702 bisz Endt Januar 1703 bezahlen 7 fl 30

L. S. Burgermeister undt Rath allda.

Vors erste Quartal zahlt 7 f 30 L. S. Wabler.

„ zweite „ „ 7 f 30 „ „ „

Quittaug

Pr, hundert gulden, welche ich endts geferttigter von der gesambten Judenschaft allhier als eine auf sye von dem Löbl. Magistrat aussgeworfene anlag in die mir anvertrauten quir (?) statt ober Cameramdt richtig empfangen habe. Dieses bescheine hiermit ofen d. letzten xber 1709.

L. L. August Schmiedl quir stat...

N. B. Die Vorig gegeben interimis bescheinigungen seindt gegen diese haupt Obligation Cassirt.

D. samentl. Nattlische Erben Juden allhier sollen zum Kay's-Contrebutions Quanto bezahlen von ihrer handlung 60 fl.

Ofen d. 1. Apr. 1710.

L. S. Burgermaister Richter und Rath allda.

A. 1710 d. 3. July zalt a Conto in 2 mahlen paar 40 fl — xr
1711 d. 1. Martii zahlt mit abrechnung des

Apothekers Jud zum Kleyd	18 fl 51 xr
Paar geldt	1 fl 9 xr
Matthias Natterman	60 fl —

Nattlische Erben handels Juden in der wasser Statt sollen zum Kay's Contributions quanto bezahlen 32 fl

Ofen d. 16 Juny 711.

L. S. Burgermaister Richter und Rath allda.

1712 D. 9. Martii zahlen wöllig 32 fl

Joseph Kracher steyr Einnehmer.

Die Nottlische Erben sollen an denen anherigen Kayl. Contributions Anlagen bezahlen 55 fl

Ofen d. 1. Martii 1711.

L. S. N. Burgermaister, stattrichter und Rath allda.

1711 d. 11. Juny Empft hierauf . . . seiner Quittung mit	20 fl
paar geldt mehr mahle	20 fl
	40 fl

Matthias Nattermann

Die Nattlische Erben handles Juden sollen zu der Königl. Landtagsz taxa, undt ablegations unkosten auch wegen andere unentpärliche gemein Nothwendigkeiten bezahlen

von gewerb	32 fl
Schutzgeldt	15 fl
Summa	<u>47 fl</u>

Ofen d. letzten Junii 1712.

L. S. N. Burgermaister Richter undt Rath allda.

Vermöge Rathschlusz untern 14. July 1712 wirdt bezahlt 40 fl welche herr Matthias Nodterman vorhin empfangen. id est 40 fl 1712 d. 5. September den Rest paar 7 fl

47 fl

Joseph Kracher steyer Einnehmer.

Ad Nr 242 et 43.

Nattlische Erben sollen zur rückständigen Dietal Taxa alte und neue Portionen denen allgemeinen Nothurft bey vermeidung der Execution bezahlen

Schützgeldt	15 fl
V. Gewerb	30 fl
Quart. geldt	2 fl 15 xr
Allgemeine anlag	15 fl
Summa	<u>62 fl 15 xr</u>

Ofen d. 1 Januar 1713.

L. S. Burgermaister Richter und Rath allda.

Nattlische Erben sollen zur Kayß. Contribution undt Quartier statt unentpärliche aussgaben bei vermeydung der Execution

bezahlen	15 fl
von Gewörb	30 fl
Quartiergeldt	2 fl 15 xr
Quartier statt aussgaben	15 fl
	<u>62 fl 15 xr</u>
714 d. 27 Martÿ pr Abschlag zahlt	50 fl
d. 19 Junÿ den Rest zahlt	12 fl 15 xr

Joseph Kracher steyer Einnehmer.

Nattlische Erben handels Jud sollen zur Kays. Contribution undt gemainer statt unentpöhrlichen ausgaben bey Vermeýdung der Execution bezahlen

Schützgeldt	15 fl
Gewörb	30 fl
Quartiergeldt	2 fl 15 xr
Allgemeine ausgaben	15 fl
Landt: tags undt waszerführen	
unkosten	15 fl 34 xr
Summa . .	<u>77 fl 49 xr</u>

Ofen d. 1. Január 1715.

N. Burgermeister, Richter u. Rath allda.

1715 d. 14 feber zahlt abschlag . .	36 fl
d. 21 Juný mehrmahl par zahlt	26 fl
d. 10 Dezember d. Rest bezahlt	15 fl 49 xr
Summa . .	<u>77 fl 49 xr</u>

Joseph Kracher Einnehmer.

Nattlische Erben Juden sollen zur kays. Contribution und gemainer statt unentpöhrlichen ausgaben gleich vorm Jahr sambt

d. 3^t (?) bey vörmeýdung der Execution bezahlen 103 fl 56 xf

Ofen d. 1 Januar 716.

L. S. Burg.maister, Richter undt Rath allda.

1716 d. 3 ^t Martii zahlen a Conto . . .	30 fl
--	-------

Augustin Multhausz.

Nattlische Erbne handels Juden in der wasserstadt sollen zur Kays. Contribution undt gemainer statt unentpöhrliche ausgaben gleich vorm Jahr bey vermeýdung der Execution bezahlen 103 fl 56 xr.

Hieron seyndt is dessen zway drittel zu bezahlen mit
77 fl 49 xr.

Ofen d. 1 Januar 1717.

L. S. N. Burg.maister, Richter undt Rath allda.

Ad Nr. 257 Nattlische Erben sollen wegen desz 1701. Jahres auff die statt Ofen gemachte Portions zusatz oder auction bezahlen 6 fl 40 xr.

D. 10 September 1702 bezahlt mit . . . 6 fl 40 xr.

N. Burgermaister undt Rath allda.

Johann Zaunach

Der Juden Richter in der Wasserstadt solle von denen vagierenden Juden alldort zur gem. statt unentpöhrlichen ausgaben bey vermaydung der Execution bezahlen 300 fl.

Hievon seint indessen zwey drittl zu bezahlen mit 200 fl. Ofen den 1 Jenner 1717.

L. S. Burgermaister Richter undt Rath allda.

Der Juden Richter soll zur kayl. Contribution undt gemainer statt unentpörliche ausgaabe von denen vagierenden Juden bey vermaydung der Execution abfordern undt Ein Cassiren in allen 200 fl.

Ofen d. 1 Jenner 1716.

L. S. Burgermaister, Richter und Rath allda.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1718 Julii 20.

116.

Buda 1718 augusztus 13. Pichler Ferenc, kamarai ellenőr véleményezése a budai zsidóktól boltjaik és lakásaik felépíthetése céljából az udvari kamarától kért telkekről.

Memoriale

Der Kays. grund in der Wasserstadt zu ofen, so pro Camera auff ergangenen gnädigen Hoffkammer vorbehalten wordten, ligt allda an der Landtstrassen, gantz frey, ist in fronte mit laden, rückwerths aber, undt auff beeden szeithen mit Mauern eingeschränkht, hat im gesicht 24 Klaffter ein Schuch, im Rückhen 28 Klf: an der rechten seithen in der länge 28 Klf: 1 Schuch undt an der linken 33 Klf: 1 Schuech; darauff ist das Kays. 30 gist haus in der

breithe mit 9 Klf. 3. Schueh, undt in d. länge mit 11 Klf. wohl angelegt, undt 2 gar hoch gebaut, das übrige völlige Spacium worauff zur ebener Erde gantz fuglich und des herrlichen Situs halber anständig und dem Kays. aerario hocherträgliche gelegenheiten, undt handelsgewölber. dan oben darauff wohnungen Kundten gebauet werdtē, ligt von so villen Jahren her (so zu betauern) ohne geringsten genus. desert, undt ungebauter, wie dan auch zur besserer aus Khunft, undt sicherer verlaszlichkeit der hierüber sub Litera A.) formirten grundrisz beylege, in welchen die rothe farb das was gebauet, und die grüne das ungebaute in sich begraifet.

Ein gleichmassige bewantnus hat es mit denen beeden in der Wasserstadt eben an d. landtstrassen hart dem Kays. Zeughaus Stadl anliegendten orthē, der Jeder bis zur Einfahrt der so gedachten Zeugstadl beeder seiths 10 Klf: lang und 3 Klf. bräuth, worauf vorhin rechter hand fleischbänkh gestanden und privati genossen, vor 2 Jahren aber haben weyl. Ihro Excellenz H; Cral: v. Regal Seel: als ein Kay's. grund eingezogen und daraus Zimmer formiret, allein heuer gefahrs halber werden nicht bewohnt, linker hand aber ist an der zeugstadl Mauer nichts angebaut, alda, wie eben d. grund Risz L. B. zeigt (undt beede Farben angemerkhter massen des gebauten u. ungebauten unterscheiden) Kundten nicht weniger die ex Parte dextra sub No. 1. 2. 3 et 4. stehenden Zimmer gewölbt, und ex sinistro lauth No 5 auf die ohne dem vorhandene alte rudera und fundamenta shene gewölber, undt zwar dergestalten zuegerichtet, undt gebauet werdtē, das d. Kay's. Zeigstadl auszer feuersgefahr gesezt, undt den Kays. aerario hierdurch gueth und ersprieszlich gewirschaftet wurde.

Ofen, den 13 Aug. 1718.

Jos. Frantz. Pichler
Cam. Controlor

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1718 Julii 20.

117.

Bécs 1718 augusztus 13. Körözüény adósságai miatt Prágából Magyarországra szökött Bezaleles, alias Töpfer (v. Popper?) Schmule ellen.

Carolus VI etc. Fidelibus nris Ursis et Singulis, Splibus ac Mageis etc. etc. Salutem et Gratiam.

Ex demissa Cancellariae nostrae Regiae Bohemicae Aulicae relatione benigne informamus: qualiter certus hebraeus Bohemicus Schmule Bezaleles, alias Schmule Töpfer nuncupatus, posteaquam intuitu certorum debitorum in Regia Citta nra Vetero-Pragensi inarestatus, deinde vero erga praevie, de non abeundo aut se subtrahendo, sed iudicio tolies quoties necessum fuerit, semet sistendo, judicialiter praestitum et depositum juramentum, ex arresto dimissus fuisset, datam talimodi juratam fidem violando, in grave creditorum suorum damnum et praejudicium Praga fugam dederit ac de praesenti in praenotato Regno nro Hungariae latitare dicatur. Ob hoc fidelis noster Egr. Venceslaus Leopoldus de Morenfels Iudicii nri Cameralis Tendorum Bohemicorum Assessor et Consiliarius noster, antelati profugū Iudaei creditor, fidelem pariter nostrum Prudentem et Circumspectum Maximilianum Antonum Schlagenverth praefatae Regiae Cittis nrae Pragensis Concivem, ad praenominatum debitorem suum perjurum et transfugum Hebraeum, ubicunque locorum deprehendi poterit, comprehendendum incaptivandum, ac suo modo reducendum exmisisset, supplicans in eo Matti nrae humillime, quatenus super danda eidem Civi Pragensi in praemissis omni necessaria et opportuna assistentia, Fidelitatibus vris et vrum singulis benigne committere et mandare dignaremur. Cujus humillima supplicatione per nos clementer exaudita et admissa Fidelitatibus vris et vestrum singulis quibus supra harum serie firmiter praecipientes benigne committimus et mandamus, quatenus dum et quando cum praesentibus requisiti fueritis vel alter vestrum requisitus fuerit: ubicunque dictus profugus et perjurus Hebraeus Schmule Bezaleles alias Schmule Töpfer nuncupatus in limite subque Iurisdictione vra re-

pertus extiterit, praememorato Maximiliano Antonio Schlaggenwerth in eo, ut eundem comprehendere et incaptivari facere ac juxta sibi datam commissionem abducere possit, omnem necessariam et opportunam assistenciam praebere debeatis et teneamini. Iuribus etiam bonae vicinitatis respectu extra-neorum id reposcentibus. Secus nullatenus facturi. P. P. e. r. Datum in Citte nra Vienna Austriae die 13. men. Aug. A. 1718 Regnor. etc.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1718 Augustus Nrs. 40.

118.

Bécs 1718 augusztus 18. Az udvari kamara figyelmezteti a magy. kir. kancelláriát, hogy újbóli értesülés szerint néhány zsidó azon ürügy alatt, hogy privilegiumuk van, vám és harmincad fizetése nélkül árukat csempésznek ki és be. Kéri tehát, hogy a vámosoknak és harmincadosoknak éberebb figyelmet parancsoljanak és ilyen zsidóktól az árut elkobozzák.

Illustrissimi, Spectabiles etc.

Insinuatür rursüm Caesareae Camerae aulicae qualiter nam diversi in Regno Hungariae existentes Iudaei non modo merces praetiosas, quam imo aurum, et argentum, verum etiam Equos quaestus gratia, absque debita Tricesimae solutione, in et educere non vereantur. Praeterea quoque sub praetextu Exemptionalium Privilegiorum Neostadiensium plurimae practicentur defraudationes; quod ipsum Illustrissimis, Spectabilibus, ac Magnificis, Generosisque Dominationibus vestris innuendo, easdem amice requisitas volumus, quatenus Universis, et singulis sibi subordinatis officialibus Tricesimalibus, seu Telonialibus, serio demandare non intermittant, ut praesertim ejusmodi transeuntes Hebraeos, et quaestores ad Privilegia Neostadiensis semet provocantes visitare, et examinare, eosdemque ad solutionem debita Tricesimae adstringere, et si qui Transgressores, aut defraudatores reperiuntur, eorundem merces indilate contrabandare, desuperque informare debeant;

Recordabuntur praeterea praetitulatae Dominationes vestrae, qualiter adhuc sub 28^{va} Martii anni modo labentis pro transmittendo statu rei Monetariae Posoniensis requisitio facta fuerit, et siquidem eundem statum monetarium Incluta Universalis Bancalitas sibi communicandum iterato desideret; Idcirco praetitulatae Dominationes vestrae pro accelerando ejusdem transmissione denuo amice requiruntur. Quas in reliquo optato vivere cupimus. Viennae die 18^{va} Aug. 1718.

N. N. Sacrae, Caesareae Regiaeque Mattis etc.
Praeses ac reliqui Consilarii

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1718 Augusti 18.

119.

Bécs 1718 szeptember havában. Wertheimer Simon felségfolyamodványban kéri a királyt, hogy kegyeskedjék a magyar kir. udvari kancellária által az összes magyar hivatalokat és bíróságokat magyarországi főrabbiá történt kineveztetéséről értesíteni.

Sacratissima Caesarea, Regiaeque Catholica Majestas.
Dne. Dne. Clementissime!

Dignabatur Majestas Vra. Srma mihi non tantum antecederet a binis condam glorissimae reminiscentiae Imperatoribus, Leopoldo et Josepho primis impetrata, et ab Excelsa Cancellaria Austriaca intima, subdato 5^a Januarii 1712 confirmata Privilegia, vigore quorum in Regnis et Provinciis suis Haereditariis, ego qua Superior Iudaeorum Rabinus, et in causa Iudaei contra Iudaeum prima instantia essem: parifirmiter apud Excelsam suam Cancellariam Regiam Hungaricam Aulicam benignissime ratificari curare, verum etiam in eadem conformitate ad stabiliendos et regulandos in Regno Hungariae Iudaeos, conservandamque quietam et honestam vitam, non secus introducendam honestam pariter ac fidelem negotiationem, ratione Superioris Rabinatus Iudaici (quemadmodum eundem a complurium jam anno-

rum decursu execuisssem) penes necessarios ad id Generales Passus, mihi de novo adhuc unum Speciale Diploma per attactam Excelsam Cancellariam Hungaricam sub dato 26. Augusti anni 1717 clementissime elargiri. Pro qua maxima Mattis Vrae Scrmæ gratia, humillimas etiam gratias repono. Quiavero neque primitus mentionatorum Privilegiorum, neque noviter clementissime elargiti Diplomatis Rabinalis, de ordine, quemadmodum id ab Excelsa Cancellaria Austriaca intima, uti Excelso pariter Inferioris Austriae Regimine vigore binarum acclusarum A. et B. jam factum extitisset, necessaria intimationes, usque in praesens emanassent, et eatenus in promovendo Mattis Vrae Scrmæ servitio, utilitateque commercii, prout et conservatione quietatis et tranquillitatis interessatorum (siquidem pro mei manutentione et assistentia, inter alias instantias, ab Excelso Consilio Caesareo Aulae Bellico, ex defectu memoratarum Intimationum, summae necessariae Patentes) remansissent, remoratus essem.

Hinc Matti Vrae Sacrmæ humillime supplicandum esse duxi, Dignetur Eadem saepius repetitae Excelsae Cancellariae Hungaricae Aulicae (sine tamen humillima praescriptione) clementissime committere, quatenus Eadem ad omnes Excelsas suas Cancellarias et Instantias id ipsum intimari. Excellentissimo vero Regni Hungariae Palatino, Magnatibus et locorum Magistratibus quantocyus rescribere haud gravatim velit. Me in reliquo Mattis Vrae Scrmæ Caesareo Regiis gratiis humillime recommendando permaneo.

Mattis Vrae Sacrmæ.

Humillimus et Subjectissimus
 Simson Wertheimber Mattis Vrae Caesareae
 uti et Regiae Poloniae Supremus Factor.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1718 September Nrs. 108.

120.

Bécs 1718 szeptember 17. III. Károly megparancsolja Szluha Ferenc ítélőmesternek, hogy a Maholány testvérek és gróf Eszterházy József, mint Izsák Hirschl földesura közti adóssági per tárgyalására kitűzött terminust két hétre elhalassza.

Carolus VI. Dei Gratia Romanorum Imperator etc. Fideli nostro Egregio Magistro Francisco Szluha de Iklad, Consiliario Nostro et personalis praesentiae nostrae Regiae in Judiciis Locumtenen. et Consiliarii Nostri Prothonotario Salutem et Gratiam. Expositum est Matti Nostrae nominibus et personis Fidelium itidem Nostrorum Magnificorum Antonii Iosephi et Thomae Maholány de Pohroncz Szelepcsény, ita et Generosae ac Magnificae Iudithae Maholány, Fidelis pariter Nostri, Splis ac Magnifici, Comitis Ioannis Onelly Conthoralis, Magnifici olim Baronis Johannis Maholány de Pohroncz Szelepcsény et Generosa olim ac Magnifica Domina Iuditha Péterffy, Suscept. et progenitor., Filiae et Filiorum. Qualiter praeattacta olim Domina Iuditha Péterffy in humanis adhuc degens, a certa quadam Hebraea, Eva condam Lebin, qua alterius Hebraei Isaci Hirschel praetensiva factrice, praetensos ter mille sexcentos florenos levando, in praetensae summae securitatem, pignoris loco, binas alias Literas Obligationales, primas quidem Magnifici aequae condam Baronis Adami Amadi super mille florenis, secundas vero Fidelis pariter Nostri Spectabilis ac Magnifici Comitis sincere dilecti Nicolaÿ Palffy, Regni Nostri Hungariae Palatini etc. super bis mille florenis, emanatas, dictae parti creditrici tradendo, praeterea certum quoque, quoddam, in praedictis Literis Obligationalibus, specificatum Clenodium impignorasset, in cuius videlicet rationem antelatis Hebraeus Hirschel, medio praeattactae Evae, qua factricis suae, bis mille florenos, mutuo dando cum nefors aliis quoque accessoriis redempto existente, ejusdem Hebraei Dominus, Fidelis quippe noster Splis ac Magnificus Comes Iosephus Eszterházy de Galantha etc. ex eo quasi vero praetensus creditor ab

exponentibus, non vero ab alio contentationem sui praestolari teneretur, antelata que exponentium genitrix, praetensum Haebreum creditorem non contentasset, praefatique etiam exponentes contentare renuerent, impetrato a Matte Nostra de die 18. Men. Julii, Anni modo labentis infrascripti, Viennae Austriae emanato, benigno praeceptorio Executorio Mandato, contra exponentes, praefixo quoque ipsis, medio Tui pro die 26. decembris Mensis Septembris in Liberam Regiamque Civitatem Poseniensem termino, procedere, exponentesque ne fors convinci facere, et damnificare niteretur, damno et praejudicio eorundem exponentium valde gravibus, et manifestis. Quia vero vindemia jam praelibato in Regno Hungariae, praecipueque Comitatu Poseniensi, fermentissima existeret, temporequo tali, leges et judicia, cessare et silere solerent, praenominata vero exponentium soror, quae aliunde etiam Literas Obligationales Kaunicianas, quibus unicis videlicet, tota materna exponentium successio constaret, prae manibus haberet, cum antelato Domino et Marito suo, in Belgio Hispanico servitii Nostri Caesareo Regii causa absente, moraretur, neque eidem terminus per Te praefixus tempestive innotescere potuisset, Ob hoc cuperent antelati exponentes, previo modo per Te praefixum terminum simpliciter differe, benignum Mandatum Nostrum praesens, sine ulla ejusdem, ad Forum Contradictorium fienda Relegatione, ex ratione recentissime 19. novissimae diaetae Arcli. acceptari, lege Regni admittente. Supplicatum itaque extitit Matti nrae etc. quatenus iisdem de condigno Iuris adeoque benigni Nostri mandati Dilatorii remedio providere, Tibique eatenus comittere et mandare dignaremur, nec pateremur eosdem justis suis juribus improvise destitui.

Cum autem justa petenti non sit denegandus assensus et alioquin etiam clarae essent Anni 1553 Arcli. 20 continentiae, quibus sicuti messis et vindemiae tempore, jura et judicia silere manifeste diceretur, ita si partes ex ejusdem fundamento juristitium allegaverint, quod Iudex rationi tali locum dare, tanto magis vero, benigno Nostro interveniente Mandato, benignis ejusdem tenoribus parere teneatur, ex

quotidiana etiam praxi et consuetudine clarissime evinceretur. In eo praecipue casu, ubi exponentes nil quicquam de materna participantes substantia solasque pro fundo successionis Obligationales Kauniczianas habentes, a reditu sororis suae, praemanibus Literas ejusmodi habentes, cuique hactenus certificatio praevia tempestive innoscere nequisset, praestolare deberent, dictae vero sorori suae in remotissimis provinciis commoranti Tit 59 Par. 2^{dae} Trip. omnimode suffragari valeret; accederet quod praenuncupatus Hirschel, praescriptas bini ordinis Obligationales adhuc dum praemanibus suis, adeoque sufficientem securitatem haberet. Ac, si in diversis Comitatus commoranti, competens terminus dari soleret, quanto magis multis a Regno distante Provinciis, aliquot quindenarum ante terminum respirium concedi deberet. Quod denique differetur, auferi non soleret, Magistri porro Prothonotarii, benigna nostra in Tit. 59 dictae Part 2^{dae} fundata Mandata ad exigentia Art. 19. Anni 1715 simpliciter acceptare deberent. Pro eo Tibi harum serie firmiter praecipientes, benigne committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus, rebusque, sicut praefertur, stantibus seque habentibus, ac comperto solum eo, quod praenominato Comitatu in Poseniensi, actualis existeret vindemia, praelibataque exponentium soror in Belgio Hispanico commoretur, eo facto ab omni, praevio modo inchoati processus contra exponentes continuatione supersedere, terminumque praeattactum 26^{tae} decurrentis Mensis Septembris differe, benigno Mandato Nostro demissum per omnia morem gerere debeas et tenearis. Nec secus facturi. Praesentibus perlectis etc. Datum in Archiducali Civitate nostra Vienna Aust. die 17 Men. Septembris 1718.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1718 September Nrs. 50.

Ezen ügy folytatása sub. Conc. Exp. 1718 October Nrs. 62.

Bécs 1718 szeptember 18. Herceg Eszterházy Mihály, aki zsidó alattvalóinak az atyjától 1694 január 2. kapott privilegiumot már 1716 augusztus 17-én megerősítette, nem akarván rájuk új terhet róni, utólag megengedi nekik a szeszégetést és árusítást is és elengedi nekik minden fuvar ja után az eddig fizetett két garast.

Wir Michael Esterhazy desz Keyß. Röm. Reichs Fürst bekennen hiemit und thuen Khund jeder männiglich mit diesen Brief dasz nachdeme unser in Gott ruhendter Vatter Paulus Esterhazy des Keys. Röm. Reichsfürst- und des Königlich Hungarn Palatinus etc. durch ein besonders dato Forchtenstein den 2^{ten} Januar 1694 Jahrs so wohl denen unseres Marckths Mättersorff, als andern unsern Schutz Verwandten Judenschafftten sambt und sonders unter anderen gnädigst erteilten Privilegien verschiedene freyheiten in handlung Wandl, welchen sie Juden zu ihrer Nahrung nöthig, gnädigst zugelassen, Wiir solchen gleichfals untern 17^{ten} Aug. 716 in allen ihren Puncten Clausuln und articuln gitigst zum bestättigen geruhet. In deme aber in besagt von unsz Confirmirten Privilegien raone desz Brandwein brennens, welches bis hero so wohl denen Matters-tarfferischen, alsz anderen, unsern gemein und Privatschutz Verwandten Juden (in deme solche Brandwein brennung unter andern Puncten enthalten ebenfalls verstanden ist) zugelassen worden, all die weillen aber nicht absqnderlich gut teutsch exprimierter keine auszfürliche Meldung beschehen ist von unsern Würthschafftts Officiren ausz guetter Intention unseres interr. mehr besagte brandwein brennungs nahrung unsern samblichen schutz Verwandten Juden nicht nur allein fernerhin von unsz (unsz ein jeder der brennen will, Monatl: einen halben gulden zahle) nit nur gäntzlich zuverbietten unsz gehorsambst eingerathen, sondern so gar umb sie Juden soviell ehender von solcher brandwein brennung und so dann an wem sie dergleichen bisz hero verkaufft ausgeschenkht abzuhalten, ihnen Juden

wider unser gnädigste Intention von jeder fuhr holz, so ihnen die von unsern christlichen unterthanen zu verkauffen gefiehr, zwei groschen zu bezahlen (welches niemahlen weder von unsern in gott seligsten ruhenden herrn Vatter etc. noch von unsz verlangt worden, alsz ein neues onus gleichwohl angehalten worden, gleich wie nun aber weegen ein als andern mit unsern Rathen und Beambten mehr ged: von erst Hoch besagten unsern in Gott Christ mildigst Ruhender herr Vattern etc. und von unsz Confirmierter Privilegien wohl durchgangen und reiflich überlegt und gnädigst erkandt haben, dasz wür sie Juden gleich biszhero, so auch künfftighin auf keiner weisz zu ihren schaden mit neuen auflägen oder abhaltung von ihrer Nahrungs arth beschweren, sondern selbe bey ihren Privilegien von unsz, unseren Erben, und nachkommenten schützen zu lassen, gnädigst resolvirt, also befehlen wiir krafft dieses Ihnen unsern Schutz Verwandten Juden durch dise von unsz gnädigst ertheillente Deklaration allen und jeden unsern ober- und unter Würthschafts- als andern Officiren mehr erwöhnt unserer Mat-terstorffer- als auch all andere unsere schutz Verwandte Juden ratione brandweinbrennens gleich so lange Jahr hero beschehen, alsz auch dessen Verschleisz, nicht weniger weegen der benöthigt erkaufften holzes, wessentwege sie schutz Juden von jeder holtz fuhr zwey groschen haben abstatten miessen, gäntzlich hinwiderumben auf zu heben, und zu Cassiren wür gdtgst. resolvirt haben, fernerhin einigerley gaben zu geben in geringsten nicht zu beschweren noch zu hindern, weder unter einigerley Praetext, wie solche immer nahmen haben mögen, zu beleydigen, sondern sie sambt und sonders in unsern gnädigsten schutz befindlichen Juden bey dero alten herkomen, bey unserer ungnad und Straff zu erhalten geflissen sein sollen, disz ist unser wohl bedacht- und überlegte Mainung, Will und gnädigster befehl. Signatum Wienn, den 18. Sept. 1718.

Michael Esterházy.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1739 September Nrs. 28.

122.

Bécs 1718 szeptember 30. Az udvari kamara kéri a magyar kir. kancelláriát, hogy mivel az Oppenheimer zsidóval kötött gabonaszállítási szerződés végére jár, irassa össze a szepesi kamara és más neki alárendelt hivatalok által, hogy Oppenheimernek mekkora gabonátizedeket adtak át.

Illustrissimi, Spectabiles etc.

Cum expirante anno militari contractus, qui cum Hebraeo Oppenheimber de annona pro Praesidiis Regni Hungariae subministranda initus fuit, finem suum assequatur, Majestatis suae Caesareo-Regiae servitium exigit, ut cum illo super praestita annonae finales et summarie rationes ineantur, ad quas debito ordine, et exactitudine conficiendas inter caetera necesse fore visum est, ut ea frumenti copia, quae Eidem tempore admodiationis Praesidiorum Hungaricorum ex decimis praearendatis subministrata fuit, certo numero designetur, suisque, aut Mandatanorum suorum chyrographis exhibentur.

Quem in finem Illustrissimas, Spectabiles, ac Magnificas Generosasque Dominationes vestras requirendas esse volumus, vellent Eadem tum a Camera Scepusiensi, quam ab aliis subordinatis officiis desideratam consignationem frumentorum decimalium Haebraeo extraditorum confici demandare, eandemque nobis, ut primum fieri poterit, communicare. Quas in reliquo optato vivere cupimus.

Viennae die 30^{ma} Septembris 1718.

N. N. Sacrae Caesareae etc.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1718 Septembris 30.

123.

Pozsony 1718 november 15. Vitalis György, a pozsonyi magyar kamarának jegyzője igazolja Hirschl Simonnak, hogy ő gróf Szécsenyi Pál érsek halála után bejelentette a kamaránál, hogy az érseknek a tőle bérelt szentgotthardi vámra 400 frt. előleget adott, mely összeget Vitalis jegyző által gr. Szécseny Györgyön, mint örökösön kereste.

Infrascriptus recognosco, quod posteaque in Anno 1710 Excellentissimus ac Reverendissimus condam Dominus Paulus Szecseny Archi Eppus olim Colocensis fatis cessisset, et ad substantiam ejusdem Camera Regia Hungarica semet ingessisset; ad subsequutam vero benignam Suae Mattis Smae Resolutionem, eandem substantiam Illrmo Dno Comiti Georgio Szécsény (Titul.) resignasset, inter reliquos creditores etiam certus Iudaeus Poseniensis Hierschel cognominatus, respectu certorum 400 flr. antelato cond. Domino Paulo Szecseny Archi Eppo, nomine Arendae Telonii Sancti Golthardiensis, anticipato datorum penes Regiam hanc Camerae semet insinuaverit, quem admodum etiam modo dicta Camera Hungarica instantia ejusdem, medio mei, praetitulato Dno Comiti Georgio Szecseny pro impendenda eidem de praesentis 400 f. satisfactione, recomendari fecerit, super qua ejusdem Iudaei suimet insinuatione, praesentes Literas Testimoniales ad postulatum ejusdem extradedi.

Posonii die 15 Novembris 1718.

Georgius Vitalis
Camerae Hungaricae
Iurat. Cancellae Notar.
L. S.

Orsz. Levél. Ad Conc. Exp. 1719 Julius Nrs. 23.

124.

1718 november havában. Özv. Czobor grófnő, sz. Erdődy Barbara altól tartván, hogy a Morva folyónak Beer Salamon zsidó által tervezett szabályozása miatt közte és a gödingi uradalom közt esetleg egyenellenség támadna, arra kéri a m. kir. udvari kancelláriát, hogy ezen differenciák megelőzése céljából bizottságot küldjön ki.

Excelsa Cancellaria Regio Aulica Hungarica.
Domini Dñi Colssimí,

Qualisnam ab Excelsa Caesareo-Aulica Camera ad hanc Excelsam Aulico-Hungaricam Cancellariam, ab huc vicissim ad Inclytum Comitatum Nittriensem, de et super

expurgandis Moravae et Oderae fluviorum alveis, et concomitantes eo et aliis mediis fienda eorundem in navigabiles fluvios perfectione et redactione gratiosa intimatio supervenerit, eatenus longa declaratione uti, operae pretium non esset, veluti quia id ipsum Excelsae Cancellariae ex fundamento constaret.

Absit quidem vel cogitare solum, me talis salutaris intentioni, unde tam promovendi Suae Majestatis Smae servitii secundus cursus et effectus, quam vero respectu exercendi cum vicinis Caesareo-Regiis Provinciis mutui commercii, summum Publici Boni emolumentum et merementum speraretur, vel in minimo contrariari, aut eandem retardari velle, quin imo, in id, quatenus hocce instituendum opus, veluti summe proficuum, suo desiderato fini mancipari possit, omnimode adlaborare adnitar. Ac nihilominus ex quo a parte mea, eatenus non contemnendae in eo occurrerent considerationes, quod videlicet certa plaga circa attactum fluvium Morava situata, et ad Dominium meum Holicsiense indubie pertinent per Dominii Gedingensis in Marchionatu Moraviae existentis possessorem in controversia esse praetenditur, ne plaga et ex consequenti inibi reperibiles arbores et ligna sub hujus instituendi operis decursu et praetextu sive per occultos, sive apertos a parte Moravica, cum labores hosce in se assumente Iudaeo, ne fors intentandos tractatus a me avelantur, vendantur, aut quoquomodo involvantur, cum et alias controversia praesens exinde promanasset, quod praedecessores mei possessores quippe Dnior. Holics et. Sassin bonae vicinitatis causa pro emolumento molae Gödingensis aggeres in littore Hungariae erga certum ex eadem molae pendendum censum extrui permisissent, ac taliter Marchionatus Moraviae totalem inibi circumjacentem plagam ex ratione praevio modo indultae aggerum extractionis appropriare et incorporare intendesset: Et siquidem per similia non modo indubittis juribus meis manifeste derogaretur, verum etiam toti I. Hungariae Regno indisputabiliter praejudicaretur, eo, quod ex inde ammissio Regni finium et limitum (quos tueri et defendere ac eatenus in tentanda praejudicia tollere et avertere, imo Suae Majestati

Smae repraesentare Excelsae huic Cancellariae ex officio incumberet) manifeste sequeretur, eatenus Excelsam Cancellariam super hocce negotio informare et mihi securisare operae pretium videbatur.

Et quia occasione inchoandi aut continuandi praesciti laboris in casu modo praevio aut aliter ne fors a parte Gedigensi instituendae plagae illius involutionis aut arborum avulsionis eatenus rixae et contentiones, imo ne fors majora quoque inter partes intercedere possint, ne ob id opus tam proficuum desiderato suo aut careat effectum, aut remoretur et interturbetur, sequent. Excelsae Cancellariae in ordine ad consopendum hocce negotium modalitatem proponere existimavi. Nimirum: ex quo situs plagae illius delineatus existeret, et sicut res ex mappa apprime cognosci, ita et causa praesens hic loci revideri, accomodari, aut etiam decidi quiret. Hinc speratam controversiae huic finem imponere posse si Excelsa Cancellaria super eo Excelsam Bohemicam Cancellariam requirere dignaretur, quatenus eadem Dominationi Gedigensi veluti eidem subjecto Possessori intuitu hujusce negotii revisionis accomodationis adeoque et decisionis pro certo mihi quoque tempestive notificando termino huc loci citare non dedignaretur ac taliter habita mutua correspondentia deputatis ab utraque Excelsa Cancellaria nonnullis Dominis Consiliariis res reassummi, decidi et in effectum deduci posset, nam articularem commissionem instituere, et ad faciem locorum cum deputatis exire, utrique parti dispendiosum foret, hacce vero compendiosiori via major partibus securitas exoperari valeret. Sed et id considerandum veniret, quod siquidem in quibusdam locis arbores et trunci ad impediendam exundationem permissi essent, quatenus expurgatio absque adjacentum possessorum praejudicio adeoque et littorum ruina (veluti quia Morava in nonnullis locis in plures ramos diflueret et digrederetur) in quantum fieri posset, instituatur; imo vero ex quo Iudaeus idem meatus commodiorem adeoque profundiorum credi par est expurgare, et Moravam ex integre eorum derivare intendet, ne per id quoque modo mihi praejudicari possit, specialem cautionem interponere volui, et demum superesfet

quaestio, cui nam partium arbores in loco praetensive controverso ne fors desecandae cedere debeant. Super jure vero meo pro informatione dum bina documenta in paribus hisce annecta, gratiosam resolutionem et dispositionem praestolabor et jura mea facultatem deffendenda reservo ac maneo

Excelsae Cancellariae

Ancilla obsequentissima

Barbara Erdödy

Vidua Czoboriana.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1718 December Nrs. 117.

125.

Récs 1718 november 30. A magy. udvari kancellária azt javasolja az udv. kamarának, nehogy a Morva folyónak a közjónak oly üdvös szabályozása elhalasztassék, a szabályozás miatt özv. Czobor Borbála grófnő és a gödingi uradalom közt támadt viszály inkább a két uradalom által kiküldendő bizottság által háríttassék el.

Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis Excelsae Camerae Aulicae hisce perquam officiose significandum. Apprime recordari Excelsam hanc Cameram Aulicam non ambigi, quidnam respectu expurgationis Alvei Fluvii Moravae, excisionisque in littore ejusdem existentium arborum absque tamen praejudicio Dominorum Terrestrium fiendae, Cancellariae huic Regiae Hungaricae aequae Aulicae de dato adhuc 28 Nov. amice insinuaverit, neque defuisse Cancellariam hanc Regiam muneri suo, Moravaeque vicinioribus Comitatibus Posoniensi et Nittriensi, hanc salutarem et bono publico adeo perficuum intentionem notificasse, verum dum hujusmodi intentio in Cottu Nittriensi pro more publica fuisset, consequenterque Illrmae Dominae Comitissae viduae Czoboriana, qua actualis Domini Holicsiensis in praefato Comitatu Nittriensi existentis, et alteri Dominio Gedigensi in Moravio situato advicinantis Dominae Terrestris, ad notitiam devenisset, quales Eadem Domina Comitissa vidua

in modo dicto Dominio suo Holicisiensi cum alterius antelati Domini Gedingensis possessoribus circa fluvium Moravam, alias Regnum Hungariae a Marchionatu Moravia ibidem distinguentem habeat differentias ex acclusis ejusdem Dnae Comitissae memorialis genuinis paribus uberius pateret.

Quia vero hujusmodi differentiae publicas alioquin Regni metas tangentes, si articulari circa metas Regni contras ordinata commissione revideri et determinari deberent, longiorem in se involverent moram, ac per consequens haec per expurgationem fluvii Moravae bono publico non minus, quam aerario Regio proficua intentio retardari necesse haberet, facilius denique particulae hae differentiae mutuum partium conventionem in privato consopiri quirent. Ac idcirco idipsum Camerae huic Aulicae Cancellaria haec Regia Hungarica aequae Aulicae eo fine officiose praesentibus communicandum habuit, quatenus eos apud Inclytum etiam Bohemicam Regiam Aulicam Cancellariam instituere haud gravatim velit modalitatem, quo praelibatae inter praeattacta Domina Holicisiensi et Gedingense, non ita pridem exortae differentiae privatas potius inter partes, per instituendum etiam, si necessitas ita postulaverit, Dicasterium concursum et ipsarummet partium eo fiendam convocationem terminetur, pactoque hoc tam salutare expurgationis fluvii Moravae opus, remotis hisce differentiis, facilius continetur, ac optato etiam effectui mancipetur. Circa quae praemissa dum Excelsae istius Camerae Aulicae ulteriorem correspondentiam pro sui directione praestolatur, simul eidem ad quaevis grati officii studia Cancellaria haec Regia Hungarica aequae Aulicae prompta parataque permanet.

Ex consilio Cae: Reg: Hu: Aulicae,
die 30 Novembris 1718.

1718 december havában. Simon Hirschl zsidó, a nádor alattvalója, új végrehajtási rendeletért folyamodik a m. kir. udv. kancelláriához, mert gróf Szécsényi György mint a végrendelet végrehajtója őt mint hitelezőt avval megkárosította, hogy előbb más követelést fizetett ki.

Excelsa Cancellaria Regio-Hungarica Aulica

Dni. Dni. Patroni gratiosissimi.

Pro quali Regio benigno Mandato Relaxatorio, mihi benigne elargiendo, in proxime praeterlabso (sic) Excelso Consilio, ex rationibus et motivis legibusque in primaeva mea instantia, et eidem annexa minuta utique expraessatis, demissam fecissem instantiam, quam accedentibus his quoque vel maxime rationibus et motivis humillime reitero, quod nimirum, licet quidem ratione et praetextu praescitae praetensionis meae, debito tempore, dum adhuc praemanibus, Illmi Dni Comitis Georgy Szécsény qua testamenti executoris res et substantia extitisset, memet insinuassem, idem nihilominus nec tunc sed neque exposit, dum adhuc etiam eotum vigenti, et necdum in effectum deducto, Reverendorum Patrum Paulinorum processu, contentare me intermisisset; verum a praescripta praetensione mea obvenire debente lucro me frustrare et per hoc damnificare, adeoque acquirendae meae liquidae praetensionis jam aliquod annis ab antelato Domino Comite, tam extra judicialiter, quam etiam judicialiter sollicitatae, hucusque non levibus, ultra praetensionem meam erogatis expensis, onerari nihilpensi duxisset: horum autem videlicet cessantis lucri, emergentis damni, et profusionis tot tantarumque expensarum, omnino ipse Dominus Comes causa esset, quorum refusioni ipsemet quoque praelibatus Dominus Comes obnoxietur; quem admodum quis inhiberetur, a praestatione vel extradatione alicujus pecuniae, vel substantiae alterius, ex parte tertii, contra talismodi nihilominus inhibitionem, aut protestationem, is extradaret, et praestaret, eotum liquidata nimirum praetensione sua, hujusmodi contra inhibitionem incaute,

adeoque ex parte tertii praejudiciose extradans, refusioni hujusdi causatorum damnorum procul dubio obnoxiet, ita siquidem debito tempore insinuatae praetensionis meae condignam antelatus Dnus Comes, rationem non habuisset et non (uti ab eodem Dne Comite exponeretur) per ipsum legata per prius adimplere, verum me (siquidem non daretur successio, nisi deducto aëre alieno) contentare de praemissa liquida praetensione mea debuisset, cum autem, ex quo incaute praelibatus Dnus Comes totam praescriptam substantiam in grave praejudicium et damnum meum extradedit, adeoque tam praescriptae praetensionis meae. una cum cessante lucro emergenteque damno, quam universarum expensarum refusioni obnoxius esset, ex quo ejusdem Domini Comitum renitentiam et inanes multifarias, per ipsum factas, protellations et eatenus quaesita (quatenus exhaustis sumptibus et exiguis meis facultatibus prosecutionem causae taliter derelinquerem) subterfugia, debitae meae contentationis effectum consequi nequavissem, hinc itaque praelitulatae. Excelsae Cancellariae humillime uberius quoque supplico: Quatenus tam ex rationibus praemissis, quam vero in priori instantia mea fusius deductis praetensas praelibati D. Comitum rationes ex asse enervantibus, ac intuitu tot tantorumque perpessorum damnorum et erogatarum expensarum, postulatum benignum Mandatum Relaxatorio Executionale modalitate praedeclarata, mihi elargire, praelibata Excelsa Cancellaria haud dedignaretur, pro qua gratia permaneo.

Excelsae Cancellariae

Humillimus Subditus Simon Hirschel,
 Suae Excellentiae Palatinalis
 subditus hebraeus.

Bécs 1718 december 5. A m. kir. udvari kancellária felkéri Nyitra vármegye hatóságát, hogy Beer Salamon zsidó tervéről, ki a Morva és Odera folyók hajózhatóvá tétele által az örökös tartományok közti kölcsönös kereskedelmet megkönnyíteni akarja, véleményét felterjessze.

Comitatui Nitriensi Illmí. Dmi. Sples ac Magnifici, nec non Perill. et Generosi Dni. nobis obssmi.

Salutem et servitiorum nostrorum commendationem. Ex hicce copialiter annexa Excelsae hujatis Camerae Caesareae Aulicae ad Cancellariam hanc Regiam Hungaricam Aulicam correspondentialiter directa Intimatione uberius percepturae sunt praetitulatae Dominationes Vrae, qualiter nam certus Iudaeus nomine Salamon Beer, nuncupatus, ambos fluvios, Moravam utpote et Oderam, pro instituendo et facilitando mutuo haereditiarum Suae Mattis Ssmae Provinciarum commercio, omnibus remotoriis impedimentis expurgare, et ad instar aliorum publicorum fluminum navigabiles reddere, coram iteratis eo in passu institutis Comissionibus Aulicis sicuti ultronec obtulerit, qualibusve demum operariis, aliisque cum sui finem necessariis requisitis, erga aequam nihilominus solutionem concedendis, opus habiturus sit.

Cum autem ejusmodi ardui aggrediendi operis negotium praetitulatas quoque Dominationes Vestras et consequenter suprafati fluvii Morava Accolas tangere et concernere dignosceretur, Earundemque votum et sententiam praemisum in finem necessarium foret.

Eapropter Illmas. Rmas. Sples ac Magnificas et Dominationes vras hisce ex officio diligenter requisitas esse duximus, quatenus circa praemisum, Statui equidem publico utile, et commune Provinciarum Caesareo-Regiarum Commercium (ex quo popularis quoque subsistentia sua incrementa sortiretur) adjuvans negotium, opinionem suam Nobis quantocyus suggerere et suppeditare voluit, quatenus

Nos quoque ad praeattactam antelatae Camerae Aulicae officiosam Intimationem suo modo rescribere possimus. In reliquo servet Deus etc. Datum Viennae Austriae, die 5. Men. Decembris, 1718.

Earum Supratitulat. D. Vestr.

Ad Servit. Parat.

N. N. Cancellarius, caeterique
Cancellae Regio-Aulicae Hungaricae
Consiliarii.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1718 December Nrs. 76.

128.

Bécs 1718 december 12. III. Károly Beer Salamon zsidónak, ki arra vállalkozik, hogy az Oderat és a Morva folyót szabályozza és hajózhatóvá teszi, neki és öt segédjének útlevelet ad.

Carolus VI. Fidelibus nris Rendis, Hrablibus, Splibus ac Magcis etc. etc. praesentes nostras visuris, lecturis aut audituris Salutem et Gratiam.

Quandoquidem certus Iudaeus nomine Salamon Beer nuncupatus, ambos fluvios Moravam utpote et Oderam pro instituendo et facilitando mutuo Haereditariarum Provinciarum nrarum Caesareo-Regiarum Comercio, omnibus remotoriis impedimentis evacuare et expurgare, simulque in ripis itinera vel vias pro equis naves onerarias adversoflumine trahentibus, ad latitudinem quatuor Ulnarum, ubi opus fuerit sternere et adaptare, partoque hoc dictos fluvios, ad instar aliorum publicorum fluminum navigabiles reddere, coram iteratis eo in passu institutis comissionibus Aulicis semet ultronec obtulisset; occasione vero huiusmodi ardui, statui publico summe utilis aggrediendi operis, per ejusmodi itinerum instaurationem amborum fluminum a praeattactis impedimentis fiendam evacuationem Dominis Terrestribus, quoad eorundem molendina, aquarum item strues, agge-

resque et fundos, extra memoratam quatuor Ulnarum latitudinem, semet nullum praejudicium aut damnum quoquo modo illaturum, nec ex iis arboribus, vel lignamentis, qua penes ripas decutere et remove oportebit, vel minimum (nisi ea ipsi vendere, et cum illo desuper amicabiliter convenire voluerint) sibi arrogaturum, sed id solummodo, quod actu a radicibus, avulsum in alveo jaceret, et suis sumtibus, atque labore extrahi consequenterque ipsi Iudaeo, prout aequum est cedere deberet, Sibi appropriaturum esse coram Camera nostra Aulica declarasset; Ac ut projectatum praevio modo inchoandi operis negotium, tanto celerius et commodius promovere, ac intentionato effectui mancipari queat, pro benignis Salvi Passus Literis Eidem elargendis Matti nrae perquam humillime supplicasset.

Hinc Nos demississime ipsius Iudaei Salamonis Beer supplicationis cumprimis ex eo, quod per praeinsinuatam introducendae navigationis successum, commune ac mutuum Caesareo-Regiarum Provinciarum nostrarum (unde popularis quoque subsistentia sua incrementa sortiretur) commercium summopere promoveretur, et magnum exinde non minus antelati Regni nostri Hungariae Partium, quam aliarum Provinciarum nostrarum Moraviae adjacentium incolis accederet emolumentum, clementer annuere volentes; Universis et Singulis quibus supra, harum serie benigne committimus et mandamus, quatenus saepefatum Hebraeum una cum quinque famulis suis pariter Hebraeis Scheïe Beck, Löbell Geyring, Löbell Singer, Abraham Schreiber, et Jacob Hercz vocatis, simul vel divisim, praemissum in finem proficisceretur, absque ullo impedimento libere et ulla solutione ire, redire et transire permittant, neque in exequendo et perficiendo praetacto opere turbare vel impedire praesumant, quin potius omni possibili modo, potissimum vero operariis, aliisque requisitis erga paratam, aequam tamen solutionem iisdem succurrere et praesto adesse velint nec intermittant, debeantque et teneantur. Praesentes autem post earum lecturam semper reddi volumus exhibenti. Datum in Civitate nra Vienna Austriae die 12 Men. Decembris A^o Dni. 1718.

Literae Passuales pro Salamone Beer Iudaeo Moravam et Oderam fluvios ad navigabilitatem redacturo.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1718 December Nrs. 29

129.

1719. Ábrahám Lévi, németalföldi zsidó (1701—1785) ki 18 éves korában atyja társaságában Középeurópán át, észak-tól délre utazott és útinaplót vezetett, Magyarország északnyugati részében is járt. Utazásának ezen részéről egyebek közt ezt írja.

Ich zieht von Nikolsburg auf Göding. Und weiter auf Stamfa (Stomfa) Entlich nach Pressburg gekommen bin. Dises eine kleine, aber mit grosze Vohrstät beringelt, ist eine gar lustige Statt. Die Juden wohnen hier auf zwey Parteien. Eine heiszt auf dem Schlossberg, der ander Platz der Juden heiszt der Zuckermendl. So dasz hier zwei Gemeinde von Juden sein. Eine jedwedere von diese haben ein besondere Schule (Zsinagóga) Doch die auf dem Schlossberg die vornehmste. Sie seinen mit anander umtrent zweihundert Haushaltung. Ihr Handel is gleich in Böhm[en] und Mehrren, dass die Jahrmerken überall allein haben.

Magyar Zsidó Szemle 1905. évf. 155. l.

130.

Bécs 1719 február 1. A kincstár Schlesinger Wolffal szerződést köt a Bánát számára szükséges 3000 m. búza- és 5000 m. árpavetőmag szállítására.

CONTRACT.

In Nahmen und wegen einer in Bannat Temesvár angeordnete Kays. Administration ist zwischen Mir Graffen v. Mercy als dessen Praeside und commandirenden General allda und dem Inspectoren Joseph Antonii Mayrhofer v.

Grienbichel Ersteren-Anderten Theils aber zwischen einem Juden Nahmens Wolff Schlesinger an heute zu Endgesetzten dato, und Jahr von wegen einer nach disem Bannat antragende Lifferung pr. 3000 gestrichener N. Ö. alsz sonst genante Stockerauer Land-Metzen Waizen, dann pr. 5000 derley Metzen gerste, so alles in frischen und wohl Saatbaren Stand seyn solle, nachfolgendes ausgeglichen worden, Nemblich:

1^{mo} Will Bemelter Jud Wolff Schlesinger die 3000 Mezen Waizen alsogleich von fünf-Kirchen nach Mohacz an die Donau auf aigene Spesen lifferrn, nach deme aber das Kays-Ofner-Schiff-Ambt die anzu Benöthigte Schiff dahin zugestellet, und die richtige Einmasz- und Einladung von ihm Jude getreulich befolget seyn wird, solle er weiters dessen Kein obsorg oder einige Verantwortung haben; dannhero man ihm folglich von hierausz einen Instructionirten officier umb behörendt zu quittiren, und von bemelten Mohacz ausz dem Transport dieses waizens bisz Panczova zu führen und debey die Schiffmietung auf ration desz Bannats zu bestreiten; beygeben wird; hingegen die gerste betreffend; will er Wolff Schleszinger solche hier zu Wien einladen, und abermahls mit dem Beding, dasz ein hieszig Löbl: Schiff: Ambt mit denen Schiffen, und benöthigten Knechten auf Bannats-unkosten concurriren und so fort hat man sich

2^{do} desz Preyszes halber so viel verstanden; nemblichen pr 1. Stockerauer Mezen Waizen 2 fl. 45 xr, und dergleichen Mezen gerste 1 fl 42 xr in viertl. Jährigen Terminen zu bezahlen, also zwahr, und weilen die ganze Betragnusz der Bezahlung sich à 16750 fl belaufft, alsz wird man ihm Schleszinger den Ersten Termin mit 4187 fl 30 xr dazumahlen zu Belgrad zuehalten alsz er, den Lifferrungs-schein bey Eingangs bemelter Administration produciren wird, von danen aber ohne auflauff eines Interesse in dreye viertel-Jährigen Terminen die übrige Zahlung Ebenfahls zu Belgrad an weme er Contrahent es vorweisen wird wollen, getreulich und ohne geferde zu Entrichten; Im fahl aber man mit abführung deren Termine verangelaster massen wider

Verhoffen Einen verschub machen würde, so entbietet man sich auch, dasz auflauffende mercantil-Interesse zu bezahlen; hiebei solle

3^{io} Er Wolff Schleszinger vestiglich gehalten seyn, beede ladung, auf das allerschleinigste ohne Aussatz Einer Stunde zu bewerken, und zwar also verläszlich, dasz, wan bisz den 24 Martii die beedseitige Ladung nicht befolgt seyn sollten, gegenwärtiger Contract immediate gehoben und annihiliret seye.

Alles wahr und ohne gefahr. Urkund dessen seynd zwei gleichlautende Exemplaria aufgerichtet und Jedem Theil Eines Eigenhändig gefertigter zugestellet worden. Sig. Wien den 1. Feber 1719.

L. S.

L. S. Jos. Ant Mayrhofer
Kays: Inspector.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1719 Novembris 27.

131.

*Bécs 1719 február 17. III. Károly király a kincstár számára búzaszállítással megbízott Schlesinger Farkasnak és embe-
reinek útlevelét ad.*

Wier Carl der Sechste von Gottes Genaden Erwehlter Röm. Kay. zu allen Zeiten Mehrer desz Reichs, in Germanien, zu Hispanien, Hungarn und Böheimb König etc.

Entbieten N: allen und jeden Churfürsten, Fürsten, Geist: und weltlichen Praelaten, Graffen etc. etc. etc. Insonderheit aber unszern und anderen Aufschlägern, Mautnern, Zohl- nern, Gegenschreibern, Beschauern und anderen dergleichen Ambt-Leuthen, denen dieszer Pasz-Brieff fürkomt und damit ersucht werden, unszer Freundschaft, Gnad und alles Gutes, Hochwürdigst und Ehrwürdige, auch durch Leuchtigist Hochgebohrene Liebe Freund! Neue (?) Oheimb, Vötter, Chur- und Fürste auch wohlgebohrene, Edle, Ehrsambe, Liebe, andächtige und getreue, wir geben Euer Lbd: Lbd: Aud: Aud: und Euch hiemit freund- Vätterlich und gnädigst

zu vernehmen, wasz maszen wür durch den Juden Wolffen Schlesinger, oder deszen darzue bestellte Leuthe drey Tausend N: Ö: Land, Mezen Waizen in Röm: Reich erkaufen, und folgende zu behuef unszerer In unszerm Temesvarer Bannat stehenden Inwohnern zum Sommerlichen Anbauen zu wasser anhero, und sodan weiters nach gedachten Temeswarer Banhat überbringen zu lassen gnädigst Bewilliget haben. Gesünnen Solchemnach an Euer Lbd: Lbd: Aud: Aud: und Euch hiemit freund: Vötterlich und gnädigst begehrend, denen unszerigen aber mit Ernstz befehlend, dasz hierauf Sie obgedachte drey Tauszend N. Ö. Land-Metzen Waitzen an Euer Lbd: Lbd: Aud: Aud: und Ihrem gebieten, und Ambts-Verwaltungen, auch sonstn allenthalben ohne einforderung einiger Leib-Mauth-Zohl: Aufschlags und anderer dergleichen Gebührnuszen, allerdings frey, sicher und ungehindert durchkommen und Passieren lassen sollen und wollen. Hieran erweisen uns Euer Lbd: Libd: Aud: Aud: und Ihr ein angenehmbes gnädigstes gefallen, die unsrige aber erstatten andeme unszern gnädigsten Willen und Meinung. Geben zu unserer Statt Wien den 17. Febr., im 1719. unserer Reiche desz Röm: im 8., deren Hispanischen im 16., deren Hung; und Böheimb: im 8. Jahr.

Carl

P. Graff Walszerg

Ad mandatum Sacrae Caesae
et Cathae Mattis. proprium
Johann Jac. Graf v. Löwenburg
Joseph Carl Sauber

Kays. Pasz Brieff auf 3000 N. Ö. Land-Metzen Waitzen, so der Jud Scheszinger für die in dem Temeswarer Bannat stehende Inwohner zur Sommerlichen Anbauung zu überbringen hat Herrn Sauber.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1719 Novembris 27.

132.

1719 március havában. Kismarton sz. kir. város felség-jolyamodványban előadván a kurucok pusztításai, a pestis és a nagy jégverés által érte nagy csapásait, panaszkodik amiatt, hogy a hegyalján, Eszterházy herceg területén lakó keresztények és zsidók semmivel nem járulnak nagy terhei elviseléséhez.

Augustissime Imperator, et Rex etc. etc.

Dne. Dne. Clementissime. etc.

Ingenita Sacra Mattis Vra, erga fideles subditos suos, praesertim sub motibus novissime sopitis ob illibate erga Augustissam ejusdem domum Austriacam servalam fidem, et fidelitatem a tumultuantibus Patriae filiis damnificatos, Pietas et Clementia animavit nos, quatenus praesentibus humillime de genu lamentabiliter Sacrae Caes: Regiaeque Matti vrae tamquam Summo Principi et Dno naturali repraesentamus et aliunde etiam Eidem benignissime constare non ambigimus; Qualiter afflictæ et desolatae Lib: ac Regia Sacrae Mattis Vrae Civitatis Kis Martoniensis plebecula in Anno 1704, occasione quippe praenotatorum eorum statim invalescentium motuum, a certa tumultuantium sex millium capitum colluvie per superiorem portam Illustris condam Principis Pauli Esterhasy hominibus ibidem *excubiis agentibus*, haud quaquam resistentibus libere in hanc civitatem immissa, et penetrante, ac postmodum per septem integrarum septimanarum spacium cum extrema miserorum civium et incolarum ruina, et irreparabili damno continuo subsistente insperate obruta sub illo tempore tam crudeliter, et severe tractata sit, ut quam plurimi civium innocentium prae susceptis in corpore diris et crudelibus verberibus, strictissimisque manuum, pedumque ligaturis vitam cum morte commutare debuerint, dictaque tumultuantium colluvies, universas sibi obvias miserorum nostrorum civium facultates et opes licentiose in praedam rapuit, consumptibiliaque consumpsit, in militiae deinde Sacrae Mattis vrae pro praesidio et tutamine istius Civitatis illocatae et sub tempus motuum antelatorum continuo ibidem subsistentis interten-

tionem exolutionemque et minoris etiam Mundurae procurationem, et administrationem non solum facultatum nostrarum reliquias, ex tumultuantium praeda, et iniquibus remansas, verum insuper alia quoque media ad fidem et creditum mutuo anticipata, et levata, et quidem ultra 6000 fl: sincere et fideliter contulerimus; occasione demum grassantis in populum pestiferae contagiosae luis per Iudaeorum Esterhasianorum ex infectis locis aliunde libere immissorum fecem concitatae, magnas pariter civitas haec habuisset expensas, multorumque civium passo fuisset interritum, et exitium: ita ut in decessu tantorum civium plurimae domus in civitate incolis de praesenti quoque vacuae et desertae jaceant. Et licet quidem nos per notoriam aëris aliquot annorum intemperiem, factorumque inclementiam, expertamque die 22. Mensis Iunii Anni 1718 proxime praeteriti in vineis et segetibus grandem grandinis decussionem in vineis (in quibus alias tota vis, et substantia facultatum nostrarum constiterat) et exiguis satis nostris magna et irreperabilia damna perpassi concomitanterque ad incitos ferme redacti simus, itaque, ut vix et egre nosmet, et familiam nostram sustentare valeamus, nihilominus tamen pro his hybernalibus mensibus 134 Portionum, ac unius vice Collonelli, unius Commissarii bellici campestris, unius praeterea Vexiliferi, ac 31 militum gregariorum effective intertentionis mollem supra vires et facultates nostras sustinere et suffere, quin imo avenam et foenam, cum felicioribus etiam annis in defectu faenilium ejusdem magnam semper habeamus caristiam exlonginque, ac a 10. miliaribus caro pretio et magnis sumptibus et expensis procurare cogimur. Interea aliis intra muros nostros ac in fundo Dominiali Eszterhasiano commorantibus et nobiscum condegentibus facultatibusque nobis longe potentioribus, subque protectione Principis Eszterházy viventibus Iudaeis aequae, ac Christianis, a tali contributionali et intertentionali militari onere, in nostri perniciem et ruinam immunibus prorsus et exemptis existentibus.

Cum itaque miseriae et calamitates nostrae, adeoque

tantum contributionis onus sustinendi impossibilitas toti ferme Patriae nota esset, et constans:

Hinc Sacrae Caes: et Regiae Matti vrae tanquam summo nro. Principi et Dno naturali de genu humillime supplicamus, dignetur de genita pietate et Clementia sua misericordes oculos suos ad nos convertere et nos miseros fideles, oppressos et desolatos subditos suos, ab imminente infallibili totali ruina clementissime erripere, ac ratione praeallegati insupportabilis contributionalis oneris benignissime sublevare et supportare, ac ordinare ut prae notati intra moentia nostra, in noviter, in nostri summum praejudicium et interritum, detrimentumque erectis domunculis habitantes, magnumque questum et negotium, artificiumque suum exercentes Christiani, aequae ac Iudaei, ad ferenda quaevis communiter nobiscum onera, in medium Civitatis nrae proportionaliter pro nunc et post hac ad modum et normam in submontanis Arcis Posoniensis degentium et commorantium Christianorum, aequae et Iudaeorum contribuere et quaevis obvia onera suffere et supportare, nec minus pro praeterito quoque, siquidem nihil quidquam contribuissent in exolutionem expensarum et debitorum nostrorum proportionaliter concurrere debeant, ac teneantur, ut taliter ad exhibenda ulteriora fidelia obsequia, ipsamque casu sic ferente mortem pro Sacra Caes: ac Regia Matte vra, et tota Augustissima Domo Austriaca oppetendam novas vires acquirere, ac sub gloriosissimis S: M: V: Auspiciis subsistere valeamus.

Sermae Mattis Vrae etc. etc.

Humillimi perpetuoque fideles
subditi, et vasalli

N. N. Iudex, Senatores caeterique
Iurati Cives, et Incolae Lib: ac Regiae
Civitatis Kis Martoniensis.

133.

1719 március havában. Kimutatás a Kismartonban Eszterházy herceg területén levő iparosokról és boltokról.

Specification

Deren auf dem Fürst Esterhasischen Territorio sich befündenden Handwerksleuthen, alsz in der Statt.

Rauchfangköhrer	„1
Schneider	„7
Schuester	„4
Kirschner	„2
Träxler	„2
Zischmenmacher	„3
Bad, sambt ein Neu aufgerichten bad-	
hausz	„1
Schloszer	„1
Spohrer	„1
Pöckh	„1
Eysler	„1
Tischler	„1
Rierner	„1
Sailler	„1
Laistschneider	„1
Schnürmacher	„1
Sadler	„1
Glaszer	„1
Summa	„31

Nebst disen seint 2 zum öffentlichen Faihlhaben aufgerichte fleischbänkh, Eine in der Statt, alias Hoffbankh benambset, die andere aber vor der Statt.

Auszer der Statt befündten sich folgende.

Stainmötz	„2
Bildhauer	„1
Seifensieder	„1
Pöikh	„1

Wagner	„1
Schmitt	„1
Schlosser	„1
Pixenmacher	„1
Zimmermann	„
Mauerer	„1
Summa	„11

Dann seint in d. Statt würrhs heuser
 so dem Fürsten zugehörig . . . „30
 Item offene Juden gewölber mit
 Handlung „25

dann befünden sich 2 offene Würts hauszer,
 Einsz in-und eins vor der Statt, Ingleich 2 bir-
 heuszer, eins in der Statt unter denen Chri-
 sten, dasz andere aber vor der Statt unter der
 Judenschaft.

Ohne dem, was noch bey dem berg Calvaria an Pro-
 fessionisten, und Handelsleuthen sich hauffenweisz befün-
 den, Und alle dise obspecifirte ohne Unterscheid der Per-
 sonnen, raichen Ihro Mayestät dem Kayszer nicht einen
 Kreuzer.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1719 Martius Nrs. 106.

134.

*Bécs 1719 március 21. Kismartonváros panasza folytán a m.
 kir. udv. kancellária kérdezi Sopronvármegyét, hogy hogy
 történhetett az, hogy Kismartonváros falain belül, Eszter-
 házy herceg területén lakó keresztények és zsidók nem já-
 rulnak hozzá a város közterheinek viseléséhez.*

Salutem etc. Libera et Regia Civitas Kismartoniensis
 tenore humillime memorialis suae Matti ssmae Domino Dno.
 nro. clementissimo demisse introporrecti querulose sane ac
 lamentabiliter repraesentavit: Qualiter eo non obstante, quod

tum occasione novissimorum intestinorum motuum ac super-
venientis Pestiferae luis, tum vero ob notoriam aëris aliquot
annorum intemperiem perpessamque anno proxime prae-
terito in vineis et segetibus suis ex grandine gravem damni-
ficationem in maximam devenerit pauperitatem: hoc tamen
anno rursus 134 Portionum onus sibi impositum habeat, ac
in sortem ejusdem, unius vice Colonelli, Unius Commissarii
Bellici Campestris, unius item Vexilliferi, ac praeterea 31
gregoriorum militum actualia quarteria suffere, ad hoc pro
aequis foenum, magnis sane sumptibus ad decem milliarium
distantiam procurare necessitetur, aliis interim aequae intra
muros praenotatae Cittis in fundo tamen Celsissimi Dni
Principis Michaëlis Eszterhazy commorantibus copiosis
Christianis et Iudaeis quaestum aut opificium exercentibus,
ab hujusmodi contributionis et militum intertentionis oneri-
bus in praefatae Cittis perniciem et ruinam immunibus
prorsus et exemptis existentibus.

Quia vero communia onera aequaliter inter eos, qui
iisdem ferendis obnoxiantur subdividenda, beneficiis et
emolumentis, quae ubicumque habet et possidet commen-
suranda forent, id porro, quod dicti quaestores et opifices
in fundo quidem praefati Dni Principis, intra muros tamen
praelibatae Civitatis commorantes ab hujusmodi quaestura
et opificiis suis proportionate in concursum onerum Publi-
corum contribuendum haberent, merito in emolumentum
ejusdem civitatis, cujus videlicet civibus, ex praeaffacto quae-
stu et opificiis per alios exercitis multum decederet obvenire
adeoque ex quanto illius defalcare deberet.

Eapropter Illmas Rmas etc. ex officio hisce requirendas
simul et hortandas esse duximus, quatenus super eo unde
nam hoc factum sit, quod intra moenia saepeatae Civitatis
Kismartoniensis, in fundo tamen praelibati Dni Principis
commorantes quaestumque et artificium cum Civium damno
et ruina exercentes copiosiores Christiani et Iudaei, uti ab
adverso exponeretur in concursum publicorum onerum non
taxentur nec ad proportionate ferenda eadem publica onera

pertrahentur, quantocyus genuine Regiam hanc Cancellariam
Aulico-Hungcam informare velint nec intermittant Eaedem
Dnes vrae. Quas in reliquo etc.

Viennae die 21 Marc. 1719

Cottui Soproniensi

Jaszvicz

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1719 Martius Nrs. 106.

135.

*Buda 1719 március 27. Budaváros magisztratusa felség-
folyamodványban panaszkodik a zsidók szaporodása ellen
és kéri a királyt, hogy 1703 I. Lipóttól kapott, a zsidók
befogadásáról szóló privilégiumuk szerint a kamarai és
katonai protekció alatt álló zsidókat is a város hatósága alá
helyezze.*

Augustissime Romanorum Imperator Germaniae, His-
paniae, Hungariae Bohemiaeque REX Archidux Austriae.

Domine Dne nobis naturaliter clementissime.

Sacratissimae Matti Vestrae Caesareo Regiae con-
querendo humillime detegere necessitamur: Qualiter Budae
Iudaei in dies multiplicentur, atque inde est quod Civici Mer-
catores, cum Iudaei se in omnia immisceant, pereant, hinc
est, quod Christiani titulo locuti conducti Hospitia vel plane
non vel maximo Censu inveniant, quia Iudaei omnia occupant,
hinc est quod jam Rabinos interteneant Budam, velut ad
Principaliorem Residentiarum suarum Locum statis suis
Festivitatibus numerosissimi confluant, primariam, ut facile
colligimus, paulo post fundaturi Synagogam, sicut et suos
vel Vacinii, vel Comaromii, vel alibi mortuos in eo Coeme-
terio, quod solummodo hic Budae toleratis, aut tolerandis
indultam est, sepelire jam saepius praesumpserunt, licet ne
similia fiant, salus publici exigat, quia quo morbo quis
mortuus esset, ignoratur. Ultimum, quod hic posuimus, est
contra SSos Canones, qui novas Synagogas Iudaeis inhihent.

immediateque Serenissimae Emminentiae ordinarii nostri salutaribus Inhibitionibus adversatur ut A. Secundum et primum est contra Politiam, Interesse, et Peculii hujus Regii utilitatem. Ea propter pro homagiali obligamine nostro tot malis obviaturi, Iudaeos hinc exesse volui mus, ut alio eant, injungentes, at nos irridere videntur dum enim ut in medium nostri, quousque maneant, aut manserunt, quia Civilia Commerciorum et quaesturas exercent in Portionibus Caesareis, et reliquis Civilibus oneribus contribuant, petimus, nil solvunt, dum exequimur, prohibemur, quia aliqui se sub militari, aliqui sub Camerali protectione, sicut et Iurisdictione esse non tam asserunt ipsi, quam etiam a Domine Commendatore, item et Dno CameraliInspectore asseritur. Remonstramus, quod vigore Privilegiorum Iudaei sub Civitate stare debeant, ut B. quod in alterius quam Civitatis Protectionem assumi nequeant, prioraque eorum Privilegia tantum eo valeant, in quantum essent Lifferantes ut C. at nisi Dominus Commendans ab Excelso Consilio Bellico, Dominus de Zenneg ab excelsis Cameris ordines alios habeat, agimus nihil, licet Civitatis hujus Jura et Privilegia essent clarissima et nota nobis interim corda dolent, quia concives nostri in dies eatenus lamentantur, et si undique urgemur, quatenus penurioso hoc tempore ambos aquae ductus perficiamus, sicuti etiam in his incessanter laboramus, sine praesumptione sperari posse, humillime confidimus, quod circa favorabilia Ejusdem Expeditionis, exaudiamur, quia in onerosis obligationem humillime adimplendo non deficimus. Pro eo Sacratissimam Caesareo Regiam Matrem Vestram de genu rogamus, quatenus medio Excelsi Consilii Aulae Bellici, sicut et Excelsae Camerae Aulicae vigore ordinum contra Iudaeos eatenus ad Dominum Commendantem, sicut et Dnum de Zenneg extradandorum Civitatem suam in suis Iuribus manutenendis benignissime consolari digneretur.

Quam clementiam sicut aliter non possumus, ita tandem in perenni fidelitate et precibus pro Sacratissimae suae Mattis Caesareo Regiae incolumitate constanti ad D E U M,

indefesse fundendis demereri studebimus, humillime manentes.

Ejusdem Sacrae Caesaris
Regiae Mattis Vestrae

Humillime perpetuoque fideles
Vasalli et Subditi.

N. N. Consul, Judex, caeterique
Senatores Liberae Regiaeque Metropolitanæ Civitatis Budensis.

Budae, Die 27. Martii 1719.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1719 Junii 15.

136.

Bécs 1719 április 20. Királyi rendelet néhány megyéhez, hogy Oppenheimer Emánuel zsidó főintézőnek, ki az egri, szolnoki és szegedi raktárakba való sürgős gabonaszállításal lett megbízva, az ezen szállításhoz szükséges kocsikat és elfogatókat neki és embereinek kellő fizetés ellenében adassák.

Carolus VI. Fidelibus nostris Supremis et Vice-Comitibus, Judicibus et Juratoribus Comitatum, per quos certae annonae directo et promotio fieri debere cum praesente requir. Salutem et Gratiam.

Quandoquidem Primario Institori nostro Iudaeo Emanueli Oppenheimber benigne mandaverimus, ut idem certam annonae quantitatem ad nonnullas Agriensem utpote Zolnokiensem et Szegediensem Domos Annonarias Magazinales quantocyus transvehi faciat, idque sine vecturis et praeiunctis aegre fieri possit, Majestatis vero nostrae servitium exegerat, ut ejusmodi currus erga condignum et aequum pretium Eidem Primario Institori nostro, aut hominibus suis ad id deputatis, quantocyus suppeditentur, ipsisque incolis (quod a cunctis fidei nostrae omni possibili modo promovendum venit) in compensationem hujus oneris solamen quodpiam accedat. Eapropter Vobis, quibus supra

et signanter V. Comitibus et Judlium cum praesento requirendis, serio praecipiens committimus et mandamus quatenus acceptis praesentibus et intellecta in praemissis benignissima Dispositione nostra praeattacto Iudaeo Oppenheimer aut vero subordinatis Ejusdem hominibus ad effectueandam praeattactae Annonae Transvectionem non tantum prompte efficaciterque assistere, verum praemissas necessarias eatenus vecturas erga (uti praemissum haberetur) consuetam in paratis praestandam solutionem eidem sine mora subministrare velitis et debeatis. Praesen. perlect. Exhibit. restituen. Datum in Civitate nostra Viennae Austriae die 20. Men. Apr. A^o Dni 1719.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1719 Aprilis Nrs. 53.

137.

Bécs 1719 április 27. A magy. kir. udv. kancellária átküldi Budaváros folyamodványát a magy. kir. udvari kamarához avval a kéréssel, hogy figgjelmeztesse Zennegh budai kamarafelügyelőt a városnak I. Lipóttól kapott privilegiuma szerinti eljárására.

Sacrae Caesareae Regiaeque Mattis Excelsae Camerae Aulicae hisce perquam Officiose insinuandum; Idemque ex praesentibus annexis Liberae ac Regiae Civitatis Budensis demissi Memorialis, ejusdemque accessoriorum genuinis paribus uberius informari, qualiter nam ejusdem Civitatis Budensis Magistratus, Ipsam Communitatem Civilem ex praedjudiciosa Iudaeorum copiosiori numero eo confluentium et sub protectione Militari, atque Camerali existentium, toleratione et a Jurisdictione Civili facta exemptione, contra tenorem et mentem benignorum Privilegiorum Caesareo Regionum memoratae Civitati clementer impertitorum, summo pere laesam et aggravatam esse querulose repraesentes, ac insimul pro dictae Civitatis penes sua Jura et Privilegia fienda manutentione eumque in finem necessariorum erga Dnum Cameralem Inspectorem de Zennegh emanandorum ordinum Expeditione perquam humillime supplicet; Quia

verò suprafatae Civitatis Privilegia a gloriosae memoriae Imperatore, et Rege Leopoldo in anno 1703 obtenta per expressum innuerent, Iudaeorum in eandem Civitatem admissionem, vel non admissionem in arbitrio Civitatis positam, eosdemque non alterius, quin ipsius Civitatis Protectionem, seu Jurisdictionem assumere fore; Benigna vero in Anno 1711 expedita Augustissimae Imperatricis Viduae Eleonorae, eorum Rectricis Resolutio Universas Ordinationes in favorem Iudaeorum Budae commorantium emanatas unice de annonariis Caesareis, seu Lifferantibus intelligendas esse declararet. Idcirco praefatorum Supplicantium Legitimam Instantiam pro desiderato obtinendo effectui, adeoque prae-libatae Civitatis penes praeattacta Jura, et Privilegia mantentione, eatenusque ad Dnum Cameralem Inspectorem de Zennegh expediendis ordinibus praetitulatae Camerae Aulicae Cancellaria haec Regio-Hungarica aequè Aulica impense recommendat, simul etiam exhibenda quaevis grati officii studia prompta et parata permanet.

Ex Consilio Cancellariae Regio-Hungaricae Aulicae, Viennae die 27 Aprilis Anno 1719.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1719 Junii 15.

Magy. Zs. Szemle 1907. évf. 288. l.

138.

1719 július havában. Simon Hirschl pozsonyi zsidó, a nádor alattvalója, ismételten és újabb érvelésekkel kéri a magyar kir. udvari kancelláriát, hogy néhai gr. Széchenyi Pál érseknek adott előleg visszatyeréséhez juttassa.

Excelsa Caesareo Regia Hungarico Aulica Cancellaria Dni. Dni. et Patroni gratiosissimi.

Demisse subaudiendo, quod ex informatione praesciti Illmi Dni Comitis Georgii Szécseny (Tit) et rationibus ejusdem Excelsae Cancellariae expositis et submissis Instantiam meam demissam, ratione elargiendi benigni Mandati Regii super Inhibitorio Relaxatorii, coram Excelsa hacce Cancellaria suppliciter motam eadem praetitulata Ex-

celsa Cancellaria seposuisset, adeoque simpliciter denegasset; ex eo demissa cum venia, ulterius quoque ex rationibus et motivis sub annexis jus meum liquidum solidantibus Eidem Excelsae Cancellariae detegere necessitor: quod siquidem praememoratus Illmus D. Comes, tanquam pie defuncti Excellmi et Reverendissimi condam Pauli Szécseny Archi-Episcopi olim Colocensis, indubitatus Testamenti Executor, quam primum ab Incltyta Camera Regia Hungarica, res et substantia Ejusdem Excellmi et Rndssimi Archi-Eppi rehauisset et in manus suas redegetisset ipso facto eundem Illmum D. Comitum Testamenti executorem tam amicabiliter, quam Judlitter requirendo, omnino memet cum caeteris creditoribus insinuassem, docentibus id, superinde emanatis Lris Testimonialibus, subsecutoque Iudiciario processu, Hinc reliquis creditoribus eorum contentatis, ideoque neque mei debiti, hoc in passu, deterior potest haberi ratio, quam reliquorum; obvertere ne fors Illmum Dominum Comitum, quod actionata Summa ad manus pie defuncti Archi-Eppi supratitulati non devenisset, verum prae manibus quietantis, idest Magci Dni Baronis Alexandri cond. Senyey, re ejusdem Telonii Possessio, nam si ad manus suas, praetitulatus Archi-Eppus eandem summam non recepisset, neque in Possessionem ejusdem Telonii quempiam gratis admisset, demum adsunt humani Testes, eandem ipsam summam praetitulatus Archi-Eppus, quod omnino ad manus suas acceperit viderint, revera, sciantque, hoc ipsum Iuramento quoque confirmabunt; neque praetensum quodpiam in processu R. Patrum Paulinorum per Actionatum Illmum D. Comitum praestitum Iuramentum de praesenti eidem suffragari, ex eo nequiret, quia post illud priorum legatorum, atque suorum Consanguineorum effectiva contentatio subsecuta haberetur; Si igitur eo tum praetitulatus D. Comes praesenti praetensione, et ulteriori impetito ne se met exuere voluisset, nihilque per amplius de substantia Archieppali, apud se remansurum sensisset, tunc omnino ex comuni obtingente Consanguineorum suorum hanc praetensionem excindi curare valuisset, quod autem incaute intermisit, damnum, si quod ne fors sentiret, sibi met, et

culpaе suae adscribere deberet; An amplius substantia talis quae huic contentationi obnoxiaetur, reperibilis, prae manibus ejusdem Illmi D. Comitis foret nec ne? hoc non exceptionibus, aut aliis Iuridicis remediis, verum recto juris ordine Dno Comiti coincēdum, evertendumque foret, quod etiam Contestando litem meritorie evincere studuisset, ubi tamen meritoria responsio litisque contestatio, coram qualicumque Iudice facta legibus Patriis id ipsum innuentibus, tanti esset vigoris et efficaciae, ut partibus omnes omnino adeoque et legales exceptiones praescindat, easdemque ad accipiendum ab ejusdem Iudice Iudicium adstringat, quanto magis de praesenti, ubi non solum litis contestatio, verum praemissorum conprobatio intercessisset, causaque a finali decisione dependeret, ideoque communis quoque justitia partibus jure agentibus secundum allegata et probata, definitiva sententia mediante jus et justitia administrare praeciperet. Ideo Excelsae Cancelliae humillime supplico, quatenus habita praemissorum gratiosa consideratione, praevis benigne elargitum ad instantiam Illmi Dni Comitis Mandatum Regium Inhibitorum benigne relaxare, per hocque juris et justitiae viam apperire haud designaretur, quam gratiam praestolaturus me humillimis servitiis demereri adniturum obligo Permaneo

Excelsae Cancellariae

humillimus subditus

Simon Hirschel, Suae Excellentiae
Palatinalis haebreus Poseniensis.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1719 Julius Nrs. 23.

139.

Bécs 1719 július 15. A király megparancsolja Pásztory Zsigmond sopronmegyei szolgabírónak, hogy Simon Hirschel, gróf Pálffy Miklós alattvalójának gróf Széchényi Györgytől követelt pénzét, újabb bírói tárgyalás nélkül, és ha szükséges, végrehajtás útján is behajtsa.

Carolus VI. etc. Fideli nostro Eggregio Sigismundo Pásztor Cottus Soproniensis Judlium Salutem et gratiam. Expositum est Matti nostrae Nomine et in Persona Fidelis nostri nobis sincere dilecti Spblis ac Magci Comitit Nicolai Pálffy ab Erdöd Regni nostri Hungariae. Palatini etc. Qualiter in causa et negotio subditi sui Simonis Hierschel haebrei, tamquam Jacoby, et Marci, et Jacobi Philippi haebreorum Cessionarii, contra et adversus fidelem aequae Spblem et Magcum Comitem Georgium Szecsény (Tit.) velut Rnds-simi olim Patris Pauli Szecsény Archi-Eppi Colocensis et Abbatis S. Gotthardiensis, Fratris sui Germani Testamenti executorem ratione certorum rehabendorum 400 flor. eidem Archi Eppo in vivis adhuc pro Arenda Telonii S. Gotthardiensis anticipatorum, ex eo movendo processum, quod videlicet post paucum adeo tempus, eidem Archi-Eppo fati functo praespecificati Telonii usu, eo facto praenuncupati haebrei privati extitissent, adeoque parum aut nihil proventum exinde percepissent. Hinc antelatus Haebreus cessionarius sub nomine praefati exponentis antelatum Comitem jure conveniendo sub praefixis multifariis Terminis, causam coram Te contra antelatum Comitem levare et suscitari fecisset, memoratus vero Comes Testamenti Executor, non ut praespecificatam praetensionem complanare studuisset, verum potius cum profusione expensarum actionato haebreo Causatarum per varias exceptionum ambages caam protrahendo Terminos condescendi fecisset. Tandem inter reliquos praevio modo praefixos pro finali Causae ex merito fienda decisione terminum die 24. Mensis Octobris cum subsequen. Anni 1718 recenter praeterlabi (sic) Partibus indicasses, adeoque pro eodem Termino antelatum Comitem Incattum in Liberam Regiamque Citem Nram Soproniensem, Cottuque nominis ejusdem existentem, et habit. in praesentiam Tui Judilt. citasses et certificasses, eo vero non expectato Termino, idem Comes Incattus ad Mattem Nostram recurrendo certum benignum nostrum Mandatum Inhibitorium ex eo impetrasset, quod videlicet praenuncupati Arhi-Eppi res et substantiam sub corporali Jurato revelando Legatariis legata extradedisset, adeoque prae manibus suis nihil haberet, ob

id etiam quod tempestive, aut vero vigente processu certorum Patrum Paulinorum, protestionem, vel vero ingessionem in eodem processu intermittendo semet non insinuasset, et ideo actionatum haebreum Cessionarum de praesenti super praespecificata summa contentare nequiret; Cum autem memoratus Comes Georgius Szecseny licet persaepe requisitus, imo etiam nemoratus haebreus cum ceteris creditoribus, semet apud eundem Comitem Incattum insinuando suam contentationem, ab eodem efflagitasset sat mature, uti hoc ipsum ex Coram Te productis Lris Testimonialibus uberius liqueret; jam igitur reliquis creditoribus contentatis existentibus, neque hujus ratio deterior reliquis esse quiret. quasi vero praetenso quopiam Juramento, in processu longe alio praestito, a Creditoribus semet enodasset, nam si sensisset prae manibus suis amplius tantum substantiae non remansisse unde haecce praetensio complanari posset, profecto Consangvineis suis ante hac legata non extradidisset, esto per inconcessum etiam si id fecisset, nihilominus, ex quo incaute id egisset, damnumque exinde sibi evenire sentiret, hos non alteri, quam culpaе suae adscribere deberet; accederet ad hoc Comitis Incatti in merito Caae contestatio, vi cujus meritorie semet a talis impetitione enodare studuisset, finali tamen decisione non expectata, vigore praevio modo oblenti benigni nri Mandati Inhibitorii, Te ab ulteriori hujus Causae progressu toties fatus Comes Testamenti Executor inhiberi fecisset, per hocque actionatum haebreum longe majoribus sumptibus et expensis ac fatigiis involvere nihil pensi duxisset, damno et praejudicio antelati Comitis exponentis subditi sat gravibus et manifestis. Supplicatum itaque etc quatenus eidem exponenti subdito alias haebreo, de opportuno juris benigni Mandati Relaxatorii remedio benigne providere dignaremur, nec pateremur eundem justis suis juribus improvise destitui. Cum autem etc. et alioquin communis justitia cuique id, quod suum esset, reddi et restitui juberet ullumve alieno locupletari permetteret, prout denique Mandatis obtemperandi rationem ar. 12. et 13. Anni 1635 praescriberent, ita ob sinistra eorundem expositionem illegitima, ad sensum Articulorum 53. 1655 et 1681 ar. 30 Anno-

rum non servanda adeoque simpliciter seponenda venirent, ex eo tanto eminentius relaxari quoque valerent, ita etiam Partibus in merito existentibus ad exceptiones et alia regressum non dari, Patriae legibus id ipsum indignantibus, demum, si quis per apprehensionem, vel qualitercunque ingressionem, in re quapiam aut substantia succedit, is in onere etiam tali, quod secum traheret, succedere deberet, manifestum esset; In acquisitionibus porro liquidorum debitorum (quemadmodum praesens liquidi naturam imbuisset) sensu Ar. 144. 1647 et 31. 1659 Annorum Interee cum expensis et fatigiis ex fundamento etiam cessantis lueri emergentisque damni refundi et adjudicari solerent ac deberent. Pro eo Tibi etc. benigno nostro Mandato Inhibitorio tanquam ad informationem et expositionem toties fati Comitibus elargito, modo vero relaxato, comperto solum eo, quod actionatus haebreus modofatum Comitem de impendenda super praemissis satisfactione requisivisset adeoque semet sat mature insinuasset, subsecutoque processu Judicio a moderna praetensione semet meritorie idem Comes memoratus enodare studuisset, antelati Comitibus exponentis subditi omnimodam de praemissis (absque ulla Terminorum prorogatione causam ex merito reassumendo) satisfactionem impendi et administrari facere, executione quoque mediante debeas ac tenearis, communi svadente justitia, secus non fact. Praesen. Perlect. exhiben. restitue. Datum in Civitate nostra Viennae Austr. die 15 Julii 1719.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1719 Julius Nrs. 23.

140.

Bécs 1719 szeptember 9. III. Károly a magy. kir. kancellária által megerősíti Wertheimer Simson udvari főfaktornak és a birodalomban lakó zsidók főrabbijának valamennyi eddig kapott privilegiumait maga, Wolfgang fia, valamint egész családja számára. Egyúttal megerősíti az 1717 augusztus 26 kelt, Wertheimer Simson országos főrabbinak kinevező diplomát is.

Excellme. Illustrissimi Sples. ac Magci., nec non Perilustres ac Generosi Dni., Nobis observandmi.

Salutem et Servitiorum nostrorum paratissimam Comendationem. Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas Dnus Dnus noster Clementissimus certas binas benignas Literas Privilegiales superioribus non ita dudum evolulis Temporibus pro parte et ad Instantiam Caesarei et Serenissimae Dominae Amaliae Wilhelminae Imperatricis Viduae prouti etiam Regii Polonico Saxonici, nec non Reverendissimorum ac Serenissimorum Moguntini Trevirensis et Comites Palatini Rheni, utpote Sacri Romani Imperii Principum Electorum aliorumque Ducum Landtgraviorum Compluriumque Statuum Imperialium respective Supremi Factoris Iudaeorumque in haereditariis Regnis et Dicionibus Caesareo Regiis commorantium Archi Rabbini Simonis Wertheimber statim sub initium Faustissimae atefate Suae Mttis Sacratissimae in Romanorum Imperatorem inaugurationis de dato 5. Mensis Januarii Anni 1712 Frankofurti ad moenum emanatas, impendentique sigillo suo Imperiali munitas, alias binas Literas pariter Privilegiales et quidem Binorum quondam Leopoldi et Josephi gloriosae reminiscentiae Imperatorum et Regum priores quidem sub dato 29. Men. Augusti in Anno 1703. posteriores vero sub 22. Mensis May in Anno 1705. ambas vero in Archiducali ista Civitate Vienna Austriae ab utrinque per Expeditionem Inclytae Cancellariae Inferioris Austriae Aulicae confectas et appromptatas confirmative in se continente, quibus mediantibus iidem quondam Imperatores et Reges prouti et summe fata quoque sua Mattas SSma. qua immediata Eorundem in solio et Regimine Successor praeattactum Supremum Factorem suum Simsonem Wertheimber intuitu tot, et tantorum fidelium simulque et utilium servitiorum suorum in promovendo et dilatando aerario Caesareo Regio jam ultra 28 Annos dexterrime et indefeste practitorum, mediorumque ad binariam oppugnationem Landaviensem irrenitenter subministratorum ex ratione, ac aliis relevantibus de causis motivis et rationibus

in Iudaeum et supremum Factorem Aulicum, prout et Archi-Rabbinum promoverunt, ac bene fata quoque sua Mattas. SSma. illum pro tali recognovit, et in uberiolem gratiae suae Caesareo Regiae expressionem pro Serenissimae quoque Imperatricis Conthoralis suae Factore Aulico de superius specificato dato itidem certo benigno Diplomate suo, uti praemissum est, Frankfurti ad Moenium emanato, clementer declaravit Eundemque ab omnibus Tricesimis, Teloniis, Tributis, Naulis, arestis, repraessaliis et aliis quibus suis itinerariis ac Domesticis humanitus ne fors causandis impedimentis immunitavit, exemit, et liberum usque ad Annum decretorium utpote 1735 subsecuturum pronunciavit, ad iteratas demissas mentionati Iudaei Simsonis Wertheimber praeces et supplicationes per Expeditionem etiam Cancellariae hujus Regiae Hungcae Aulicae et quidem sub dato adhuc 6. Mensis Maji in Anno Domini 1716 in Civitate hacce Viennensi emanatam pro ipso Simsone Wertheimber et Filio suo Wolfgang, ac aliis legitimis descendentibus suis modernis utpote et futuris, prout et Agnatis et Cognatis ipsius usque ad Annum praenotatum 1735 robur et vigorem suum habiturus clementissime confirmavit et approbavit, praelibatumque Simsonem Wertheimber ac praeattactum filium suum, caeterosque cognatos et homines suos in suscipiendis servitium Caesareo Regium et bonum publicum concernentibus itineribus a cujusvis Tricesimae, Nauli et Telonii pensione (exceptis tamen Mercimoniis, per Eundem ac eosdem ad vendendum in et eductis, ac eoque Taxabilibus) immunes et exemptos pronunciavit: Tenore vero alterius Diplomatis sub 26. Mensis Augusti Anni 1717 proxime praeteriti Eundem Simsonem Wertheimber pro Superiori Iudaeorum Rabino, ac praeterea in causa Iudaei contra Iudaeum prima Instantia clementer declaravit, pro ut haec omnia ex annexis amborum Diplomatum genuinis copiis uberius patebunt. Quam benignam Suae Mattis. SSmae: resolutionem et Privilegiale Confirmationem, gratiamque concessionem saepe-fato Iudaeo Simsoni Wertheimber praemisso modo clementer factam et impertitam supratitulatis quoque Dominationi-

bus pro notitia et in occurrentibus sui directione ex officio insinuandam esse duximus. Quas in reliquo etc.

Viennae Austriae die 9. Septembris A. 1719

N. N. Sae Cae Regiae Mattis. Cancellae.

Regiae Hungae. Aulicae Consiliarii.

Kivül: Pro Iudaeo Archirabino Simone Wertheimer supremo Aulico Factori et ipsius successoribus necnon cognatis prioribus annis benigne elargita privilegia clementissime ratificata esse intimant.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1719 Septembris 9.

141.

Bécs 1719 szeptember 19. Az udvari kamara felkéri a magy. kir. kancelláriát, hogy a harmincad- és vámhatároknál figyeltessen meg egy bizonyos Köppisch zsidót, ki állítólag 6000 m. sőt hivatalos sócédula nélkül hozott Pozsony tájékára és azt a császári sókereskedelem kárára a hivatalos árnál olcsóbban adja el.

Spectabiles, ac Magnifici, Generosique Domini etc.

Repraesentatum est huic Caesareae Camerae Aulicae per officiales salinarios, qualiter nam certus Iudaeus Köpisch nominatus, intra breve temporis spatium ultra sex mille centenarios salis in Districtum Poseniensem, et eidem adjacentia loca induxerit, indeque non sine gravi quaestus salis Caesarei praejudicio, ac diminutione proventuum Regionum Monopolium exercendo, ibidem salem levioere etiam quam defacto stabilitum esset, publice divenderet pretio; Ac praeterea Eidem Iudaeo solitis Schedis Salinariis, quod eundem salem in fodinis, sive depositoriis Caesareis comparaverit, provisum non esset adeoque conjecturandum, quod ejusmodi salem clandestine, et forsitan ex Provinciis extraneis inducat.

Unde praelitulas Dominationes vestras amice requirandas esse duximus, velint omnibus ac singulis sibi subordinatis Tricesimatoribus ac Telionatoribus significare et ordinare, ut diligenter invigilent, et ubicumque memoratus Iudaeus cum sale transiret, solitisque Schedis salinariis prae-

munitus non esset, ejusmodi salem detinere, ac contrabandare debeant; Quemadmodum etiam Inclyta Cancellaria Hungarico Aulica officiose requisita est, ut dicto Iudaeo praetactum salis Monopolium serio, et sub poena confiscationis inhibere velit. In reliquo etc. etc. Actum Viennae, die 19 Septembris Anno 1714.

N. N. Sacrae Caesareae Regiaeque Mattis.
Praeses, Vicepraeses ac reliqui Camerae
Aulicae Consilarii.

O. L. Ben. Res. 1719 Septembris 19.

142.

Bécs 1719 október 11. A cs. és kir. udvari kamara helyesli Kepis zsidó sójának elkobzását, de nem helyesli, hogy a fiscus számára gabonavásárlással megbízott zsidók az összevásárlástól eltiltassanak.

Spectabiles, ac Magnifici Generosique Domini, ac Amici Nobis honorandi salute, servitiorumque nostrorum praemissa promptitudine;

Ex literis vigesima quinta elapsi Mensis Septembris Annī modo currentis infrascripti exaratis intellexit Camera haec Aulica, praetitulatas Dominationes vestras respectu nuperae Requisitionis eos instituisse ordines, ut dum praescitus Iudaeus Kepis nuncupatus aut socii ejusdem solitis salinariis Schedis destituti salem vehere comperientur poenae contrabandi sint obnoxii, Hoc utique bene, et pro exigentia servitii Caesareo-Regii factum est: Quod autem aliud earundem literarum punctum concernit, respectu Praeemptionis frumenti; tam in libera Regiaque Civitate Posoniensi, quam alibi per Iudaeos praticari solitae; Cujus praecavendae intuitu Literas Passuales Iudaeis ad Domos Annonarias frumentum coempturis deinceps expediendas, cum Regia hac Camera Hungarica communicari Eaedem praefatae Dominationes vestrae desiderant; Hoc ipsum nullatenus necessarium esse videtur: Nam quicumque Iudaeorum quin etiam Christianorum ejusmodi literas Passuales habet, easdem utique Prae-

emptionem exercere volens, non tantum coram memorata Camera Hungarica, verum etiam Tricesimatoribus producere, et quantitatem coempti frumenti connotari facere teneatur; Unde apparebit, quidnam pro necessitate Domorum annonarium requiratur, et ejusmodi modalitate observata nulla fraus in praejudicium aerarii Regii comitti poterit; Caeterum non approbat quidem Camera haec Aulica, quod tam ejusmodi literas Passuales, habentes, quam reliqui Iudaei in publicis Foris cum detrimento Christianorum Incolarum frumentum praeemere soleant. Quia tamen casus iste domestici Magistratus Jurisdictionem concernit, sitque eatenus ad ejusmodi, et similes abusus praecavendos Articulo sexagesimo tertio novissimae Diaetae Poseniensis provisum.

Eapropter scient praetitulatae Dominationes vestrae in conformitate praecitatae hujus constitutionis malo huic succurrere, et competentes desuper Magistratus requirere, ut pro exigentia boni publici, quaestus quidem non impediatur, nihilominus tamen necessitatis etiam Regnicolarum congrua habeatur ratio. In reliquo praetitulatas Dominationes vestras diu salvas et incolumes vivere, ac bene valere cupimus. Viennae die 11^{ma} Mensis Octobris Anno 1719,

N. N. Sacrae Caesareae Regiaeque
Mattis. Praeses Vice-Praeses, ac reliqui
Camerae Aulicae Consilarii.

Kivül: Occassioni Iudaeorum Kepes dictorum quaestum salis exercentium et praemptionis frumenti aequae per Iudaeos ad Domos Annonarias coëmi soliti responsoriae Camerae Aulicae literae.

O. L. Ben. Res. 1719 Oktobris 11.

143.

Bécs 1719 november 2. Az udv. kamara kéri a m. kir. kamarát, hogy tudakozódjék a szepesi kamaránál, vajjon a Rákóczi-féle felsőmagyarországi jószágokat liquidáló bizottság bevette-e az adósságok közé Oppenheimer Sámuelnek 78.696 forintról szóló követelését is és vajjon az adósságok lerovására lekötött bortizedekből egészen, vagy csak részben kielégítették-e Oppenheimert.

Spectabiles ac Magnifici etc.

Inter multifaria ulteriori liquidationi obnoxia demortui Samuelis quondam Oppenheimer apud Augustam Caesaream Aulam Primarii bellici Factoris et Hebraei nunc vero post mortem illius in filium et Haeredes pro reddendis eatenus rationibus, devoluta puncta etiam passus ille continetur, qui de septuaginta octo millium sexcentorum nonaginta sex florenorum debito Rákócziano passivo memorat, respectu cujus etiam num in anno 1702^{do} Expeditio Leopoldiana copialiter hic adjacens, et in originali jam ad manus Camerae restituta, praefato Samueli Oppenheimer solutionis fundus ex Rakoczianorum in superioris Hungariae partibus situatorum Bonorum proventibus generatim constitutus, in specie autem ad illas abalienabiles vinorum decimas assignatus fuerat; nunc scitu necessarium esset, an specificatum 78.696 florenorum debitum non etiam inter reliquo, contra Rakoczium per liquidationem ibidem in Regia Camera habitam Comissionem formata et praetensa activa Oppenheimeriana debita sit comprehensum; Praeterea quorsum illa pro hypothecato solutionis fundo assignata decimalia vina pervenerint? an videlicet non ipse Hebraeus ex illis participaverit, adeoque vel saltem pro parte, vel ex integro contentationem percepisset? Super quibus praemissis et quae alioquin fors occasione illius pro liquidatione Rakoczianorum debitorum institutae et paratae Comissionis occurrere et in mentem venire etc. praetitulatarum Dominationum vestrarum et per Easdem Regiae Cameralis Administrationis Scepusiensis informationem peramice requirendo. Easdem diu salvas etc. Vienna die 2^{do} Novembris 1719.

N. N. Sacrae Caesareae Regiaeque Mattis Praeses, Vice Praeses ac reliqui Camerae Aulicae Consilarii.

O. L. Ben. Res. 1719 Novembris 2.

144.

Bécs 1719 november 9. Az udv. kamara helyesli a m. kir. kamara véleményét, mely szerint Polyák David zsidónak Forgács-féle követelését vagy hiteles okmányokkal, vagy pedig pótesküvel kell bebizonyítani.

Spectabiles ac Magnifici etc.

Ex literis praetitulatarum Dominationum Vestrarum Die 31. Aug: Anni modo labentis infrascripti exaratis, in negotio Instantiae per Iudaeum Davidem Polyack ratione praetensi debiti Forgacsianae porrectae, intellexit Camera haec Aulica Mentem et opinionem antelatarum. Dominationum Vestrarum; quod videlicet eidem Iudaeo vel probabilibus Documentis, vel ad minus supletorii Juramenti depositione probare incumberet, praetensam posteriorem 360 fl summam, in anteriori 700 fl summa non comprehendendi:

Cum autem Camera haec Aulica hanc memoratarum Dominationum vestrarum opinionem pro justa et legali esse agnoscat; et alioquin fiscus regius in facto alieno constitutus ignoraret; utique statum Debiti hujus, ex eoque praetendenti Iudaeo Debiti sui activi legalitatem comprobare incumberet.

Eapropter dum eundem Instantem ad praetitulatas Dominationes vestras relegandum esse duximus, simul easdem officiose requirimus, ut praeattactarum probarum alterutram ipsi proponere velint; Caeterum Camera haec Aulica nihil in Contrarium habet, si idem Iudaeus sive uno, sive alio modo Debitum suum liquidaverit, ut exemplo aliorum Creditorum Forgacsianorum, et certum quempiam fundum pro contentatione sui habenda assignetur. In reliquo etc.

Dabantur Viennae 9. Nov. A. 1719.

N. N. Sacrae Caesareae etc.

Orsz. Levélt. Ben. Resol. 1719 Novembris 9.

145.

1719 november havában. Egy Lebl nevű érsekújvári zsidó, kit az érseki uradalom úriszéke egy eszelős gyujtogató valomására mint bujtogatót bebörtönzött, tortúrázott és elítélt, ártatlanságára hivatkozva a királynál szabadonbocsátásáért esedezik.

Sacratissima Caesarea Regiaque Mattas Domine Domine naturaliter Clementissime.

Ad Augustum Mattis Vrae Sacrae Thronum gratiae et elementiae tanquam supremum Justitiae Asylum, Ego quoque mediante humillimo hocce Memoriali meo humillime recurro, causam et miseram sortem meam humillime declarans: Qualiter ego superioribus evolutis temporibus occasione attentati per quospiam certi Érsek Ujvariensis Incendii, et ex eo, quod quidam alias a nativitate sua omnium Iudicio turbatae mentis homo Adamus vocatus, se per me ad struendum Incendium conductum, sed et alter quidam Georgius Hornyak, de aequae per me cum dicto Adamo ex Domo Annonaria Érsek Ujvariensi nocte quadam intentionis quidam sibi agendum sit, uti eundem referre intellexi declaratione fienda ad eundem Adamum directa exmissum fuisse asseruisset de Incendiariatu contra me suspicione concepta ad carceres dominales Érsek Ujvarienses conjectus, ibidem in Iudicio Dominali die 10 Junii Anni nunc currentis 1719 celebrato tandem ex tali suspicione ad torturam quoque condemnatus fuissem.

Quia vero supranominatus homo Adamus tum ideo, quia uti palam notum est, ab ineunte aetate sua perfectae rationis usum non habuisset, tum quia antea etiam fassio-nem suam contra me iam affirmasset iam negasset, et ex post quoque coram spiritali suo ad cor et conscientiam serio superinde adhortatus eundem cum genuina declaratione et sincera sua expectoratione revocasset et in captivitate sua coram nonnullis declarasset, se ex eo praecise in examine contra me fassum fuisse, quod mercedem sui circa praeattactam Domum Annonariam praestiti servitii et laboris quampiam, uti asserebat, eidem denegaverim idque in me vindicare voluerit. Testis contra me de jure

nullus esset, et ideo nec iudicium ad torturam induceret, nec sequitur ex eo, quod posito idem Adamus revera Incendii ejusdem attenti causa fuisset, tamquam homo nimium simplex, non praesumeretur per se id excogare aut patrare scivisse aut potuisse in me talem suspicionem detorquere debere, quasi vero per hoc ego fuisset et nullus alter esse potuisset ejusdem Instructor, et idem quoque Georgius Hornyák, si quid contra me in vinculis directe fassus fuisset, tamquam alias superinde nec adjuratus, de Jure Testis dici non posset, ad torturam ante de lege unus Testis factum directe affirmans concurrentibus aliis quoque legalibus Indiciis et circumstantiis principaliter requiritur, cum et alioquin eadem Sedis Dominalis sententia modo praevio contra me lata pro ulteriori circa eadem fienda dispositione altiori Magistratui deliberative etiam submissa a suprema Mattis Vrae Sacrae Autoritate Regia penderet.

Idcirco Matti Vrae Sacrae humillime de genu flexo supplico, dignetur Mattas Vra Sacra hisce veluti vigore etiam praevio modo contra me latae sententiae a suprema Vrae Sacrae Mattis Autoritate Regia dependentibus clementer consideratis, benignaque sua mente superinde clementer declarata, eidem sedi dominali et principaliter Dno Georgio Paluska Suae Eminentissimae Serenitatis Cardinalis Ducis de Saxonia Archi-Episcopi Strigoniensis Plenipotentiaro et Sedis ejusdem Praesidi super enodatione mei et intuita etiam diuturnae captivitatis meae, ac perpassi jam longe ultra Anni Spatium Carcerum squaloris ex eadem captivitate (nisi graviores contra me in celebrando denuo, uti subintellego alio Iudicio evenirent et indicia) dimissione clementissime demandare. Quam Mattis Vrae Sacrae gratiam humillimis perpetuoque fidelibus quibus potero servitiis meis promerere conabor.

Sacrae Caesareae Regiaeque Mattis.

Humillimus perpetuoque devinctus
vasallus

Hebraeus Lebl Captivus Érsek-Ujvariensis.

Bécs 1719 november 16. Az udvari kamara felszólítja Paluska Györgyöt, az érsekújvári uradalom úriszékének elnökét, hogy a bebörtönzött Lebl érsekújvári zsidó ügyét, jól-lehet már ítéletét hoztak róla, újból megvizsgálják, tárgyalják és a törvény és jog követelményeinek megfelelő ítéletet hozzanak.

Perillustris et Grose Dne Nobis observand.

Salutem etc. Hebraeus Lebl Ujvarini in carceribus existens, qualenam suae Matti ssmæ Domino Nro clemen^{mo} demisse introporrigi fecerit instantiam, ex acclusis ejusdem paribus uberius percipiet praelibata Dnatio Vra. Et siquidem ea, quae per contextum ejusdem memorialis exponentur, merito in considerationem, exactamque disquisitionem summenda venirent, causa enim sangvinis prohibitiones [probationes] omni exceptione majores praerequireret. Eapropter Perillri et Grosæ Domnae ex officio hisce insinuandam esse duximus, quatenus non attenta Sedis Dnalis sub 10. Men. Junii anni currentis Ujvarini celebrata deliberatione, adeoque ejusdem etiam executione in suspenso relicta, occasione alterius noviter instituendae ac celebrandae sedis Dnalis praesentibus etiam et de more adhibitis tum officialibus Comitatus, tum aliis quoque juris peritis viris, praefatum instantem super crimine, de quo incusatus esset, denuo ac sufficienter audire, exceptiones in contextu memorialis uberius denotatas exacte disquirere ac ex probationibus omni exceptione majoribus, adeoque ad criminaliter convincendum quempiam sufficientibus, eam quam rigor legum et justitia vindicativa exigit sententiam contra memoratum Hebraeum ferre ac pronunciare velint et noverrint Eaedem D. Vrae. Quam in reliquo etc. Datum Viennae Austriae die 16 Novembris 1719.

I. Végh

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1719. November Nrs. 84.

147.

1719 november havában. Budaváros magisztratusa, a zsidóktól való félelmében, kéri az udvari kamarát, hogy a kincstári telkeken lakó zsidókat a város jurisdictiója alá helyezze, hogy azután kiutasíthassák.

Hochlöbliche Kay's-Hofkammer.

Gnädig Hochgebiettende Herrn Herrn.

Dasz Euere Hochgräffliche Excellenz und gnaden öfters beunruhigen, die einzige ursach unsz gibt diejenige billige forecht, so unsere gemeinde wegen stabillirung einiger Jüdischen Familien alhir bekommet, alsz gar notorisch, dasz dises gottlose gesindt sich eyffrigst bearbeithe per sinistras informationes et alia plura attentata alhir einen Vermeintlichen fundum fiscalem zu behaubten, darin sich zu possessioniren und Volglich sowohl die Bürgerl. Handelschafft zu ruiniren, wo doch ihro Kay's. may. höchster interesse erfordern will den Bürger zu schützen, damit er ad onera publica capax sey; Wie auch Von einem fundo fiscali in ofen nichts wisse, maszen dasz ganze territorium jure postliminii nach abgelegten jure armorum der Statt und derselben jurisdiction überandtworthet worden; gleichwollen trachtet dieses landt Verderbliche Gesindt Ihre possessiones und manutiones ab excelsa Camera ad descendentes zu behaubten, wie solches die Hirschlisch, Bacharach und Nottische Familien praesumiren, meinend, weil sie stante administratione Camerali den Schutz gehabt, solchen für sich und ihre Descendenz zu behaubten, allein ist Euere hochlöbliche Kay's-Hof-Cammer gnädig erinerlich, dasz nach redimirten jure armorum die Statt in ihr alter echt Gesetzt worden, volglich wie ein pupil nach überkommener majorennitet nach Belieben und sonderlich zu seinen interessen sich seines rechts gebrauchen kan, also und nicht weniger die Statt ofen da sie jure postliminii restituirt worden alle unter ihren jurisdiction hat, welche vorhin quasi tutorio jure sub administratione gestanden, sonsten auch ein Burger, so vorhin wohlged: Cameral administration unterworfen, mit seiner Descen-

denz ab excelsa Camera dato Dependiren müessten, und da in privilegiis nostris claris terminis enthalten, dasz der Statt frey sey admittere, vel non admittere judaeos, lasse sich, wie die Juden erronee vermeinen, ex adductis rationibus nicht auszulegen, dasz unsz nur frey sey in futurum zu admittiren, müsten aber die gegenwärtige leyden. Esz hat sogar ein Hochlöbl: Kay's Hofkriegsrath auf unser gehorsamster bitten denen Juden mit ultima Julii dieses 1719. Jahres alle protection versagt und die vorige aufgehoben, solchem nach.

Gelaget an Euere Hochgräffliche Excellenz und gnaden unser unterthänig gehorsambstes bitten, dieselbe geruhen disen landtverderblichen gottlosen Judengesindt nicht allein kein fundum zu ertheilen, sondern villmehr selbe unserer Jurisdiction zu unterwerffen, und zwar pro manutentione privilegiorum nostrorum dergestalten, dasz selbe nach ausweisz unserer freyheiten abschaffen Können, für welche höchste gnad uns gehorsambst Empfehlende ersterben.

Euer Hochgräfflichen Excellenz
und Gnaden

unterthänig gehorsambste
N. Burgermaister, Richter
und Rath der Königlichen freyen
Hauptstatt Ofen.

Orsz. Levélt. Ad. Ben. Res. 1719 Novembris 20.

148.

Bécs 1719 november 20. Az udvari kamara kéri a magyar kamarát, hogy, miután Budaváros nem egyezik bele, hogy a város területén, valamely kincstári telken zsidók lakhasanak, beszélje ezt meg Zenegh kamerális felügyelővel és tegyen erről jelentést.

Spectabiles ac Magnifici, Generosique etc.

Recordabuntur praetitulatae Dominationes vestrae, quidnam Anno proxime praeterito, in negotio Iudaeorum

Budensium, voti et opinionis loco Camerae huicce Aulicae scripserint, in libera Regiaque Civitate Budensi certum vacuum, et inutilem fiscalem locum dari, qui memoratis Iudaeis, pro Domicilio ibidem figendo concedi posset. Cum autem praetitulata Civitas contra hanc Intentionem protestetur, negetque ibidem quempiam fiscalem locum dari, prouti ex annexa Instantia uberius apparebit.

Eapropter praetitulatae Dominationes vestrae Cameralem Inspectorem Georgium Christophorum Zenegh super negotio hocce denuo percipere, et Cameram hanc Aulicam informare non gravabuntur. In reliquo easdem diu salvas et incolumes ad vota sua vivere cupimus. Dabantur Viennae, die 20^{ma} Novembris A. 1719.

N. S. Sacrae Caesaræ Regiaque Mattis. Praeses, Vice Praeses caeterique Cam: Aulicae Consiliarii.

Kivül: Literae Ex: Camera Aulica, ratione certi fundi fiscalis pro habitaculo Iudaeorum Budensium ibidem figendo indigitati, ad hancece Cameram pro danda superinde uberiori informatione inviatæ, Cum acclusa Instantia Budens. Magistrus.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1719 Novembris 20.

149.

1719 november havában. Schlesinger Farkas, kit a kincstár szerződésileg avval bízott meg, hogy a Bánát számára szükséges vetőmagnak 3000 mázsza búzát szállítson, panaszkodik Váczy pécsi harmincados által a szállítás közben okozott kára és erőszakoskodása miatt.

Hochlöbl. Kays. Hoff-Cammer Gnädig Hochgebieltende Herrn, Herrn

Euer Hochgräffl: Excellenz und Gnaden Ist vorhin bereits gnädig bekant, wie dasz in Instehenden 1719^{ten} Jahr ein solcher Contract mit mir geschlossen worden, vermög dessen ich 3000 Mezen Waizen Nebst dem mir Hierzu gnädig ausgefertigten Cammeral-Pasz (welchen sambt einer von dem Kays: Transport: officier Hr. Ernst Ludwig Schuller mir ertheilten Attestati A. in copia in Meinem schon vorhin zu

zweymalen unterthänig eingereichten Supplicatis originaliter allegirt habe) in dem Temeswarer Bannat hätte einliefern sollen, Nachdeme nun zu gehör: folge sothaner Contracts; B. gedachtes quantum waizen ausz Fünfkirchen durch Mohaz zu behuf deren in gedachten Temesvárer Bannat sich befindenden Inwohnern zum sommerlichen anbau bringen wollen, hat der dreýsziger zu fünfkirchen Hr. v. Wazy In ermanglung dasz nicht bey Handen, sondern bey meinem Bestelten in Bayren (allwo Ebenfahls zu obigen Ende waizen einkauffen lassen wolle) geweszen Cameral: Pass: C., einen Theil sothaner Körner von denen weg abschieszen, dasz übrige aber gar nicht, bisz nicht mein daselbst gewester bestellte Salamon Güntzburger eine obligation, und respec. Caution pro 1000 fl. im Fahl ich entweder mehrbelauteten Camerall-Pass in originali produciren, oder erweisen werde, dasz sothaner waizen zu Kay's, diensten kommen thue, passiren lassen wollen, mit vermeldung, dasz widrigens der quaestionirte waizen völig in Comissum verfallen seyn solle; da aber bald darauff von meinem zu fünfkirchen gehabten bestelten Salamon Günszburger der ausz dem Röm. Reich angekommener Cameral-Pass gedachtem Herrn Dreýsziger zu fünff-kirchen originaliter producirt, und umb auszufollassung, sowohl desz oft mentionirten waizensquanti, alsz auch seiner pro 1000 fl interim eingelegte obligation gebeten worden, hat herr dreisziger, ob er schon den waizen hierauff gleich passiren lasse, solchen dennoch in einer halben Stund darnach durch den über Reuter contramandirt und auf öffentlicher Strasse wiederumb an zu halten befohlen, mithin ohne geringste respectirung gedachten Cameral-passes die pro 1000 fl. eingelegte obligation unter den Praetext, dasz sothaner Pass nicht auf dasz König-reich Hungarn, sondern auf d. Röm: Reich Lautete, auch nicht zu ruck gegeben mithin den oft quaestionirten waizen, weilen solcher damahls in einem höheren Preisz, alsz anizo geweszen, propria Autoritate unbefugter weisz verkauffet.

Damit aber bey solchem gewalt-Thätigen Procedere die Kay's: dienste befördert und der gedachte Contract adimplirt werden Könne, war oberwehnt mein bestelter Salamon

Günzsberger einen anderen waizen, und zwahr umb einen weith höheren preisz zu erkauffen und dem Temesvarer-Bannat ein zu liefern, necessitirt gewesen. Sintemalen aber vielbedeuter Hr. dreßziger mich nicht allein hierdurch in einem sehr groszen Schaden und unnöthigen Spesen unverantwortlich gesezet- sondern auch so wohl dasz gelt vor den verkaufften waizen, alsz die von mehrberührt mein bestelten pro 1000 fl eingelegte Caution annoch in Handen hat.

Alsز gelanget an Euer Hochgräfl. Excellenz und Gnaden mein Untethänig-Gehorsambst-billiches Bitten, dieselbe geruhen in gnädiger erwegung obangezoger der Sachen Klar am Tag liegenden Circumstantien viel erwenten Herrn Dreßziger zu fünff-Kirchen allen Ernstes nachdrucksam zu befehlen, dasz Selber 1^{mo} mir den ohn Ursach contrabandirt in 380 Mezen bestandenen, und wider rechtlich verkaufften waizen in eben den jenigen Preýsz, gleich wie solcher in dem contract jeder mezen mit 2 fl 45 xr veraccordieret worden, ohne desselben an jetzo in natura zu Ruck-Nehmung bahr bezahlen. 2^{do} auch oft angeregte Obligation pro 3000 fl. alszogleich wiederumb Extradieren. 3^{tio} aber alle mir hierdurch frivole causierte Schäden und unkosten (de quibus solemnissime protestor) der Billichkeit gemäsz ersezen, und refundieren solle; und gleich wie solches in der Gott liebenden aequität beruhet; also Thue auch mich nebst unterthäniger anheimbstellung dieses Höchst sträflich begangenen Excesses zu gnädiger Justizgewehrung unterthanig Empfehlen.

Euer Hochgräfl: Excellenz

Unterthänig Gehorsambster
Wolff Schlesziger.

Kivül: Inclytae Regiae Camerae Hungaricae eo fine officiose transmittendum, ut intus nominato Instanti in Conformitate Juris et Justitiae satisfactio impendatur.

Ex consilio Camerae Aulicae Viennae 27 Novembris 1719.

Georgius Száraz.

O. L. Ad Ben. Res. 1719 Novembris 27.

150.

1720 január havában. Simon Hirschl pozsonyi zsidó újból panaszkodik, néh. gróf Széchényi Pál hagyatékából neki járó követelésének ki nem fizetése miatt.

Excelsa Hungarico-Aulica Regia Cancellaria. Dni Dni, et Patroni graossimi.

Pro qualinam Suae Mattis Sacrae Caesaris Regiae Benigni Mandati Dilatorii Evocatorii, ac in quibusdam Clausulis Explicatorii ad Expositionem Illmi Dni Comititis Georgii Szecsény (Tit.) elargiti gratiosa in eo modificatione humillime institerim; gratiose recordari Eadem Excelsa Cancellaria dignabitur. Quod videlicet a tempore factae insinuationis, et admonitionis adeoque instituti Processus juxta Positivas Regni Leges, signanter Tit. 71 Par. 2^{dae} Praxim et Consuetudinem in similibus causis observari solitam procedens Iudex ipsum legale interesse, vel potius a Capitali meo obvenire debentem Usus fructum suo modo adjudicare possit, nam a tempore admonitionis et instituti processus Juridici talismodi retentor summae Capitalis pro malefidei possessore reputaretur, malefidei possessor vero ad redendos perceptos Usus et fructus obligaretur. Ac dein quatenus idem procedens Iudex admentem Tit. 74 et 75 partis primae ex Incatti ut pote praetitulati Dni. Comititis (ubi me triumphare contigeret) tum de Capitali unacum praedicto usufructu, quamvero expensis et bonis mihi omnimodam, et adaequatam reali, et effectiva executione mediante satisfactionem impendere et administrare valeat, ex quo sepsu praeallegatorum Titulorum (ubi Incattum et Evincendum in defensione Evictorum suorum succumbere contigerit) eorum non ex Evictorum, verum Evincendi Incatti Bonis Parti Actoreae triumphanti, Parti vero Evincendae Incattae ex Bonis Evictorum debita satisfactio impendenda veniret non obstante etiam Piorum Legatariorum, siquidem non daretur successio in piis etiam legatis, nisi deducto Jure alieno, innuente id ipsum Antiqua juris Regula 11. sonante: *Id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.* Et non secus ad exigentiam Arli. 31. Anni 1659

justos, necesarios et per praefatum Dnum Comitem indēbite, minusque necessario causatus et causandas expensas aequē adjudicare queat, cum qui esse causa causae is etiam esset causa causati. Ideo praetitulatae Excelsae Cancellariae humillime supplico, quatenus tam ex his, quam vero aliis in priori demisse porrecto Memoriali meo uberius contentis Rationibus et Motivis, ac Legibus intuitu status mei egeni (propter cujus causae prosecutionem in eundem redactus esset) taliter suo modo praedictum Benignum Mandatum modificare haud dedignaretur, ut idem Proccedens Iudex Dnus, ut pote Sigismundus Pásztorý Cottus Soproniensis Iudicium non obstantibus iisdem Clausulis allegatis et Probatis secundumque Positivas Regni Leges, Praxim, et Consuetudinem Iudiciam et Justitiam ferrat, ac Eandem reali et effectivae Executioni manciparet. Pro quo Gratia (in qua omnis salus mea pendet) praestolaturus maneo.

Excelsae Hungarico Aulicae Regia Cancellariae.

Humillimus, et indignissimus
subditus

Simon Hierschel Suae Excellentiae
Palatinalis Poseniensis subditus
Haebreus.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1720 Januarius Nrs. 82.

151.

Bécs 1720 január 18. A magy. udvari kancellária intőleg újból felszólítja gr. Széchenyi Györgyöt, mint néh. gr. Széchenyi Pál hagyatékának végrehajtóját, hogy a hagyatékából részesülőkkel együtt elégítse már ki a követeléséhez ragaszkodó Simon Hirschl zsidót és óvja meg így további sáradozásoktól és költségektől.

Illustrissime Dne Comes Nobis obsse.

Salutem et servitiorum nostrorum Commendationem. Apprimo meminerit praetitulata Dnao Vra, qualenam benignum Anno proxime praeterito 1719 in praescita Causa

Acquisitionali seu processu per Haebreum Simonem Hirschl contra supratitulatam Dnaoem V^m qua defuncti condam Archi. Eppi Pauli Szecseny Testamentarium Executorem, coram Judlium Inclyti Cottus Soproniensis moto et suscitato, respectu evocationis Legatariorum Archi-Eppalium obtinuerint Mandatum Dilatorio-Evocatorium. Ex quo autem praetitulata Dominatio V^a processum praevio modo institutum, penes antelatum benignum Mandatum Evocatorium contra praelibatos Legatarios hactenus necdum adursisset, mentionatus vero Iudaeus qua Pars Actorea praeinstituto processui suo firmiter inhaerendo, Ejusdem Continuationem proseguire sat ageret.

Hinc praetitulatam Dominationem V^{rm} ex officio requirendam et hortandam esse duximus, quatenus in praemissa causa, praelibatos Pauli condam Szecseny Archi-Eppi Legatarios, vigore praedicti Mandati Evocatorii in sublevationem et enodationem sui citari et certificari facere, repetitum Iudaeum ab ulteriori fatigiorum et expensarum profusione praeservare studeat nec intermittat Ead. Illma Dnao Vra. Quam in reliquo etc. Datum Viennae Austriae die 18 Januarii Anno 1720.

Mátyyás.

Ad servien. parat.

N. N. Cancellarius etc.

Do Comiti Georgio Szecseny.

O. L. Conc. Exp. 1720 Januarius Nrs. 82.

152.

1720 február havában. Köppes Jakab kéri a magyar udvari kamarát, hogy a bánáti közigazgatástól átvett és a Dunán Pozsonyba szállítandó mézet, melyet a budai harmincad-hivatal lefoglalt, kiadják.

Copia Memorialis Ejusdem Delinquentis Iudaei Köpess Excelsae Hungco Aulicae Camerae, pro extradando sibi contrabandato Melle exhibiti.

Inclytum Camerale Consistorium etc.

Ex percepta hodierna die statfeta admirabunde sub-

intelligere debui, quod officium Tricesimale Budense fors propter non factam in eodem officio per meos homines Insinuationem, certum Mel ab Inclyto Administratione Banatus Temesvariensis vigore certi initi contractus in rationem Debiti mihi extradatum, Contrabandi nomine in Loco Dunaköz duobus bonis Miliaribus a Buda distante in Navi existens, in Sequestrum sumpserint, et siquidem tempora frigidiora jam jam imminerent, verendumque foret, quod etiam Danubius congelari posset, neve conducti Homines tam diu temporisando ibidem magnas easque inanes Expensas mihi causarent, hinc praesenti humillime Memoriali meo praelibato Inclyto Camerali Consistorio demissime Supplico, dignetur praenuncupatum Mel erga Reversales meas praesentibus acclusas, usque ad exitum rei, et ulteriorem Dnorum Officialium Budensium Informationem mihi gratiose relaxari, et perpassari curare, et demandare.

Inclyti Cameralis Consistorii

humillimus servus

(L. S.)

Jacobus Köppes

Temesvár 1719.

Abraham Köppis allhiesiger Jud schicket nacher Preszburg-under 54 Vassln ainhundert und fünf Thonen Kayß. Zehent honig, womit Er von hieraus allerdings frey passirt wirdt. Temesvár Ersten Dezember desz Sibenzehenhundert Neunzehnden Jahres.

Anton Hontschl

Ober 30-iger.

O. L. Ad Ben. Res. 1720 Februarii 28.

153.

Bécs 1720 február 9. Az udvari kamara abból az alkalomból, hogy a budai harmincadnál Képis zsidónak a tőle elkobzott 363 mázsa mézet csak kézírásos jótállás ellenében visszaadták, felkéri a magyar udvari kamarát, hogy ezen

túl az elkobzott áruk csak készpénzovádek ellenében adhatók vissza.

Spectabiles, ac Magnifici, Generosique Domini, et Amici nobis honorandi, salute, servitiorumque nostrorum prae-missa promptitudine.

Innotuit Camerae huic Aulicae ex Insinuato Inclytae Universalis Bancalitatis, quod praetitulatae Dominationes vestrae trecentos sexaginta tres centenarios melis in Tricesima Budensi, a quodam Iudaeo Kepis nuncupato in contrabandum sumptos erga chyrographariam quampiam Cautionem, seu literas Reversales eidem Iudaeo (cujus Frater Szegedini pariter septuaginta urnarum melis contrabandum proxime incurrisse scribitur) restitui fecerint. Quia vero per ejusmodi chyrographariam obligationem aerario Regio de sufficienti securitate neutiquam provisum esset,

Eapropter praetitulatas Dominationes vestras praesenti officiose admonendas esse duximus, ut antelatum quidem Contrabandi Casum, more, in similibus observari solito, revideri facere, et pro rei exigentia, si idem Iudaeus contrabandum incurrisse inventus fuerit, eundem ad satisfaciendum compellere; Caeteroquin autem ni aliis similibus Casibus eum methodum observare, et per suos subalternos observari facere velint; Ut res, vel merces contrabando obnoxiae, non nisi erga realem, seu pecunariam exsolutionem secundum justam aestimationem rei contrabandatae Quaestoribus restituantur. In reliquo Easdem Spectabiles, ac Magnificas, Generosasque Dominationes vestras diu salvas et incolumes pro votis suis vivere et bene valere desideramus. Viennae 9^{na} Februarii 1720.

N. N. Sacrae, Caesaeae, Regiaeque Mattis.
Praeses, Vice-Praeses ac reliqui Camerae
Aulicae Consilarii.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1720 Februárii 9.

154.

*Buda 1720 február 19. Budaváros magisztrátusa felfolya-
modik a magy. kir. udv. kancelláriához báró Stom Buda
alparancsnokának azon határozata ellen, miszerint Bürgl
Sámuel, mert a katonasághoz tartozik, nem köteles a város-
hoz adózni. Bizonyítja két melléklettel, hogy Bürgl polgári
kereskedelmet is üz.*

Excelsa Cancellaria Hungarica Regio-Aulica.

Domini, Domini nobis Gratosissimi etc.

Intimavit nobis nuper dierum Illmus Dominus Baro
de Stom Vice Commendans Budensis, Qualiter Iudaeus Sa-
muel Bürgl in medium nostri nihil contribuere debeat, eo
quod militaris esset, si vero, ut ex genuinis paribus liquet,*)
quaestum exerceret in praejudicium Civium ferrum et ipsas
pombas et globos ferreos vendendo, aequumque esset, ut tales
in medium civitatis contribuant, idque in paribus apposita
resolutio caesareo-Regia etiam clare loqueretur; pro eo Ex-
celsae Cancellariae humillime supplicamus, quatenus medio
Gratosae interpositionis Suae apud Excelsum Concilium
Aulae Bellicum efficere dignaretur, ut revocatis supradictis
ordinibus judaeus Samuel Bürgl, quousque hic erit, propor-
tionate ad contribuendum in medium nostri adstringatur,
eique quaestura utpote Civibus praejudiciosa inhibeat.
Quam gratiam humillimis servitiis nostris demerituri ma-
nemus.

Ejusdem Excelsae Cancellariae Hungaricae Regio-
Aulicae

Budae die 19 Febr. 1720.

Humillimi servitores

N. N. Consul, Iudex, Caeterique
Senatores Liberae, Regiaeque
Metropolitanae Civitatis Budensis.

*) Copia (Titl) Ihro Wohl Edl gestreng der Königl: Haupt und
Handelsstatt ofen Bestelten H. H:r Bürgermeister beliebe 98 Pfundt
Eysen à 9 \$ 8 fl 49½ xer
Ofen den letzten Xber 1719.

S. Bürgl Jud.

*) Den 3. Jan. 1720 mit dankh bezahlt.

Das auf abschlag der uhr gewichter 490 fl : von dem Stattuhrmacher H. Gottlieb Albrecht zwölf gulden paar Empfangen habe, bescheine hiemit. Ofen d. 7. Januar 1720.

Samuel Bürgl Judt.

O. L. Ad Conc. Exp. 1720 Martius Nrs. 61.

155.

1720 február havában. Bürgl Joachim, budai zsidó, kéri a magyar udvari kancelláriát, hogy adósát, Gedeon György jogtanácsost tartozása fizetésére szorítsa.

Excelsa Cancellaria Regio Hungarica Aulica, Excellentissimi et Gratosi Dni Dni.

Submissee repraesentare summopere cogor, quatenus Dominus Syndicus Georgius Gedeon ad huc sub Decima Novembris Anni 1717 (ut pluribus ex concomitante obligationis copia gratiose colligere licet) quinquaginta quinque florenos triginta crucigeros, et ad huc octo florenos sine manuscripto, et ita conjunctim Sexaginta tres florenos triginta crucigeros mihi liquide debeat.

Quos jam dudum se solitum quidem appromisit, sed tamen hanc usque in horam non attenta sua facta promissione et per meas tam desuper multifarias et iteratas preces, quam serias admonitiones ne, vel minimum potui obtinere.

Sic submissa et humillima mea est petitio, Excellentia Vestra dignetur praememorato Dno Joanni Georgio Gedeon gratiose demandare; quatenus mihi realem solutionem antedictorum florenorum citissime praestet, cujus petitionis gratiosum assensum supplex expecto et cum reservatione quorumque utilium permaneo

Excellentiae Vestrae.

Humillimus
Joachin Bürgel
haebreis budensis.

Ich Ents unterfertigter bekenne hiemit, dasz ich umb von den alhiesigen Juden Joachim Bürgel Empfangenen

wahren richtig undt baar zu zahlen schuldig verblieben bin
Reinische gulden fünf undt fünfzig, sage 55 fl. 30 xer. so
ich von heuth dato mit den gewöndtlichen Interee am
10. November des zukünftigen 1718. Jahres völlig zu zah-
len mich hiemit obligire. Ofen d. 10. November 1717.

Id est Rh. fl. 55½.

Joann. Georg Gedeon
Gerichts Notarius alda.

O. L. Ad Conc. Exp. 1720 Februarius Nrs. 93.

156.

*Buda 1720 február 19. Budaváros magisztrátusa hivatkozás-
sal privilegiumaira azt kéri a magyar udvari kancelláriától,
hogy a kamara védelme alatt levő Natl, Bachrach és Hirschl
budai zsidókat is a város jurisdictiója alá helyezték.*

Excelsa Cancellaria Hungarica Regio-Aulica, Domini
Dominis Nobis Gratosissimi.

Dum non ita pridem inaudivissemus per Excelsam
Caesareo-Regiam Aulicam Cameram rescriptum fuisse Eidem
Excelsae Hungaricae Aulicae Cancellariae; Qualiter Dnus
de Zenneg nullos judaeos praeter tres familias Nattianam,
Bacherianam, et Hirschlianam protegat, atque ut contra
reliquos judaeos Excelsa Camera nobis assistere dignaretur,
in uno eatenus humillimas agimus Gratias, sed quod has
ipsas tres familias pati debeamus, easque Dnus de Zenneg
Cameralliter protegere velit, non capimus.

Esto enim dicatur, has familias jam in Annis 95 et 97
praeteriti Saeculi ad Cameralem Protectionem esse assump-
tas, attamen hoc ipsum nobis nostrisque Privilegiis praeju-
dicere nequit, quia pro tunc ipsa Civitas ab Excelsa Camera
dependisset, et sine Privilegiis extitisset, ita dissimulare de-
buit, quod alias noluisse. Ad haec licet in protectionem
sumptae fuissent, hoc Privilegium non constituit, quia alias
Expositio ista ab Excelsa Cancellaria de Stylo Regno Levare
et extrahi debuisset. Quod vero sicut haud factum esset, ita
haec Protectio, Privilegium dici vix posset, ut per conse-
quens Budensis Civitatis Privilegia, vi quorum solius Civi-

tatis est, judaeos admittere, vel non admittere, praevalere debeant. Et ponamus etiam quod ista Cameralis Protectio, vim et naturam Privilegii habeat, adhuc tamen nostra Civitas Privilegia contra judaeos stabunt, quia ob insertum Postliminii jus, quod plenissimum esse soleret, revocatum eo ipso censetur, quidquid contrariaret, maxime quia Budensis Civitas ad normam aliarum Liberarum Civitatum ex ipsis Benignissimorum Privilegiorum Verbis tractanda veniret, et haec nullos alios judaeos, quam quos ipsae vellint paterentur. Dein si etiam ad ipsas Protectionatas de Annis 95 et 97 deveniamus eas inspiciendo, vix erit, quod se ad foemineum Sexum, et in infinitum extendant. Si itaque de harum familiarum Sexu virili nullus exstat, et de his Solis alias ad sensum juris Privilegia judaeorum intelligerentur, quia Soli viri, latentibus mulieribus Lifferantiis Suis V: 9: Publico Servirent, et Sic cessante in foeminis privilegii ratione, in ipsis etiam ipsum privilegium cessaret, extensio vix admittenda esset, quia judaeorum privilegia utpote Civitatis juribus favorabilibus privilegiis praejudicantia strictae interpretationes, et consequenter restringenda venirent, quomodo aliqua Cameralis Protectio pro ipsis stat, vigore cujus ex incumbentia officii Dnus de Zennegg eorum causam ageret? Ad haec dignetur Excelsa Cancellaria adjacentem genuinam Clementissimae Caesareo Regiae determinationis copiam Sibi cordi summere. Et ecce! Legitur inibi privilegia pro judaeis antea emanata, Solum ad Lifferantes intelligi debere, ex quo antea allegatum fundamentum, quod nempe judaica privilegia ad Solum Masculinum Sexum Se extendat edocemus, quia ut dictum et notorium est, judaicae mulieres non negotientur. Legitur inibi ulterius: non obstantibus quibusvis mandatis et ordinibus in judaeorum favorem hactenus expeditis et nos inde legaliter inferimus, ergo contra judaeos praevaleant Privilegia Civitatis, quia judaica non obstant, ergo penes nos stat eos pati, vel non pati. Solvunt Inclytae Camerali Inspectioni Budensi tributum quamdiu eos Budae patimur, aut illi sint in Regno, nostra non refert. Insuper Legitur in hac Caesarea Regia resolutione, ut judaeos mox sine ulteriori dilatione jurisdictioni

Civitatenſi Excelsa Camera extradat, Si ergo extradidit, quo modo protegat, ubi protectio Civitatis jurisdictionem, vi cujus judaeos patitur, vel ejicit, Laedere videtur, et non ſit qui protegat, quia eſt noſtrae jurisdictioni extradatus? Si judaei telonium ſolvendo caetera aerario Regio, quid inferunt, quis ſcit, quotius ac etiam Circumveniant occulte invehendo. Et quid alias hoc ipſum erit, ſi propterea jura et Civitatis privilegia pati deberent? quod tandem tributum annuum concerneret, ad quem ſe tres familiae obligarunt, ſi qui ante Privilegia Civitatis convenerunt, pridem eſſent mortui poſt Privilegia vero in praejudicium Civitatis vix conveniri poſſet, quia alias omnes ita convenirent ut Privilegia Civitatis eludant, nobis non obſtabit, quid quid olim conventum fuerit, quia mors omnia ſuſtulit. Et ſi dicatur judaeos in medium noſtri Contribuere, parum nos inde vidi-
mus, quia judaei ſunt refractarii contribuereque recusant, imo hactenus per Dnum de Zennegg contra nos manutenti ſunt.

Quibus itaque Sic declaratis, Si Civitatis Privilegia obtinent, ſtant, et valent, judaei vero pro Se nihil Solidi offerre poſſent, prouti jam pridem omnia refutavimus, pro eo Excelsae Cancellariae qua Privilegiorum Regionum Speciali manutentrici humillime ſupplicamus, quatenus nos juraque noſtra ad uſum etiam aliarum Liberarum Civitatum apud Excelsam Cameram Aulicam contra omnes judaeos, et tres quoque iſtas familias gratioſe protegere et conservare dignaretur. Quam gratiam praestolaturi in humillimo reſpectu manemus

Ejuſdem Excelsae Cancellariae Hungaricae Regio Aulicae Humillimi Servitores

Budae die 19 februarii 720

N. N. Conſul, Iudex Caeterique
Senatores

Liberae Regiaeque Metropolitanae Civitatis Budenſis

O. L. Conc. Exp. 1720 Martius Nrs. 62.

M. Zs. Szemle 1907. évf. 294—5. 1.

157.

Bécs 1720 február 26. A m. kir. udvari kancellária felkéri Lőcse sz. kir. város tanácsát, hogy Gedeon György ottani polgárt Bürgl budai zsidónak tartozó összeg visszafizetésére szorítsa.

Prudentes ac Circumspecti Dni Nobis observand.

Salutem et officiorum nror. Commendationem. Joachimus Bürgel Haebreus Budensis, qualenam in facto certicujuspiam liquidi Debiti contra Joannem Georgium Gedeon istius Liberae et Regiae Civitatis Leucoviensis concivem formet praetensionem, ex annexis ejusdem demissi Memorialis et Reversalium genuinis paribus uberius percepturae sunt praetitulatae Dominationes Vestrae.

Hinc Easdem praesentibus ex officio requirendas et commonefaciendas esse duximus, quatenus memorato querulanti Iudaeo contra mentionatum Debitorem suum debitam et adaequatam satisfactionem impendere et administrare velint nec intermittant praetitulatae Dnaoes Vae Quas in reliquo etc.

Datum Viennae die 26 Febr 1720

J. Végh

Ad officia parat.

N. N. Cancellarius etc.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1720 Februarius Nrs. 93.

158.

Bécs 1720 február 27. A magyar udvari kancellária Budaváros folyamodványa folytán értesíti az udv. haditanácsot, hogyha a katonai protectio alatt álló Budán lakó Bürgel Sámuel a katonai gabona kezelésén kívül még polgári kereskedéssel is foglalkozik, akkor köteles a város polgárainak terhéhez hozzájárulni.

Sacrae Caesarum Regiaeque Mattis Excelso Aulae Bellico Consilio hisce peramice insinuandum. Magistratum Liberae ac Regiae Civitatis Budensis coram Regia hac Cancellaria

Aulica Hungarico recenter querulose exposuisse: Quod Dnus Baro de Stom fortaliti Budensis Vice Commendans, dicto Magistratui intimaverit, Iudaeum Samuelem Bürgl in medium praefatae Civitatis nihil contribuere debere, eo, quod militaris esset; Quo in passu, recordaretur, quidem praelibata hoc Regia Cancellaria, reintimationis sub dato 17. mensis Junii anni 1719 proxime praeteriti, ab Eodem Bellico Consilio acceptae, tenore cujus innuitur comissum jam haberi, ut protectio militaris ad Hebraeos curandae Rei annonariae destinatos, ultra finem ejusdem mensis Junii non extendatur, verum ea praefatus duntaxat Samuel Bürgl imposterum more consueto gaudeat; Ex quo tnd. idem Iudaeus extra curam memoratae Rei annonariae Budae quaestura exercere soleret; Hinc aequitati etiam consonum fore existimaretur, ut is vel ab omni quaestura extra rem annonariam Buda exercenda simpliciter desistat, aut si eandem continuare per consequens commodum exinde habere vellet, onus quoque abinde proveniens ferat, adeoque ab hujusmodi quaestura tam proventus Regios praestat, quam etiam ad civilia quaevis onera proportionate concurrat. In reliquo etc.

Ex Consilio Canc: R: Hgeo Aulicae
Viennae 27. Februar 1720.

O. L. Conc. Exp. 1720 Martius Nrs. 61.

159.

Bécs 1720 február 27. A magyar kir. udv. kancellária azt a véleményét terjeszti az udvari kamara elé, hogy ámbár a három budai zsidó: Nattl, Bachrach és Hirschl családjaikkal együtt a kamara protectiója alatt állanak, mégis, amennyiben polgári kereskedést űznek, arányosan a polgári terhekhez is kell hozzájárulniok.

Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis Excelsae Camerae Aulicae hisce peramice insinuand.

Liberam et Regiam Citem Budensem pro amovendis e medio ejusdem aut saltem Civili Iurisdictioni subjiciendis, etiam his tribus Natliana videlicet, Pacheriana et Hirschliana

Iudaeorum familiis hisce acclusam in paribus instantiam Regiae huic Cancellariae Hgeo. Aulicae transmisisse. Et siquidem indubium foret tenore benignorum Caes^o Regiorum Privilegiorum memoratae Civitati adhuc in Anno 1703 concessorum, universos et singulos Iudaeos ibidem degentes indiscriminatim Iurisdictioni civili subijci, benigna vero Resolutio de dato 28 Men. Aug. anni 1711 ab Augma olim Imperatrice Vidua Eleonora attunc Rectrice per expeditionem praelibatae Camerae Aulicae obtenta, ad quam se potissimum provocaret, annexa Buden. instantia, clare innueret: Mandata et ordines quosvis in favorem Iudaeorum illucusque expeditos, nonnisi de Iudaeis curandae Rei Annonariae destinatis sonare, non autem ad quaestores seu negotiatores proportionate ferendis publicis oneribus obnoxios et subjectos extendi: hinc non impugnari quidem, ut praefati Iudaei, si et in quantum curandae Rei Annonariae destinati essent Budae sub protectione Camerali ulterius etiam subsistant, praeallegatae nihilominus benigne Resolutioni, ac ipsi etiam aequitati consentaneum fore existimari, ut iidem Iudaei si et in quantum quaesturam etiam exercerent per consequens lucrum et emolumentum tali Beneficio Civili perciperent, ab hujusmodi quaestura tam proventus Regios praestare, quam etiam ad onera civilia proportionate concurrant. In reliquo etc.

Ürmény

Ex Consilio Canc. R. Hgeo Aulicae

Viennae. 27 Febr. 1720.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1720 Martius Nrs. 62. és Ben. Req. 1720 Aprilis 19.

160.

Bécs 1720 február havában. Schlesinger Wolf kéri az udv. kamarát, hogy a kamara védelme alatt levő zsidók nevében, még gr. Waldegg, udv. kamarai elnöksége idejében (Buda városával?) kötött egyezményt elintézzze és a m. királyi kamarának visszaküldje.

Hoch Löbl. Kays. Hoff Cammer.

Gnädig: Hochgebietskunde Herrn Herrn.

Ewer Hochgräffl. Excell: undt gden habe hiemit mehr mahlen in aller Unterthänigkeit beýzubringen nit umbgehen Khönen, welcher gestalten in nahmen der sambentlichen Schuz Juden von Ofen ein gewisser Vergleich, noch unter Ihr Excellenz Hr. grafen von Walsegg als gewester Hoff Camer Praesidenten gemacht, welcher auch an die Preszburger Camer undt Herrn. v. Zennegg ergangen, der bericht auch widerumben von Ofen nacher Presburg abgegeben worden, alwo die sache bisz in gegenwarth ins stockhen gerathen.

Als ist an Eurre hochgräffl. Excellenz undt gnaden mein unterthänig gehorsambtes anlangen undt bitten, dieselbe geruhete gegenwertiges Memorial einer löbl. Hung. Camer, auf dasz die sache dermahleinstens zu einen ausgang gelangen möchte, pro informatione zu zuschickhen, damit nit allein der Löbl. Hung. Cammer, sondern auch des herrn von Szenneg sein bericht, so dahin abgeschickt worden sambt und sonders einer Hochlöbl: Kay's: Hoff Cr eingesandet werden möchte. Zur gdigen resolution mich unterthänig gehorsambst Empfehle.

Euer Hochgräffl. Excell: und gnaden.

Unterthänig gehorsambster
Wolff Schleszingern.

Kivül: Inclytae Camerae Regiae Hungaricae pro informatione, voto item opinione transmittendum.

Ex consilio Camerae Aulicae Viennae 28. Febr. 1720.

Georgius Száraz.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1920 Februarii 28.

161.

Buda 1720 március havában. Özv. Frankenberg Mária Eleonora grófnő kéri az udvari kamarát, hogy kényszerítse Simon József budai zsidót, hogy visszaadja neki a nála elzálogosított ezüstkancsóját, vagy tartozása levonása után térítse meg neki annak ezüstértékét.

Hochlöbl. Kays. Hoff Cammer.

Gnädig: und groszgünstige Herrn.

Ausz beyligend anbring A. de dato 27. Maii 1719 ersehen Euer Gnaden, dasz ich mich wegen desz von Simon Joseph Juden in Offen mir vorenthaltenen Silbernen gieszpöckh, so 115 Loth wäget und umb 80 fl versötzt., billigst bey dem Löbl: Kays: Hoff Kriegs Rath beclaget, allein weillen diser Jud dem foro militari nicht unterworfen, wurde ich mit meiner notturft auf behörigen orth verwisen. Zumahlen aber gedachter Judt zwar erstlichen nach lauth Prothocoll. Extract B.) de dato 27. octobris 1717 dem Statt gericht Offen red und antworth gegeben, auch juridialiter versprochen, dasz selber innerhalb 2 Monath gedachtes Silber verschaffen in ipso vigore, valore, qualitate als selbes versetzte Silber seye; wann es er Jud nicht verschaffen kann, verwilligt er sich vor ein jedes Loth 3 fl zu zahlen; dahingegen nach verstrichenem Termin gedachter Jud berührtem Stattgericht offen keine parition mehr geleistet, wo doch in Rechten vorgehen, quod ubi lis incepta et contestata, ibi etiam finire debeat, forderest da gedachter prothocolls extract per modum sententiae definitivae lauthet; Umb aber allen weitscheiffigkeiten vorzubeigen und zu dem meinigen entweder in natura vel pretio zu gelangen, finde ich den ergsten weeg zu sein, bey Ewer gnaden mein refugium zu nehmen undt Langt an Ewer Hochgräffl: gnaden und groszgünstig hochgeehrteste Herrn mein in gebühr dienstl. Bitte, Selbe geruhen dasz gnädige intimatum an die Löbl: Hungarische Cammer dahin ergehen zu lassen crafft welchen gedachter Jud Simon Joseph (so sich von denen Natlischen Erben legitimiren will und eben die Natlische Erben von einer hochlöbl: Hoff Camer die protectionales vorschützen) mit abordnung und beruvung beliebiger Herrn Comissarien, zur comission erfordert, auch in so lang mit personal arrest beleget, bisz selber mein Silbernes Gieszböckh, so 115 Loth wöget, gegen bezahlung desz darauf haftenden Capitalis pr. 80 fl dann juridialiter erkennenden interee., in natura verschaffet. Sollte aber er Jud Simon Joseph gedachtes gieszbock in natura nicht ver-

schaffen können, seye selber nach inhalt gerichtl, auserbietten sub B. vor jedes Loth 3. fl zu erlegen und nach decortirten Capital und etwann auszzusprechenden interee., den überrest wie billig mir ausz zu zahlen schuldig; Mich protestdo. de expensis damnis protestdo. ac salvo jure quorunq̃ emphelend.

Ewer Hochgräffl. Gnaden und meiner groszgünstig Hochgeehrtesten Herrn

In gebühr dienstl:

Maria Eleonora Verwittibte gräfin
v. Frankhenberg, gebohrene gräfin
v. Vardenberg.

Kivül: Comitissae Mariae Eleonorae, nativae Trandenbergh (sic) relictæ Frankenbergh contra Iudæum Simon Josephi, alias Budensem Instantia respectu certæ Argenteine. (sic.)

Dno. Zennegh communicandum.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1720 Martii 6.

162.

Bécs 1720 március 12. Királyi parancs Nyitra megyéhez, hogy Morvaországból megszökött és Ürményben tartózkodó bűntársakat Tucsenek Miklóst és Ellis zsidót elfogassa, Tucsenek ellen törvény szerint járjon el, a zsidót pedig újabb intézkedésig fogva tartsa.

Carolus C. etc.

Rndi Hbles etc. Ex demissa Regiæ Cancellariæ nostræ Bohemico-Aulicæ repræsentatione informamur, qualiter his haud ita pridem præteritis temporibus, iterum duo, unus quidem Nicolaus Tucsenek nuncupatus, alter vero Hebraeus quidam Ellisch dictus, certorum Praedociniorum in Marchionatu Moraviae, signanter autem possessionibus Vessele et Lundenburg patratorum complices, ex antelato Marchionatu Nro. Moraviae in Regnum Nostrum Hungariae profugissent et de praesenti in possessione Ürmény Cottui huic adjacentæ subsisterent. Et siquidem malefactores quosvis comprehendendi et incaptivari, promeritaque et a jure statuta

poena feriri facere, cuivis legme instituto ac ordinato Magistratui incumberet.

Idcirco Vobis harum serie comittimus et mandamus, quatenus praenominatos complices mox et illico incaptivari facere, Majestatemque nostram medio Regiae Cancellariae Nrae Hungarico-Aulicae quantocyus superinde informare, in reliquo autem contra praefatum Nicolaum Tucsenek servatis de jure servandis juxta vigorem legum criminaliter procedere, memoratum vero Hebracum usque ad ulteriorem circa eundem subsequendam Ordinationem et Dispositionem Nostram captivum detinere debeatis et teneamini. Gratia in reliquo etc. Datum in Archi-Ducali Civitate Nra Vienna Austriae die 12. Men. Martii 1720.

Cottui Nitriensi.

Marczel.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1720 Martius Nrs. 13.

163.

Buda 1720 május 4. Buda magisztrátusa az általa lakásából kidobott Bürgl Joachim miatt közte és báró Stom, Buda alparancsnoka közt kitört ellenségeskedés folytán III. Károlyhoz fordul azon kérelemmel, hogy tiltsa meg a bárónak, hogy Bürgl zsidót védelmezze és a város privilegiuma ellen eljárjon.

Augustissime Romanorum Imperator, Germaniae, Hispaniarum, Hungariae, Bohemiae Rex, Archidux Austriae etc. etc. Domine, Domine nobis naturaliter Clementissime etc.

Quando denique apud nos conclusum esset, judaeos ad tenorem Privilegiorum hinc amandare, a judaeo Joachimo Bürgel incipiendo, ut hinc moveat, siquidem inquietus esset, et civicis mercatoribus ob mercantiam suam nocivus, intimavimus, noluit, sed apud cives habitationem non inveni-endo, cum illis convenit, qui domum civicam pie defuncti Dni Colonelli a Pösinger pro pupillis relictis administrant, conduxitque ibidem habitationem. Dum rescivimus, ingres-

sum prohibitori, res ejici fecimus. Ille vero ad Dominum Vice Commendantem Baronem de Stom etc. etc. accedendo facile invenit assistentiam, missique sunt, qui contra nos in domo civica judaeo adessent milites. Nos eapropter rem in deliberationem summendo, fundamentum hujus protectionis non adinvenimus. Licet enim domus sit haeredum defuncti militaris Dni officialis, per hoc tamen Domus non mutatur, sed manet quo ad jurisdictionem Civitatis; sicut ergo in reliquis civium et civiles domus judaeos nolumus admittere, ita et hic ingressum juste poteramus impedire, alias facile contra prima principia sequi posset, quasi vero domus vel D: Dnorum militum, vel D: Dnorum Cameraticorum, aut D: Dnorum nobilium Curiales essent, ut recipere possent, quos tota Communitas suis de causis nolle. Misimus eapropter ut rem bonis aggrediamur e medio nostri duos ad Dominum Vice Commendantem Baronem de Stom, remonstrando: jus Civitatis utique praevalere, nolle protegere judaeum, qui protectione non gauderet. Sciat etenim Excelsi Consillii Aulae Bellici benignam Deliberationem a fine mensis Junii 1719 praeter Samuelem Bürgel alium non gaudere militari protectione; at nil effecimus, id unum attulit, domum Haeredum Pösingerianorum esse sub alta Excelsi Consillii Aulici protectione, super obligatum esse pro haeredibus oeconomisare meliusque id per judaeum effici posset, quem recipi faceret.

Si vero hoc interesse privatum est, illudque concivis noster, qui idem hinc inde allegare valeret, seponere debet, quia publica communitatis utilitas, praeferenda veniret, deque Privilegiis ageretur, responsionem capere non possumus, esseque plane illegalem arbitraremur; quia taliter quicumque non civis jura nostra eluderent dictando se suamque domum vel sub nobilitari, vel Camerali, vel alia protectione esse, ut nihil ageremus, quid quid tandem pro juramentali obligamine intenderemus.

Et certe Augustissime Imperator et Rex etc. etc. Domine, Domine Clementissime. Si de privato Mercatorum Interesse, cui judaei nocent, nil vellemus cogitare, si illud seponeremus, judaeos maximos esse usurarios ad perditio-

nem miserae plebis, si non consideraremus, eas omnes instantias confundere pro sua utilitate, illud conscientiam urget, quod non improbabilius credamus, judaeorum multos Christianis mulieribus uxoratos ad deformem libidinem abuti. Eapropter eo magis in eos exurgimus, ne ibi deesse videamus, ubi maxime urget obligatio. Atque inde Sacrae Suae Matti de genu humillime supplicamus, quatenus medio Excelsi sui Consilii Aulae Bellici Domino Vice Comendanti benigne mandare dignaretur, ne contra mentem modo fati Excelsi Consilii de 17. Junii 1719 unum Iudaeum adeoque ne illum Joachinum Bürgel protegat, aut recipiat. Petimus quod justum legibusque Regni et Privilegiis conforme esset, adeoque Benignam precium humillimarum admissionem praestolaturi in homiiali fidelitate manemus.

Ejusdem Sacratissimae Majestatis Vestrae Domini, Domini nobis naturaliter Clementissimi etc. etc.

Budae 4. Maji 1720.

Humillimi perpetuique fideles
Vasalli et subditi
N. N. Consul, Iudex, Caeterique
Senatores, Liberae Regiaeque
Metropolitanae Civitatis Budensis

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1720 Majus Nrs. 99.

164.

Bécs 1720 május 5. Herceg Liechtenstein József Wentzel a lundenburgi uradalom birtokosa gróf Czobor Márkus, a sasvári uradalom birtokosának kérésére átengedi neki Götzel Jakab zsidó alattvalóját Rebekka feleségével, gyermekeivel és minden öröklött alattvalóságával együtt.

Wir Joseph Wentzel des Kays: Röm: Reichs Fürst von- und zu Liechtenstein von Nicolsburg in Schlesien zu Tropaupau und Jägerndorff Herzög, Graff zu Rittberg, Herr der Herschafftten Lundenburg und Rumburg der Röm. Kays. auch Königl. Kathol. May: würkl: Cammerer, dan dero Löbl

General Graff Vehlischen Dragoner Regiments obrister Lieutenant etc. Thuen auf beschehenes ansuchen unseres hochgeehrten Herrn Vetteres, des hoch- und Wohl gebohrenen grafen Marci von Zobor, der Röm: Kays: May: würkl: Cammerer dan dero Löbl: Hottoischen Curassier Regiments bestellten obristen und Commendanten etc. etc. Unseren zur Herrschaft Lundenburg unterthänigen Juden Jacob götzel sambt seiner Frauen Riffka und allen seinen Kindern derjenigen Erb-unterthänigkeit, womit dieselbe uns zeithero zugethan gewesen sambt aller itz- und zukünfftig daran zustehenden Erb-gerechtigkeit wohlgedachtem letzterem Herrn Vetteren überlassen, also und dergestalt, dasz an Besagten Juden Götzel, seinen weib und Kinder der Unterthänigkeit halber Wir oder unsere Erben und Nachkommen nichts mehr zu fordern haben wollen noch sollen, zu dessen urkund haben wir diesen Losz-Brief eigenhändig unterschrieben und unser fürstl. Insigel Beydrucken lassen; So geschehen Wienn den 5 May 1720.

L. S.

Joseph Wentzel Fürst zu Lichtenstein
s. k.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1720 October Nrs. 58.

165.

Bécs 1720 május 16. Buda város kérésére a magyar udvari kancellária felkéri az udvari haditanácsot, hogy a budai magisztrátus által kiutasított Bürgl Joachimot a város privilegiuma ellenére többé katonai oltalomban ne részesíttesse Buda város alparancsnoka által.

Sacrae Caesaræ Regiæque Majestatis Excelso Consilio Aulae Bellico officiose insinuandum. Liberam Regiamque Civitatem Budensem demisse repræsentasse: Qualiter posteaquam eadem virtute Privilegiorum suorum a Divo quondam gloriosissime reminiscentiæ Imperatore et Rege Hungariæ Leopoldo Primo sibi benigne concessorum, Iudæos e gremio sui amandare cupiens, hujusdi inten-

tionem suam Iudaeo Ioachimo Bürgel civicis mercatoribus plurimum novico, [nocivo] et alias homini inquieto, praepriis significando, eundem e gremio sui ex esse jussisset, ille hujusmodi Mandatis parere recusans et apud cives hospitium suique mansionem amplius non inveniens, ad tutores haeredum et pupillorum D. Colonelli olim a Pezinger recurrit, ab iisdemque hospitium in domo praefatorum pupillorum conduxit; Quod cum antelata civitas rescivisset, res et merces ejusdem Hebraei tanquam e Domo civicae Iurisdictioni subjecta ejicere fecit, ille vero ad Dñum Vice Commendantem loci Baronem de Stom confugit, ab eodemque militarem assistentiam petiit et obtinuit. Super qua militari assistentia tollenda, dum praelibata civitas, praedictum D. Vice Commendantem requisivisset, ac ne hebraeum protectione alioquin nulla ibidem gaudentem ulterius protegere vellet, rogasset, domum Pupillorum Pezingenatorum sub Excelsa Consilii Aulae Bellici protectione esset, seque pro pupillis oeconomisare obligatur, meliusque id per Iudaeum effici posse, reposuit, militarem assistentiam continuavit.

Cum autem privatum Pupillorum interesse, non magis, quam Civium communia onera et publicas Belli necessitates supportantium considerandum veniat, neque publicae utilitati ullo pacto praereferri possit, domus porro civica per possessionem Bellici, aut Cameralis, vel cujuscunque status, aut praeeminentiae hominis, eam sortiri nequiret praerogativam, ut Privilegio toti Communitati concessio quidpiam derogare valeret; Accederet praeterea, quod non solum iteratis Diplomatum et Sanctionibus Caesareo Regiis, universos regni status et ordines in suis antiquis Iuribus, Libertatibus et Privilegiis conservandos esse sancitum haberetur, sed et Articulus 77 novissime Dietae Posoniensis A. 1715 quorumcunque Dñorum, Praelatorum, Magnatum et Nobilium ac etiam Camerarium et Bellicorum officialium domos civilibus oneribus supportandis, adeoque Iurisdictioni civili subiceret.

Quapropter benefatum Consilium Aulae Bellicum hisce officiose requiri, quatenus eos apud toties fatum D. Vice

Commendantem Budensem serio haud gravatim velit instituire ordines, quo saepedicta civitas Budensis secundum contenta Privilegiorum suorum, non solum praenuncupatum Ioachimum Bürgel, sed et reliquos hebraeos summos alioquin cum extrema miserae plebis ruina usurarios, et mercatoribus Christianis communia onera sufferentibus plurimum nocivos, absque praestanda in contrarium quam militari assistia amovere et amandare valeat, manetque in reliquo Ejusdem Excelso Consilio Aulae Bellico Cancellaria haec Regia Aulica H. etc.

Ex Con: Cae: Re: Hu: Au:
Viennae die 16 Maji 1720.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1720 Majus Nrs. 99.

166.

Bécs 1720 június havában. Schlesinger Farkas jelenti az udvari kamarának, hogy a pécsi harmincados erőszakoskodása ellen beadott panaszára a kamara által kiadott rendelet ellenére sem kapott még eddig elégtételt. Újabb nyomatékos intézkedést kér panaszának tárgyában,

Hoch Löbl: Kay: Hoff Camer.

Gnädig und Hochgebittende Herren Herren!

Dasz Ewer Hochgr. Excellenz und Gnaden mein vor ohngefahr acht Monathe contra den Kay: 30 iger H. Ujváry zu 5 Kürchen in puncto eines meinem bestelten Salamon güntzburger wider rechtlich, undt gewahlthätig weiß abgenohmen in 300 Metzen bestandenen Waitzen, wie auch Zuruckhaltung einer Ihme Hr. 30-iger loco Cautionis pr. 1000 fl behändigte obligation, nebst schuldiger bonificirung aller mir hierdurch erwieszlich verursachte Schäden, undt Uncosten unterthönig eingereicht u. sub Litt. A.) in Copia beyligende Supplic unter 27. 9ber abgerückthen 1719 Jahres a tergo an Eine Löbl: Königl Hungarische Cammer zwahr dergestalten gnädig zu Decretiren geruhet, dasz in Confor-

mität Rechts, undt gerechtigkeit alle Satisfaction mir gegeben, und angewendet werden solle, davor bestatte ich Unterth: gehorsambsten dankh.

Ewer Hochgrfl. Excellenz: undt Gnaden musz ich aber hier mit ferneres dehmüthigst klagen, wie dasz ohnerachtet meines bey wohlbesagter Löbl. Ungar: Cammer vielfeltig biszher beschehenes Sollicitirerens in Sache biszhero noch nicht verfahren worden, wenig, dero gerechtigten Intention nach, zu einem oder anderen (gleich wie es in der gottliebenden aequitet beruhet) gelangen können, sondern gezwungen bin, Ewer Excell. undt Gnaden zu imploriren, dieselbe geruheten intuitu meiner ab A. sambt denen darinen enthaltenen undt bereiths Comunicirten allegatis so klarer und gerechtsamber Sache, an wohlgedachte Löbl. Königl: Hung: Camer dasz weithere nochmahlen gnädig, undt nachdrückhsamb zu verordnen, womit eine in haerendo prioribus, entweder alle gezimende Satisfaction geleistet, oder aber Ewer Excell: und gnaden zur Sache weiters gnädige vorkehr, undt Justicz administrirung der bericht hierüber nunmehr ohne längeren anstand, undt ehe, und befohr ich über dasz vorhin von meinem Hr gotheil (?) illicite beschehene procedere Damnificiret werden möchte, erstattet werden solle.

... mich dann de damnis, sumptibus, ac Interesse denuo protestando zu gnädiger gewöhrung in Tiefester unterthönigkeit gehorsambst empfehle

Euer Hochgräfl.

Unterthönig gehorsambster
Wolff Schlöszinger

Kivül: Instantia Iudaei Wolfgangi Schlesinger contra Tricesimam quinque Ecclesiensem propter illegitimum Contrabandum et exinde subsecuta Damna pro informatione.

O. L. Ad Conc. Exp. 1720 Junius Nrs. 12.

167.

1720 június. Izsák Mihály, rohonczi zsidó, Spitzer Ábrahám privil. udvari zsidónak megbízottja, az udv. kamarához fordul azon kéréssel, hogy Ujváry Józsefet, pécsi harmincadost a neki tartozó 200 frt, a tőle jogtalanul szedett vámpénz és a ki nem adott vámcédulák visszadadására szorítsa.

Hochlobl; Kay. Hoff Camer.

Gnädig und Hochgebiettende Herren Herren.

Eter Excell: und Gnaden geruchen ausz beyliegend-vidimirten obligation des mehreren sub A.) gnädig zu ersehen, welcher gestalten der Kay. dreissiger zu Fünffkürchen mir die Jenigen 100 fl, welche Er Von meinen Principalen Hrn. Abraham Spitzer noch den 7. May 1717 paar und richtig empfangen, schon den 7. ten Junij in Fünffkürchen hätte bezahlen sollen. Sintemahlen aber von gedachten herrn Debitore sothane geld-Sumam deren 100 fl nach bereits verflossenen drey Jahren, ohneracht meines zum öfftern euffrigst gethanenen anmahmens- und Sollicitirens nicht allein Keiner dingen zu erhalten vermag, sondern auch derselbe mir noch über dies 100 fl wegen empfangenen orientalischen borten 50 fl. Ingleichen wegen einer seudenen gürtl 20 fl. nichtwenig auf dasz für seine Ehe-Consortin von mir erkauffte Cassete annoch 8 fl und vor andere unterschiedliche zu seiner Hausz Notdurfft Ihme Käuflich gegebene Waaren 22 fl zu bezahlen erweislich restirt; Über dises alles auch, da er gedachtermassen weder ein- und anderer Solutions-Contentirung in der giete folgen wil, diser gute Hr. dreissiger mich in meinen handl und Wandl wegen deren in Königreich Hungarn erkaufft- und alda widum verkauffenden Waaren (von welchen wan solche nicht ausz Hungarn verführet werden) dem drey-szigst Ambt nichts abzuführen ist, so hart haltet, dasz Er von mir, und meinen Consorten Adam Heindl auch Graff Badianischen ünterthan zu Rechnitz zum öffteren 20 bisz 30 fl. widrechtlich abgefordert, auch sothane waaren ohne Vorherig abführung erst besagten geldts nicht passiren las-

sen; Von- und wegen denen mauthbahren Wahren aber, nach würkl: bezahlten dreyssigst mir und meinen Consorten die gewöhnliche Königszettel gar nicht gegeben, Umb, aber so wohl dasz Meinige Ihme Hr. dreissiger obspecificirter massen an allerlÿ waaren creditirte gutt dermahlen einst haabhaft zu werden; AlsZ Gelangt an Euer Excell: und gnaden mein unterthänigst gehorsambstes billiches bitten; dieselbe geruhen in gnädiger Erwägung sowohl meiner sub A.) liquiden forderung, deren 100 fl (welche ohne disz paratissimam executionem nach sich zieht) alsz auch deren obspecificirter massen parti adversa erweislich creditirt- zu dato aber annoch unbezahlten waare gedachten Hr. dreyssiger nachtrucksamb, und ernstlich aufzulegen, womit derselbe mir nunmehr ohne längern anstandt die in beyden Posten bestehendt- und de omni jure ac aequitate zubezahlen restirende 200 fl una cum interesse, auch verursachten Schädten und unkosten (de quibus solennissime protestor) abführen müsse, anbey aber mich ratione obbemellet, von mir wegen deren so wohl unmauthbaren waaren abforderenden 30-igst, alsz auch deren Königs-Zettlen-ausfolgung fernerhin nicht aggraviren solle. Zu welch-gnädig gewehrung mich unterthänig gehorsambst empfehle

Euer hochgräffliche Excell: und Gnaden

Unterthänig gehorsambster

Isaac Michael Jud, Graff Badianischer
unterthan zu Rechnitz und des Kay's.
Hoff Judens Abraham Spitzers Bestelter.

Ich Endts-Unterschribener bekhenne hiemit, und verobligire mich vonheint zu Endgesztten dato Inner halb ein Monath die jenige Hundert gulden Rh: welche ich an eben heutigten dato von Herrn Abraham Spitz Kay's: privilegirten Hoff Juden zu meiner eigenen Handten richtig und paar empfangen habe, widerumb in fünff Kirchen an dessen bestelten Isaac Michael Juden von Rechnitz in guter gang-

bahrer müntz zu bezahlen. Urkuntt dessen meine Fertt-
gung, so beschehen den 7ten May 1717.

fl 100

Sacrae Caesareae Regiaeque Mattis.
Trigesim. quinque: Eccl: attest.

Josephus Ujvary.

Collationirt undt ist obstehende Copia seinem mir produ-
cirten originali von Wortt zu Wortt ganz gleichlautendt
welches hiemit attestire. So beschehen Wienn den 6. Juny
1720

(L. S.) Ernst Friedrich Adler m. p.
geschworener Kay's: Notarius publicus
in fidem.

*Kivül: Iudaeorum Isaac Michal, et Abrahami Spiczter Aulici Iudaei
contra Tricesimatorem quinque Ecclesiensem ex ratione certi debiti
apud eundem Tricesimatorem habiti pro informatione humillima
instantia.*

O. L. Ben. Res. 1720 Junii 19.

168.

*Bécs 1720 június 19. A magyar udv. kancellária kéri Buda-
város magisztrátusát, hogy József Áron bécsi zsidó váltókö-
veteléseinek biztosítására vegye továbbí intőzkedésig zárlat
alá a jurisdictiója alá tartozó Hollitscher Löbl és Hirschl
Farkas ingóságait.*

Prudentes et Circumspecti Dni. nobis obsdi.

Ex hisce originaliter annexis uberius perspicient, quale-
nam Hebraeus Aaron, in puncto sequestrationis certarum
literarum Cambialium aliarumque rerum mobilium alias ad
Simonem Löbl Hollitscher et Wolffgangum Hirschl Abels
spectantium, subque jurisdictione Dominationum Vestrarum
reperibilium, Sae Majestati Sacratissimae demisse intropor-
rexerit instantiam. Quam eo fine: ut in eadem denotatas
literas cambiales aliasque res mobiles dictorum Hebraeorum
Budae reperibiles indilate in sequestrum sumant, easdemque

usque ulterioorem eo in passu subsequendam dispositionem fidelicet(?) [fideliter] conservare faciant praelibatae Dominationes Vrae, iisdem hisce communicandum esse duximus. In eo etiam hortantes Dnes Vras, ut hujusmodi instantiam, cum ejusdem allegatis, ac fideli super eo quidnam ex rebus praefatorum Hebraeorum Budae adhuc repertum sit, adeoque modo praevio in sequestrum sumi potuerit Regiae huic Cancellariae H. Aulicae suppeditanda informatione nobis proxime transmittant. Manentes. Viennae 19 Junii 1720.

Earundem Dnum Vrarum.

Ad officia paratissimi

N. N. Cancellarius Caeterique

Canc. Reg. Hung. Auliae Consilarii

Magistratui Cittis Budensis.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. Junius Nrs. 99. és Ben. Res. 1720 Julii 19.

169.

Rohonc 1720 június. A rohonci zsidó község földesúrnőjénél, özv. Battyiany-Strallmann Eleonora grófnőnél panaszkodik, hogy zsinagógájuk ablakait beverik, temetőjük falait megrongálják és marhát legeltetnek benne, továbbá hogy zsidókat, kik tűzvésznél segíteni akartak, visszavertek és nem akarják megengedni, hogy régi szokás szerint aprómarhát házaiknál levágják és kiárussítsák. A grófnő intézkedik.

Ihro Hochgräfl. Excellenz.

Hoch und Wohlgeborene Gräfin.

Gnädig und Hochgebietende Frau, Frau.

Dasz wier Euer Hochgräfl. Excellenz in aller Unterthänigkeit supplicando gehors. einkommen müssen, treibt uns die größte Noth und bitten dahero, solches gnädigst zu vernehmen. Was gestalten wir mit groszen Expensen und hochgnädiger Erlaubnis eine Synagog auferbaut, solche nun vermeynten wir in ruhigen Posess zu erhalten, wird aber nicht nur allein uns dieselb aufs äusserste mit Steinwürfen an Fenstern dermaszen ruinirt, dasz fast keine ganze Glasz-

scheibe mehr gesehen wird, und was nicht bey dem Tag, viel mehr durch schlimme Leut nächtlicher weis geschieht, ohngeach diesen auch unsern Freudhof mit Ruinirung der Mauern und so gar wann wir versperren, wieder aufmachen und mit S: H: Vieh die todtengräber zertreten, und aus halten, und zu Schand und Spott verunehren. Andertens ist zwar (Gott behüte ferner) in verwichener Feuers-brunst geschehen; dasz: da die Juden wollten retten, ihrer Etlichen die Köpff eingeschlagen, auch unterschiedliche mit Hacken gehackt worden, solcher Gestalten, Gott behüte, wird sich keiner Mehr in solchen Fällen sehen lassen, vielweniger seyn, hoch wird Christenhausz zu retten sich trauen. — Drittens ist denen armen Juden von seel. beeden H. H. Graffen Christoph und Adamo gnäd. erlaubt, dasz kleine Vieh zu schlachten und auszuhacken und zwar in 5 oder 6 Häusern nichmalen verboten gewesen, Nun aber haben hiesige Fleischhacker mit ihren Articuln, welche bis 8. Jahr vorhalten, uns einen Verbot erst jezo Gethan, welches unmöglich, alles solches absehend, weil ihnen am Bank: Zins nichts nachgelaszen; — Leztens wird in Zweifel getragen, als ob mehr paar Convolck unter uns hier wären, als eingegeben wird, welches sich aber auf keine weis finden kan, sondern bitten bestens, dasz in Verflieszung eines virtl Jahrs allezeit ein Jeder, er sey, wer er wolle, sein Gebühr selbst abführen solle, so werden Euer Excell: erfahren, dasz wir niemahlen auf keine Untreu gesonnen oder gedacht waren. Solchemnach bitten wir Euere Hochgräfl. Excell: unterthänigst, um Gottes willen in allen obbemelten Punkten uns gnä: Satisfaction wiederfahren zu laszen, und es gnädigst befehlen, damit wir in guten Ruh und Frieden ferner subsistiren möchten, auch bey dem bishero lang Gebrauch verbleiben könnten. Gott wird Euere Hochgräfl. Excellenz solches in andern widerum reichlich belohnen, wie wir dann nebst Gnädiger Erhörung uns unterth: Empfehl: Euer Excell. aber in die Providenz des Allerhöchsten in verbl:

Euer Hochgräfl. Excellenz

allerunterth. arme gesamte Juden Gemein
in Rechnicz.

A folyamodvány hátlapján:

Ihro Exll. N^o 13.

Hochgeborene Gräfin.

Gnädig hochgebietende Frau, Frau.

Dasz schlechte Leuth, denen Juden in Ihrer Synagog mit fenster einwerfen auch bei Ihren freudhof schaden thun, ist gewisz, wer der, welchr aber weisz Ich nicht, solten sie wem atrapiren, wird er abgestrafft werden. 2^{do} Ist der Thäter, so in der feuersbrunst die Juden blutig geschlagen 3 tag in Eisen gewesen, und auf gute bürgschaft endlich erlassen, bey der gn: anbefohlenen Revision und Inquisition, wird auch dises vernommen werden. 3^{tio} Dasz Sie Juden das kleine Vieh alsz Lämmer Schaf und dergleichen nur einen ort hier im Markt ausz haken sollen, vermag Euer Excell: eigenen Befehl und Gewalts brieff noch von A^o 1709, davon die Copia hier beyligt: 4.^{to} wollen die Juden, dasz ein jedes Par von Ihnen quartalweisz Selbst Ihr gebühr bey dem Rentambt bezahlen soll, allein die Conscription musz es auch zeigen, wie viel par Juden vorhanden, und ist nit möglich, dasz auf ein jedes quartal alle Juden sich hier befinden sollten. Zu hoher gnaden mich unterthänigst empfehlend alsz Euer Exellenz

unterth: gehorsambster Knecht
Somogyi m. p.

A grófnő döntése a hátlap másik felén:

Dr. Somogyi pro informatione.

1720 d. 9. Junii.

Gleichwie denen Juden keine impertinentz gestattet wird, also solle auch dergl: insolentio wider dieselben, so oft einer überwiesen wird mit 4 gulden bestrafft werden. Ad 2^{dum} Die Revision darüber gehalten worden. Ad 3^{ium} der biszherige usus confirmirt, oder auf so wenige örter das metzger [Gewerbe] extendirt werde. als es die noth und bölllichkeit erfordert. Ad 4. Alle halbe jahr die Juden beschrieben, die gaaben eingetrieben und die nicht eingeschrieben, in Arest geführt, in Eysen und pand geschlagen,

der Juden Richter aber für ein jeden dergl: p. 32 fl. bestraft werden.

Rechnitz, ist oben.

Eleonora Vw. Gräfin von Batthyan
geborene Gräfin von Strattmann.

Juden Gemeinde. L. S.

Orsz. Magy. Zsidó Múzeum 782. sz. a.

170.

Bécs 1720 július havában. József Áron, bécsi zsidó kéri az udvari kamarát, miután váltókövetelése biztosítására a budai magisztrátus már zárlat alá vette adósa ingóságait és a váltó kibocsátói: Simon József és Izák Hirschl, budai zsidók, most Belgrádból mézszállítmányt várnak, szólítsa fel Zenneg budai kamarafelügyelőt, hogy a méz lefoglalására kellő asszisztenciát adjon.

Hochlöbl. Kay's Hoff-Camer.

Gnädig Hochgebiettende Herren Herren.

Euer Hochgräfl-Excell: und gnaden geruehen ausz der anlegenden Copia A. Von 19. des hingelegten monaths Junij gnädig zu ersehen, wasz massen eine Hoch Löbl-Königl: Hung: geheimbe Hoff-Canzley mir auff mein gezimendes anlangen einen befehl an den Statt Rath zu Ofen in so weith ertheilet, dasz derselbe 2 an den Juden Simon Löwel Hollitscher, und Wolff Hirschl Abels lautende Wechsel-Brieff nebst anderen mobilien und effecten im Verbott nicht allein nehmen-sondern auch würklich sequestriren solle; So Viel nun die Beide Wechsel-Brieff concernirt, so seind solche schon aktualiter Zu Handen des besagten Statt-Magistrats erlegt worden; wie Zumahlen nun obbesagte beede Juden Hollitscher, und Abels meine debitores seind, ich econtra Von ihnen die Bezahlung keines weegs ohne dise Sequestration überkommen könne, so dann die ausgeber deren selben, alsz nemblich Joseph Simon, und Isaac Hirschl auch beede Juden einiger massen wegen ihrer Ne-

gotien die Cameral-Jurisdiction agnosciren, folglich unter Dero Cameral-Inspectorn Hr. Von Zeneck zu Offen in Civilibus dependiren, mithin sofern dem besagten Herrn Inspectori per Decretum Camerale gnädig anbefohlen werden möchte, dasz er mir die assistenz Bey Verfall-Zeit der Wechsel-Briefffen wider erwehnten Simon Joseph, und Isaac Hirschl nicht allein ertheillen-sondern auch in Jenem fahl, dasz ihnen dem Vernehmen nach von Belgrad einiges Hönig Zukomen solle, selbes ohne weitheren anstandt anhalten möge, ich Zu meiner Bezahlung etwa komen könnte.

Gelangt derothalben an Euer Hochgräfl. Excellenz und Gnaden mein unterthänig-gehorsambes Bitten, Dieselbe geruehen an mehr erholten Herrn Inspectorem zu Ofen wegen behöriger Assistenz dasz nöthige durch gnädigen Befehl zu Verfüegen: Zu welch-gnädiger gewehrung mich in unterthänigkeit empfehle.

Euer Hochgräfl. Excellenz und Gnaden.

Unterthänig-Gehorsambster
Joseph Aaron Jud. alhier
in Wien.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1720 Julii 19.

171.

Bécs 1720 július 8. Schlesinger Farkas priv. udvari zsidó felségfolyamodványban panaszkodik a budai tanács ellen, ki a királytól kapott privilegiumában kifejezett engedélye ellenére nem akarja megengedni, hogy unokaöccse Schlesinger Sámuel Budán lakhassék.

Augustissime Romanorum Imperator, Hispaniae Hungariae. Bohemiaeque Rex etc. etc.

Domine Domine naturaliter Clementissime.

Eidem Majestati Vestrae jam antea Clementissime non ignotum est, quandoquidem Eadem et Fratri meo Israeli Schlesinger ex benignissima Contemplatione meorum multis annis tum magnis pecuniarum anticipationibus; cum etiam

ad subveniendum Sacratissimae Ejusdem Majestatis Vestrae durante nupero Turcico Bello in Hungaria habitis Exercitiis et Praesidiis ibidem existentibus necessaria annona aliisque requisitis militaribus devotissime praestitorum Servitiorum ex Inclyta Majestatis Vestrae Cancellaria Hungarico-Aulica tale Privilegium suprema Caesarea Regiaque gratia concesserit, vigore cujus non modo ego et praefatus frater meus, verum etiam omnes nostri Consanguinei in omnibus locis memorati Regni Hungariae omnino in(per)turbate et sine omni impedimento degere: et nostrum Commercium ad instar aliorum pro exigentia intertentionis nostrae exercere valeamus.

De facto autem Sacratissimae Majestatis Vestrae submissimo poplite quaerelabundi deferre cogimur, quatenus Magistratus Budensis, posteaquam ego secundum litteram praeattacti nobis benignissime concessi Privilegii antedicti fratris mei filium Samuelem Schlesinger cum aliquo domicilio tam ad promovendum Majestatis Vestrae servitium, quam etiam ad observanda propria mea negotia stabilem fecissem; Illum ipsum fratris mei filium sub nonnullis prae-textibus (velut ex acclusis sub A. copialiter et desuper data decretatione uberius patet) neutiquam tolerare, imo sub expressa aliqua pecuniali poena inhibere satagunt, ne a quopiam conceive ad habitandum ibidem assumeretur. Quandoquidem vero Augustissime et Clementissime Imperator hoc attentatum contra ejusdem benignissimam intentionem, et dicti Privilegii clarissima verba immediate sonat, consequenter humillima spe freti vivimus, fore ut secundum Privilegii nostri tenorem clementissime protegamur.

Idcirco ad Eandem Sacratissimam Caesaream Regiamque Majestatem Vestram demissima nostra devolvitur petitio, quatenus clementissime dignetur ex plenitudine Potestatis praementionato Magistratui Budensi benignissime demandare, ut iste in conformitate Privilegii nostri saepedictum Consanguineum sine omni obluetatione in Civitati Budensi tolerare debeant, eundemque ad quaerendum victum suum, negotiaque exercenda, domicilium figere non impediant, consequenter nullatenus via facti et propria authori-

tate contra aequitatem propellere, et ex urbe praescribere audeant. Et veluti Sacratissimae Caesareae Regiaeque Majestatis Vestrae Celsissima Voluntas mediante Clementissima hac Privilegii concessione per obligationem naturaliter subditis inditam adimpletur, ego quoque una cum fratre meo totaque familia nostra isto Privilegio ulterius inperturbate gaudere: et sub altissima protectione uti, frui nobis contra omnia attentata benignissime concedendum credimus, ita desuper etiam nos clementissimam resolutionem expectamus, ac ego permaneo Ejusdem Augustissimae Majestatis Vestrae

Humillimus perpetuoque
fidelissimis servitiis addictissimus
Wolfgangus Schlesinger
Hebraeus Aulico-Privilegiatus

Kivül: Praes. 8. Julii 1720.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1720 Augustus Nrs. 1.

172.

1720 július havában. Schulsinger Peszach, galgóczy zsidó szentségtörő bűnnel megvádolva és emiatt már régóta börtönben singlődve a királyhoz esedezik, hogy a hónap 15-én tartandó tárgyaláson hozandó ítélet végrehajtását a király felülvizsgálásáig függőben hagyják.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas Domine, Domine naturaliter Clementissime.

Nusquam magis vicissitudines rerum nostrarum experiri fas est, quam fortuna in nos novercante rotantes enim qui supra stetimus jam stamus infra, quippe ego jam jam pro misero meo statu hodierno memoria humana defunctus, ancillante mihi quondam fortunae sorte in Inclyto hocce Regno consortioque ejusdem statuum et ordinum non infima eram aestimatione atque commercii sacrilegalis per judaeum quendam Moravo-Holleschoviensem hujus nefandi facinoris ne fors patratorem, dolose incusatus, longissimo temporis tractu abominandum carceris galgoczensis omnis generis

insectis pleni squalorem perfero, 15^a autem hujus in sede comitatensi revisione causarum criminalium ibidem loci celebranda, aut exitium mei, aut minus torturam subiturus;

Cum autem Augustissime Imperator nulla prorsus Iudicia praefer effatum dicti Iudaei contra me haberentur, consequenter deffectu semiplenae probae, nec ad torturam trahi, multo minus supplicio affici possem, constricto autem et ablato tempore facile et vita aufferere, et sic praecipitantia novercam Justitiae agere posset.

Eapropter Majestati Vrae Scrmæ humillime de genu supplicare necessitor, Eadem dignaretur caritatem vitae humanae benigne considerando, ita disponere, ut Iudices illi pro praelibata revisione criminali deputati causam meam modo juretenus proscripto inquirerent, examinarent et judicarent, sententiam quoque definitivam ferant et pronuncient, verum executione ejus in suspenso relicta pro benigna eaque juri et justitiae consona luculentiori revisione, dispositione et finali decisione huc eam transmittant, benignam praestolaturus Resolutionem, Emorior

Majestatis vestrae Sacritissimae

Humillimus perpetuoque
fidelis subditus
Pesach Schulsinger
Iudaeus.

A *folyamodvány külfetén*: „Summum in mora periculum”.
Per Georgium Karaffiat.
O. L. Ad Conc. Exp. 1720 Julius Nrs. 59.

173.

Bécs 1720 július 11. A magyar udvari kancellária felszólítja Paluska Györggyöt, a galgóczy uradalom felhatalmazottját, hogy az úri széken a szentségtöréssel vádolt Schulsinger Peszach ellen bünjogilag eljárjon és a hozandó ítéletet fűggesztve jelentést küldjön fel a kancelláriához.

Perillustris ac Generose Dne Nobis observand.

Salutem etc. Pesach Schulsinger Iudaeus sub Iurisdictione Magistratuali Dominii Galgoczensis ex fundamento

certi commercii Sacrilegialis per alterum quendam Iudaeum Holesoviensem commissi, jam a longe tempore incaptivatus et in sede dominali proxime celebranda Iudiciam eatenus habiturus, eotumque praemissa tortura ne fors etiam in vita periclitaturus, qualiter nam pro Causae quidem suae legali et justa revisione, verum exposit ferendae exinde finalis sententiae executionis suspensione apud Suam Majestatem Sacratissimam humillime simulque instantissime supplicet ex isthic copialiter adjecto humillimo ejusdem supplici Libello uberius perceptura est Dominatio Vestra.

Iddcirco Eandem Dominationem Vestram qua praetacti Domini Plenipotentiarium harum serie officiose diligenterque requisita esse volumus, quatenus causa in praeattacta intuitu suprafati praetensi Sacrilegii in antelata Sede Dominali judicialiter procedere quidem, verum ferendae sententiae quemadmodum etiam torturae nefors praemit-tendae effectum usque ulteriorem benignissimam eatenus dandam altissime fatae Suae Mattis Ssmae resolutionem in suspenso relinquere et superinde informare velit et studet praetitulata Donao Vra. Quas in reliquo etc. Datum Viennae Austriae die 11 Iulii 1720.

Earundem Illrmar etc.

Dominationum Vrarum

Ad serviend. parat.

N. N. Cancellarius Caeterique etc.

D. Georgio Palusko.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1720 Julius Nrs. 59.

174.

*Buda 1720 július 13. Kivonat abból a levélből, melyet báró Stom őrnagy, Buda alparancsnoka a városi tanács által ki-
utasított Bürgl Joachim ügyében a császári udv. haditanács-
hoz intézett.*

Extract.

Schreibens an Einen Hochlöbl: Kay's: Hofkriegs-Rath
von dem Herrn Platz Obristenwachtmeistern Freyherrn
von Stom de dato Ofen den 13. July 1720

Einem Hochlöbl: Kay's: Hof-Kriegs Rath ist abermahlen von seithen des alhiesig bürgerl: Statt Rath wegen des Juden Joachim Bürgls, als wäre hierorths demselben ein Militär Schutz ertheillet, ihrer schon lang bekannten gewohnheit nach, wider alle wahrheit sehr ungleich angebracht worden, allermaszen ged. Statt Magistrat mit nichten erzeigen wirdt können, wie, warumben, und in was für einer begebenheit berührten Juden von dem Militärischen assistieret worden seye? alleine will etwa Er Statt Rath in einer irrigen Maynung seyn, dasz weillen Er Jud einige in der obrist Pösingerischen behausung ledig gestandene bestandt zimmer zum besten der Pupillen auf ein Jahr verzinset, und deme zugelassen, gleich wie andere Juden mehreren in denen bürger's häuszern zu wohnen zuegestattet würdet, an durch also wie sein bruder Samuel Bürgel in die Special Protection eben seye gesetzt worden, ein solches hoffe wirdt in ein andern Vorstandt von erwehten Magistrat genohmen muessen werden, allermaszen ja einen Bürgersmann Juden in seine behausung zu dulten zuegelassen, warumben sollten dann auch Just Wittiben und Waisen, welche gleichfahls mit andern alle onera, wie Sye nahmen führen mögen, ohne nachlassung eines Kreutzers ertragen mueszen, von solchen nutzen Privirter leben und geschlossen seyn, da doch dergleichen beneficien zugeniezen, in der Communität lebende, ohne Distinction einem so guth als den anderen zuegestattet sollte werden; Ich meines orths glaube schwehrlich und bin auch der sichern Hoffnung, dasz Ein Hochlöbl: Kay's: Hoff-Kriegsrath in ansehung deren zwey ohnvogtbahren Pupillen nicht in gnädigste behertzigung zu ziehen, und dise ebenmässig gleich anderen nutzen schöpfenden die höchst vätterliche Hände zu bietten unterlassen werde und zwar auch umb so ehender massen ged: bestandts zimmer als in einen Würths Hausz bey den golden Adler genandt, und sonst auch andere Juden ihre Handels gewölber darinnen haben,

einem jeden Menschen freyſtehet ein oder aus zu logiren, ſich befinden.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1720 September Nrs. 99.

175.

Bécs 1720 július havában. József Áron bécsi zsidó felség-folyamodványban kéri a királyt, hogy parancsolja meg a budai magisztrátusnak, hogy a nála fekvő, Hollitscher és Abelesz váltóit tartalmazó iratcsomót kingyissa, a váltók esedékessége napján behajtsa a tartozást és ezt a bíróságnál számára letegye.

Augustissime Romanorum Imperator, Hispaniae, Hungariae Bohemiaeque Rex!

Domine Domine naturaliter Clementissime!

Devotissimas gratias Sacratissimae, Regiaeque Majestati vestrae humillime rependo, quod Eadem clementissime dignata fuerit ad meam demissimam Instantiam duo Mandata, quorum unum ad Magistratum Civitatis Budensis, alterum vero ad Dominum Commendantem veteris Budae sonabat, de dato 18. et 19. elapsi mensis Junii mihi impertiri; Quemadmodum autem Literae Cambiales respectu meorum amborum debitorum Hollitscher et Abeles ad praefata mandata obsignata ad manus Magistratus de facto depositae existunt: Idcirco videtur esse necessarium, ut Magistratui Budensi demandetur, quatenus praeattactas Literas Cambiales aperiat, videatque terminum solutionis in illis contentum, et quam primum ille terminus solutionis cesserit, praememoratus Magistratus aliquem fide dignum virum delegare velit, qui utramque in dictis Literis comprehensam summam levare satagat, et in securitatem meam ad manus Iudiciales deponat.

Quapropter ad Eandem Augustissimam Majestatem Vestram humillima mea devolvitur petitio, placeat saepe antelato Magistratui Budensi, ut Fasciculus, in quo Cambiales Literae acclusae sunt, aperiantur, et adveniente ter-

mino pecuniae exiganter et leventur, deponanturque secure, benignissime injungere; pro qua Clementissima resolutione me infine commendo, ac permaneo.

Ejusdem Sacratissimae Majestatis Vestrae

Humillimus perpetuoque fidelissimus
Josephus Aaron
Haebreus.

O. L. Ad Conc. Exped. 1720 Julius Nrs. 66.

176.

Bécs 1720 július 16. A magyar udv. kancellária felkéri a budai magisztrátust, hogy a nála levő József Áron-féle váltókat az esedékesség napján behajtassa és a pénzt jó őrzés alatt tartsa.

Prudentes etc.

Salutem etc. Qualemnam Hebraeus Josephus Aron Suae Matti Ssmae iterato exhiberi fecerit instantiam ex acclulis ejusdem paribus uberius percipient. In conformitate cujus iisdem Dominationibus Vris hisce ex officio intimandum esse duximus, ut in sequestrum jam sumptas praescitas Cambiales literas aperiant et investent, demum etiam adveniente solutionis in iisdem denotatae termino, hujusmodi pecunias earundem cambialium literarum vigore levare, easdemque eo quo memoratus Hebraeus instans, servatis de jure servandis, exinde contentari possit, sub bona custodia conservari faciant. In reliquo etc. Datum Viennae Austriae 16. Julii 1720.

Magistratui Cittis Budensis,

Jaszvicz.

O. L. Conc. Exp. 1720 Julius Nrs. 66.

Kismarton, 1720 július 19. Herceg Eszterházy Mihály megerősíti a Lajtaufjaluban lakó zsidóknak néhai atyjától, herceg Eszterházy Páltól kapott privilégiumukat.

Wir Michael von Gottes Gnaden des Heyl. Röm: Reichs Fürst Esterhasy von Galantha, Erbgraff zu Forchtenstein, der Hochadelichen Oedenburger Gespanschaft Erbl. obergespan, der Röm. Kays: und Königl. Maytt. Rath, Cämmerer und durch das löbl. König-Reich Hungarn Obrist Hoffmeister etc. Verkunten hiermit und fügen zu wissen mänigl: wasgestalten ein gantze Gesambte Juden Gemeinde aus unserer Graffschafft Hornstein angenogten Dorff Neufeldt bey Uns unterthän. Supplicando einkommen seye und demütigst zu vernehmen gegeben haben, wasmassen unser Herr Vatter Seel. Gedächtnus Fürst Paul Esterhasy, aus besonderen Gnaden so unter dessen Schutz und Protection an und aufgenommen habe, wie nicht weniger auch zu erhaltung guter Policei mit einem Gnädigen Privilegio zu versehen ihme habe gnädigst angelegen sein lassen; Weillen nun aber durch obgedacht unseres Herrn Vatters Seel. allen armen unterthanen Höchst Schmerzlich fühlenden Hintritt, auch mithin solches ihr Privilegium zu expiriren scheinete, als hat ein gesambte Judenschafft uns unterthänigst erbetten, Wir geruheten solich ihr dazumahl überkommenes Privilegium (so sie uns von worth zu worth in Tiefester Submission überreichet) als derzeit Regierender Herr gnädigst zu verneuern, bestättigen und zu Confirmiren, weillen Nun dan wür solich ihr unterhänl: Instanz in Gnaden an, und aufgenommen hatten, als haben wür nicht nur Solche uns überreichte Puncten ihrer Privilegien in Gnaden acceptiret, sonder hiermit mit Gутten wissen in dieses Libel eingetragen, und verfassen lassen, wie folgt.

Erstens: Solle Ihnen Juden zugelassen seyn, die Helfte des Hoffes bis dem alda befindlichen Verschlag, wie nicht weniger auch die in Bemeldten Hoff bey den Hornsteiner Thor genante Niederlag, wo sie in ihr Sinagog, Wein Keller und Fleisch Bankh erbaut haben, und steht ihnen frey auf ihre Eigene Spesen und unkosten in bemelter Gegendt zu

bauen, und nach ihren belieben, doch mit Vorwissen der Herrschafft ein benöthigtes Gebau zu führen.

Andertens. Sollen Sie von uns allen Schutz und Schirm gleich anderen unseren Unterthanen genießen, wessentwegen dan auch Ihnen erlaubt würdt, allen Handl und wandl, Handtwerck, wie es immer Nahmen haben mögen, zuvollziehen und zu treiben. dahero

Drittens wirdt Ihnen gleichfahls bewilliget, und zugelassen ohne männigl: Hinderung in unserer Hornsteiner Graffschafft alle Mauthen frey und franco zu passiren, mit ihren Gewerben, in denen anderen Unseren Herrschaftlicheñ Mauthen aber sollen sie Verbunden seyn Vermög Vectigal alles auf das Getreueste anzumelden, und solches zubezahlen.

Vierdens Sollen unsere unterthanen sich keineswegs unterfangen, wegen einigerley Schulden unsere Judenschafft anzuhalten, auszer dem, dasz Sie vorhin ihre Klag bey dem Juden Richter der Ordnung nach eingelegt haben.

Fünfftes Solle sich unser dorff Neufeldt in geringsten nicht einmischen in die Jüdische Ceremonien, noch Sie Judenschafft mit Robothen, einquartirungen, oder anderen anlagen, wie sie immer Nahmen haben mögen zu aggraviren unterfangen.

Sechstens solle der benannten Judenschafft zugelassen sein, Jährl. Einen Richter und geschworenen zu erwählen und zu setzen, doch das die vorgestellte Obrigkeit solchen Confirmire.

Sübendes wirdt Ihnen auch zugelassen in ihrer Sinagog einen Rabiner, Schulmeister und Gemein Diener ihrer Jüdischen Ceremonien gemäsz zu halten, und Sich solcher zugebrauchen.

Achtens Solle auch Vorgesehen seyn das Sie, so wohl Sohn- alk feyertag ihren Gebrauch nach, die Tode Körper ohne mäniglicher Hinternus es Seye geistl. als Weltlichen Standes in ihren gewöhnlichen freydtthof zubegraben.

Neundens Solle Ihnen bewilliget sein ihre Rosz oder anderes Grosz oder Kleines Vich in unseren Neufelder Territorio frey und ungehindert weyden zu können, welchem ein gantze Christ: Gemein nachkommen werde.

Zehendens solle ihm der Christ: dorff-Richter, und die gantze gemeinde Höchst anligen lassen, das bey ungefähr entstehender feuers-brunst (so der Allmögende Gott gnädigl: behütten wolle) solche Judenschafft zu beschützen, das weder durch die einheimische, noch durch die fremde ihnen was leidts zugefüget wirdt, wie auch das Sie das feuer mit gröster Vorsorg löschen helffen.

Eölffens, so einem etwas entfrembdt wäre worden und solches ein Judt erkauffet hätte, es wäre, was es sein Solle, jenes ist der Judt als Erkauffer Schuldig in unseren Rendtamt anzumelden, widrigen fahls aber er Solches verhalten würde, und Er Judt verrathen wurde, solle er sein ausgelegtes Geldt nicht nur verlohren haben, Sondern in Unsere Straff nebst den verfahren, da Er aber es angemeldet hötte, solle Ihme sein regres von denjenigen, so die Sach verlohren, in so vill als bey Seinem Guten gewissen aus Sagen wird, refundiret, und ersetzt werden.

Zwölffens Hingegen Solle Ein gantze Gemeinde, es mögen viell oder wenig sein, verbunden sein, uns vor Solchen geleisten Schutz in Unser Hornsteiner Rendt-Amt Jährl. Zwey Hundert dreiszig Gulden Rhl. zubezahlen, wie nicht weniger auch.

Dreÿzehendens solle ihnen Juden Zugelassen sein öffentlich Fleisch, so wohl den Juden als Christen auszuhauen, wie auch Wein, Bier, Brandtwein in oder auszer der Herrschafft zuverkauffen, einzuführen Solche Vässer oder Zimmendtweis unter ihnen zu verkauffen und in ihren hoff auszuschenken.

Vierzehendens und Schlieszlichen befehlen Wir allen und jeden unseren Getrewen Officiren und Beambten, das Sie vor ergangenes Privilegium von Puncten zu Puncten auf das Beste observiren, solche unsere Schutzbahre Judengemeinde jederzeit nebst diser unserer Gnad manuteniren, und auf das Vorsichtigste Handthalten, Hingegen werden Sie von niemandt auch, als von Uns, und denen Unserigen, wie auch unsern. Hr. Praefecto, Verwaltern und Beambten dependiren. In Übrigen uns vorbehaltend in fahl, da es uns belibig wäre, dies Privilegien zu vermehren, zu mindern, oder gäntzlichen aufzuheben, wessentwegen dan Inbegriffene

Juden gemeinde sich vöst an Unserer Handt zu halten haben wirdt. Zu mehrerer Versicherung dessen, haben Wir gegenwärtiges Privilegium mit Eigener Handt unterschrifft und Hochangebohrner Signets förttigung Corrobiret und bekröfftiget. So geben in unserer fürstl Residenz Schlosz Eisenstadt den Neunzehenden Monats Julÿ des 1720igstens Jahres.

Michael Esterhasÿ

L. S.

Sopron Vármegye Levéltára, 1739 augusztus 18-án tartott közgyűlés iratai közt. Szívességből másolta Grünwald Fülöp tanár úr.

178.

Bécs 1720 július 29. A király figyelméztetvén a budai magisztrátust Schlesinger Farkasnak adott szabadalmi levelére, megparancsolja, hogy Schlesinger Sámuel, kit nagybátyja a királynak teljesítendő szolgálatok előmozdítására Budára küldött, ott úgy mint más zsidókat tőrnie kell.

Prudentes et Circumspecti fideles nobis dilecti.

Hebraeus Wolffgangus Schlesinger facto ad Mattem nram humillimo recursum, querulose exposuit, quod cum is ex indultu benigni Privilegii nostri de dato diei 9. men. febr. anni 1718 clementer eidem ac fratri suae Israeli Schlesinger nuncupato extradati, modofati fratris sui filium Samuelem Schlesinger dictum, his recenter evolutis temporibus in Liberam et Regiam istam Cittem nram Budensem fine promovendi servitii nri Caesarii Regii aliorumque privatorum praefati supplicantis Hebraei negotiorum pertractandorum causa expeditisset; Vos certum concivem vrum, apud quem videlicet modofatus Samuel Schlesinger hospitium sibi conduxerat, inhibuissetis, ne eundem in Domum suam ad inhabitandum eandem ulterius admitteret.

Quia autem praeallegati benigni Privilegii nostri tenor per expressum innueret: ut memorati Hebraei cum suis descentibus in omnis illis dicti Regni nostri Hungariae locis, ubi aliqui Hebraei tolerantur, secure degere, morari, consuetamque negotiationem peragere permittantur; innegabile

vero foret, nonnullos alios hebraeos in medio istius Liberae ac Regiae Cittis nrae tolerari.

Eapropter Vobis hac serie praecipimus et mandamus, quatenus pro exigentia praeadducti benigni Privilegii nostri saepefatum Samuelem Schlesinger in medio Vri tolerare, eidemque ut ad quaerendum victum suum, negotiaque exercenda (a quibus tamen servata aequa proportione in medium vestri contribuere, consuetaque onera supportare obligabitur) ibidem Domicilium figere possit, admittere debeat et teneamini Gratia in reliquo etc. Datum in Archiducali Civitate nra Vienna Austriae die 29 Julii 1720.

Bobok m. p.

O. L. Conc. Exp. 1720 Augustus Nrs. 1.

179.

Sasvár 1720 augusztus 23. Márkus Göczi héberbetűs, németnyelvű nyilatkozata egy Sasvárott 1720 augusztus 23-án kiállított hasontartalmú tótnyelvű irat alatt.

איך אונטר שריבנר בקין, דז וועג דען הגדל, וואס דער היר קירן מוויין מיט מיין ברודיר נטע געצל צו סריד לאס נעמן וועג על דען וועקסל, וואס דער היר קערן אין הינדן האט, דאס איז וואל וואר, איך בין דען הירן קירן שולדיג פרמעג וועכסיל בריב, זיידן על דען וועכסיל האב איך מיט דען הירן איין אפראשינג, וועגן דיה גיוועשע קנופרן, וואס איך האב זיין בדינדן גיוועלכ דינר, אויף דען ביפילך דען הירן קירן זיין ברודר, מיחל קירן אפגיאסטין אין מיין הוז צו ל"ב דיה קנופרן, און מיר דער היר קערן שולדיג נאך איז מ' מאה למד איפות קנופרן פרמיג קונטראג, אלש קאן דער היר קערן צו מיר קומין נאך ל"ב און מיט מיר אפראטן...

ש"ב כג אגוסט.

נאם מרדכי בכמהור"ר אליקים גרשום מל"ב

P. H.

A pecsét közepében
levitakorsó

E nyilatkozat német átírása:

Ich Unterschriebener bekenne, dasz wegen den Handel (Streit) was der Herr Kern aus Wien mit meinem Bruder Nathan Götzl zum Szereder Markt die Waare liesz wegnehmen, meinetwegen [geschehen ist] wegen des Wechselbriefes, was der Herr Kern in Händen hat. Das ist wohl wahr, ich bin dem Herrn Kern schuldig vermöge eines Wechselbriefes, sondern auf den Wechsel hab ich mit dem Herrn Kern eine Abrechnung, wegen der gewissen Knopp-ern, was ich seinem Bedienten, dem Gewölbdien-er auf den Befehl des Herrn Kern sein Bruder, Michel Kern, abgemessen in mein Haus zu Lundenburg die Knopp-ern, und mir der Herr Kern noch schuldig ist 4030 Metzen Knopp-ern vermög Kontrakt. Also kann der Herr Kern zu mir kommen nach Lundenburg und mit mir abrechnen (Két szó olvashatatlan.) Schoszburg (= Sasvár) 23 August.

Markus, Sohn des geehrten und gelehrten
Eljakim Gersom.

Az iratsomagban még két más, erre a pörre vonatkozó irat van: egy Modorban kiállított hosszú jegyzőkönyv és egy lundenburgi bizo-nyítvány.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1720 October Nrs. 58.

180.

Buda 1720 augusztus 26. Buda városi tanácsának beadványa a magy. kir. udv. kancelláriához, melyben Bürgl Joáchim kiutasítása miatt vele viszályban levő báró Stom, városi al-parancsnok állításai ellen érvel.

Excelsa Cancellaria Hungarica Regio-Aulica.

Domini Domini nobis Gratosissimi etc.

Si informationem Dni Baronis à Stom circa Iudaeum Ioachim Bürgel reconsideramus, non miramur, quos subinde apud altiores Instantias de nobis sinistrum credatur. Quis enim contra veritatem sinistre informantibus

fidem habebit? at nos scripsisse, ut contraria informatio vera esse non posset, hisce evincimus.

Scripsimus enim quod Dnus Baro de Stom Ioachimium Bürgel militariter protegat, et hoc verum est, dum enim huic Iudaeo ingressum in domum licet militarium Pupillorum attamen civicam prohibere volumus, quia omnes judaeos hunc vero ob continuas rixas maxime exesse iussimus, ut Privilegia nostra, vigore quorum judaeos vel patimur, vel rejicimus, salvemus, Dnus Baro de Stom milites ordinavit, qui civicum hominem Magistrualiter positum amoveret, judaeoque assisteret. An vero et quomodo haec protectio ab illa, quae Bürgel impenditur differat non tetigimus, satis est nobis quaerelae adjustmentem, quod violenter contra nos agat protegendo per milites, quem vi jurisdictionis ejicere possumus. At putat ille injuriam domui Pupillisque fieri, si alii cives judaeos tolerare possunt, et recipere; verum quam longe a veritate haec expositio absit, ex eo patet, quod omnibus civibus judaeorum receptionem prohibuerimus, illosque qui non obtemperarunt hactenus in amissionem conventi cum judaeo annui pretii notorie convicerimus, gratis ergo dicitur, quod judaei in civium domibus libere recipiantur. Et si haec ipsa Pesingeriana domus civica est, quid ibi aliud valeat, ubi boni publici ratio se ad omnes domus civicas extendit, sane privatum annui census interesse tantum non valet, ut publicum turbetur.

Si dicitur pupillos de bonis sine defectu sua praestare, melius nos scimus, qui aliquot centenos piaae defunctae pupillorum Matri intuitu miseriarum ejus remisimus, ut copia Prothocolli quanquam nobis in extraditione pratorum hactenus nec satisfactum esset, ut Dnus Baro de Stom substitutus Commendans sicut et Dnus Auditor Gozi bene recogitabunt.

Si dicitur cuilibet licere, in domum suam recipere, quem vult, id cessat ubi ratio boni publici obstat, sicut apud nos obstat, qui ratio Privilegiorum versatur.

Si dicitur: alios judaeos in eadem Pupillorum domo tabernas publicas habere, ut et conductio aut locatio annua admitti debeat. Nos qui judaei illi sint minime, sed id solum

scimus, esse unum, quem Inclyta Camera suum esse etiam, nunc asserit, nos vero contradicimus. His itaque sic deductis quemadmodum contra injurias expositions solenniter protestamur (verum enim scripsimus, ut contrarium verum esse non possit) ita hisce Excelsae Camerae humillime supplicamus, quatenus Excelsum Consilium Bellicum dispo-
nere dignaretur, ut qualiscunque demum protectio judaeorum Dno Baroni a Stom severe inhibeat, quam Gratiam praestolaturi in humillimo respectu manemus.

Ejusdem Excelsae Cancellariae Hungaricae Regio-
Aulicae etc.

Budae, die 26. Aug. 720.

Humillimi Servitores
N. N. Consul, Iudex Caeterique Senatores
Liberac ac Regiae Metropolitanae Civitatis
Budensis.

Orsz. Levélf. Ad Conc. Exp. 1720 September Nrs. 99.

181.

*Bécs 1720 szeptember 9. A magyar udvari kancellária vá-
lasza Buda tanácsának Schlesinger és a többi budai zsidók
további türésére vonatkozó jelentésére.*

Prudentes et Circumspecti Domini nobis obsdi.

Salutem etc. Accepimus ea, quae sub dato diei 26 pro-
xime praeteriti men. Augusti circa Wolfgangum Schlesin-
ger ad Suam Matrem Ssmam perscripserant et licet interea
temporis praefatus quoque Schlesinger, pro ulteriore sui
Budae manutentionia ad Regiam hanc Cancellariam Hunga-
rico-Aulicam recurrisset, intuitu nihilominus rationum in
praeallegatis ad Suam Matrem, Ssmam expeditis literis con-
tentarum, signanter autem, quod Dnes Vrae decreverint sua
authoritate nullum amplius Hebraeum Budae tolerandum,
ipsius instantia fundamento etiam praescito benigni Caesa-
reo-Regii Mandati de dato 29. praeteriti men. Julii anni cur-
rentis emanati, ut idem Schlesinger, sive ipsius ex fratre

nepos, eo usque duntaxat quoque aliis Habraeis Budae manere licitum fuerit et admissum ibidem etiam toleretur, per expressum innuentis, merito rejecta est qui quidem Hebraeus negi (?) deinceps quidem praetendere poterit, ubi Dnes Vrae in effectuatione determinationis suae, de non tolerandis Budae Hebraeis, modo praevis factae, sollertes se exhibuerint. In reliquo manemus etc. Viennae 9 septembris 1720.

Earundem Dnum Vrarum

Magistratui Civitatis Budensis.

Bobok m. p.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1720 September Nrs. 87.

182.

Bécs 1720 szeptember 9. A magyar udv. kancellária átteszi az udvari haditanácshoz a budai tanácsnak báró Stom elleni beadványát Bürgl Joachim ügyében és kéri, hogy hagyja meg a bárónak, hogy miután Bürgl J. nem áll katonai protectió alatt, ne avatkozzék többé ezen ügybe.

S. C. Regiae Mattis Excelso Aulae Bellico Consilio ad ejusdem, super responso a Dno Praesidii Budensis supremo Praefecto Barone a Stom ad quaerimoniam respectu protectionis Militaris Hebraeo Joachimo Bürgl datae, contra praefatum Dominum Baronem introporrectam, obtento sub 26. praeteriti mensis Julii factam insinuationem peramice reinsinuandum. Istius modi responsum Magistratus Liberae ac Regiae Cittis Budensis communicatum fuisse, qui pro manutentione honoris ac fidedignitatis suae circa praeat-tacium querimoniam in eversionem eorum, quae ab adverso praetenderentur, hisce copialiter annexam transmisit informationem. Caeterum cum Anno adhuc praeterito praelibatum istud Aulae Bellicum Consilium medio correpondentialis insinuati sui declaraverit, se nulli alteri Hebraeo, quam Samueli Bürgl militarem protectionem Budae admissurum, ex praeallegatis autem pateret, hujus exiguam adhuc Budae haberi observantiam Excelsum istud Aulae Bellicum

Consilium hisce perquam officiose requiri, quatenus apud memoratum Dnum Baronem a Stom exactam praeattactae circa Hebraeos factae dispositionis suae observantiam ordinare, eidemque ne se ad occurrentiae quaevis negotia Sphaeram activitatis aut jurisdictionis militaris minime respicientia imposterum immisceat, serio intimare haud gravatim velit. In reliquo etc.

Ex Consilio Cancellae R. H. A.
Viennae 9 Septembris 1720.

Mátyás.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1720 September Nrs. 99.

183.

Buda 1720 szeptember 10. Hirschl Izsák tudatja a bécsi Áron Józseffel mint hitelezővel, hogy a váltóadósság miatt lefoglalt mézszállítmány már megérkezett, a szállítólevelet hivatalosan már átadta és kéri, hogy a váltókat Bécsbe jöveteléig oda juttassa.

Extract Schreiben de dato ofen den 10. September anno 1720 von Hirschl Isaac.

Wohlgelehrter, Sonders hochgeehrter Herr Joseph Aaron.

Ich finde wenig zu notificiren, sondern berichte, dasz dero ordre nachkommen bin und den Frachtzettel wegen des Hönig beehrter massen eingereicht habe. Nun weillen vor unsern bevorstenden fest zu Neujahr nicht nacher Wien reyszen können, also beliebe der Hr unsere wechselbrief nacher Wienn zu beschreiben, umb solche bey meiner Ankunfft (welche gleich nach ausgang unserer feyertäg gewiss geschehen solle) adjustiren zukönnen und sollen. Verbleibe Meines hochgeehrten Herrn

dienstwilliger
Hirschl Isaac.

Dasz obstehender Extrackt in gegenwart meiner von dem Herrn Abraham Mandl Rabinern ausz Prosznitz ausz dem Hebraischen in dasz Teutsche transferirt worden, bezeuge hiemit

Ernst Friedrich Adler m. p.
geschworener Kays. Notarius
publicus in fidem.

O. L. Ad Conc. Exp. 1720 December Nrs. 45.

184.

Bécs 1720 szeptember 26. Hollitscher Simon Lebel igazolja, hogy a Budáról Bécsbe érkezett (és váltóadósság miatt lefoglalt) mézmennyiséget József Árontól 1450 ftért megvette, mely összeg a budai követeléséből levonandó.

Kivül: Attestatum und resp. Revers.

Belül: Es ist wahr, dasz ich von dem wohlgelehrten Herrn Joseph Aaron, die von Ofen angekommene Ein Hundert und Sechzig Cendten Hönig, wie selbe sich Befinden in Solutum an mich umb Eintaussend Vierhundert und fünfzig Gulden, sage 1450 fl p. Cassa gehandelt habe, welches Gelt Inner acht tagen dato alhier zu verschaffen, hernach dasz Hönig auff meine Gefahr und Unkosten von nun an zu übernehmen schuldig bin, Welche 1450 fl auff sein Aarons in Ofen habende anforderung an Uns defalcirt werden solle, In widringenfalls dasz ich zu gedachter Zeit das gemelte Quantum hier nicht verschaffen kann- oder zahlen sollte, Ihme Herrn Joseph bevorstehet, solchen Hönig gedachter massen, ohne die geringste difficultat, bey sich zu behalten. Urkund dessen meine fertigung. Wien den 26 September 1720.

L. S.

Simon Lebel Hollitscher.

Dasz obstehendes Attestatum in gegenwarter meiner von dem Hrn Abraham Mandel Rabinern ausz Prosznitz

ausz dem Hebraischen ni dasz Teutsche transferirt worden,
bezeuge hirmit, Actum den 22 Novbr 1720

Ernst Friedrich Adler m. p.
geschwornor Kays: Notarius
publicus in fidem.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1720 December Nrs. 45.

185.

*1720 október havában. Gróf Czobor Márkus felségfolya-
modványban oly királyi rendeletet kér, mely szerint Jakab
Götzl alattvalójának, fivére állítólagos adóssága miatt, a hi-
telező által a szeredi vásáron elkobzott áruit vissza kell adni,
a hitelező pedig követelésével elsősorban őhozzá, mint Götzl
Jakab jurisdictiós földesurához forduljon.*

Sacrae Caesarea Regiaque Mattas.

Domine Domine Naturaliter Clme.

Matti Vestrae Sacrae humillime repraesentandum
habeo, qualiter certus subditus meus haebreus Jacobus
Geczll nominatus, alias quidem ex Moravia oriundus, ast
mihi per ejusdem Dominum ibidem Terrestrem ut A. ma-
numissus, et actu in Bonis meis Sassin degens ordinarium
quaestum suum exercendi gratia, primo ad publicas nun-
dinas Civitatis Modrae in Comitatu Posoniensi habitae ce-
lebratos proficiscendo ibidemque merces suas divendendo
certus quidam Civis et Mercator Viennensis Matthias Kern
dictus, eundem judaeum meum cum mercibus ex eo prae-
tenso fundamento, quasi vero idem cum fratre suo Marco
Geczll in Moravia etiam num degente (qui videlicet memo-
rato Matthiae Kern certa Summa pecunaria teneretur) So-
cietatem, Simultaneumque Commertium exerceret, per Ma-
gistratum ejusdem Civitatis realiter detineri et arrestari
voluisset, quo facto eo deduxit et coegit praememoratam
judaeum meum, ut idem pro salvandis persona et mercibus
suis strictas reversales de se dare, superindeque se obligare
necessitatus fuerit, quod idem praelibatum fratrem suum

praetensum velut Debitorem ipsius, vel ipsi Mercatori sistere, vel loco ejusdem ipsi Debitam satisfactionem praestare velit prout haec omnia ex annexa inquisitione B. luculenter apparerent, hinc idem judaeus meus posteaquam ejusmodi reversalibus suis satisfacere haud potuisset, consequenter nec fratrem suum, velut in Moravia commorantem sistere, neque ejusdem loco, ex eo quod nullam societatem minus ullum quodpiam commercium (ut attestatio C. perhiberet) cum ipso habuisset, antelatum mercatorem contentare quivisset, idem Matthias Kern dictum judaeum meum cum mercibus suis in oppido Szered Comitatu Posoniensi existenti habito privari, easdemque ad manus Civis cujusdam Tyrnaviensis assignari ibidemque rursus arestari et detineri fecisset, imo arestaret et detineret etiamnum in hodiernum damno et praejudicio tam ipsiusmet subditalis judaei mei, quam et meo, Domini videlicet ejusdem Terrestris valde gravi et manifesto, quia vero ex annexa inquisitione B. violenta exactio praemissarum Literarum Reversalium clara et manifesta evaderet, qua tales vero, utpote violenter exactae, de dictamine positivarum Regni Legum nec obligatoriae, neque vindicativae forent, sed prorsus nullae et invalidae esse deberent, igitur tum ex hoc, tum ex eo quoque fundamento, quod attestatio C. ipsum saepedictum judaeum meum cum praelibato fratre suo nullam vel societatem, vel mutuum aut simultaneum commercium habere clarificaret, idem Iudeus meus potissimum me aut officialibus meis pro praetensa satisfactione nec requisitis nec salutatis praemisso modo aggredi et via facti rebus ac mercibus suis privari haud quaquam potuisset, ex quo arestationes pro alienis Debitis quemadmodum strictissime velitae forent, ita neque alio quoquo modo attentari licite possent, nisi ubi in prima Instantia satisfactio petita, et non obtenta fuisset, hinc sive primum sive secundum consideretur, idem Mercator Censuram potius Legum eatenus conditarum, quam suffragium earundem meruisset, sicut et respectu tum violentiae, tum etiam lucri cessantis et damni emergentis attacti judaei mei omnem mihi pro opportunitate temporis et occasionis agendi reservo facultatem, unice

super hoc Mattem Vestram Sacrmam humillime interpellandam esse duxi, ne majora adhuc damna et incommoda idem judaeus meus in mercibus suis patiat, non dedignetur pro Iuris et Iustitiae conformitate Liberae Regiaeque Civitati Tyrnaviensi juxta acclusum conceptum D. benigne committere et mandare, quatenus res et merces antelati Jacobi Geczl judaei mei praemanibus attacti Concivis sui Martini Torkos vel alibi existentes, illico extradari et ipsi judaeo consignari facere, ipsumque praememoratum mercatorem Matthiam Kern, si eatenus se ibidem insinuaret pro quaerenda satisfactione, si quid praetensionis haberet, ad me relegare velit debeatque. Quam gratiam Mattis Vestrae Sacrae ego quoque promereri adnitar perseverando.

Altefatae Mattis Vestrae Sacrae

Humillimus devotissimusque servus
ac subditus.

Comes Marcus Czobor de Czobor
Szt. Mihály.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1720 October Nrs. 58.

186.

Bécs 1720 október 14. A király elrendeli, hogy Kern Mátyás bécsi kereskedő követelése miatt Jakab Götzeltől a szeredi vásáron elkobzott és Nagyszombatban őrzött árukat visszaadják és Kernt követelésével Götzl földesurához utasítsák.

Prudentes etc.

Salutem etc. Circa merces Iudaei Götzl pro parte ad instantiam Matthiae Kern quaestoris Viennensis Szeredini in sequestram sumptas, Tyrnaviae autem inventatas et aestimatas, sub 18. proxime praeteriti mensis Regiae huic Cancellariae Hgco Aulicae submissam Dnum Vestrarum informationem accipientes: siquidem etiam Dominus Comes Marcus Czobor interea temporis ad Suam Majestatem Ssmam humillime recurisset, et vel eo, quod is antelati Iudaei Terrestris Dominus foret, per consequens eundem

jurisdictioni Suae Dominali subjectum haberet, pro extraditione antelatarum mercium perquam demisse instilisset: Hinc annuimus, ut Praefatae Dominationes Vestrae praeattactas merces non quidem dicto Iudaeo, verum modo!ato ipsius Terrestri Dno, sive homini aut officiali ejusdem extradari facere, praefatum autem Matthiam Kern, ubi se ulterius pro impendenda sibi ex parte modofati Iudaei debita satisfactione insinuaverit, ad praedeclaratam ejusdem Dominum Terrestrem remittere possint. In reliquo etc. Datum Viennae Austriae die 14. Men. Octobris 1720.

Magistratui Cittis Tyrnaviensis.

I. Végh.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1720 October Nrs. 58

187.

Buda 1720 október 17. A budai zsidók Schlesinger Farkas bécsi udv. zsidótól sürgősen segélyt kérnek a budai tanács ellen, ki őket irgalmatlanul kilakoltatta.

Hochgeehrter Herr Schlesinger.

Weillen anheünte unszere Feyertäg, also musz d. Hr. Klagend in die gröste Trübseligkeith durch einen Christen berichten lassen, wasz gestalten der allhieszige Statt Magistrat durch einen Statt wachtmeister und 4 Nachtwächtern mit allen unszer Haab und güteren, schwangeren frauen, Kleinen Kindern und kranken Miserablen Leuthen, welche wir bey unserer feyertagen beherbergt, ohne die geringste ursach und geringste erbarmung hienaus auff die gassen werffen lassen, und Einen Jeden Bürger bey 150 fl Straff verboten, keinen Juden unter das Dachel nehmen, welches schon zehn Parteyen wiederfahren, worunter der Samuel Schlesinger begrieffen, und ohngeachtet beyde Schlesinger auff die allergnädigste Kays. Privilegien sich berueffen, dasz sie nehmlich so lang zu bleiben, alsz andere gedult werden, darauff d. Statt Magistrat geentwordet, sie wolten gahr keinen Juden dulden, worauff wir Schlesinger widerum

antworten, Lasset, Es werdet doch die Juden, welche unter der Cammer stehen, alsz Joseph Simon, Joel Hirschl, noch 2 oder 3 andere gedultet werden, darauf d. Hr. Bürgermeister aber mahlen geantwortet, sie haben heunt angefangen, man könnte alles nicht auff ein mahl thun, und also wir vorgemeldete beyde Schlesinger mit noch anderen Acht Parteyen ausz den Hausz geworffen und den Mayer Sabel Leidesdorff auch solches angedreuet, was als Morgen geschehen werd, kann man nicht wieszen, unterdesz müssen mir mit Weib und Kindern unszere feyer Tag auf der freyen gasz halten, falled also ein regen weiter ein, wehre alles das unszerige verdorben, ohn dasz unsz gestohlen werd, und kan d. Hr. alles wohl beszer, alsz man schreiben kan, abnehmen, wie man mit unsz, bey so beschaffen sachen, umb gehet, dahero bitten wir die ganze gemein unterthanigst und um gottes willen, d. Hr. wolle doch keinen fleisz spahren, und Einen Befehl von Hoch Löblichen- Kays.-Hoff. Kriegs Rath heraus zu bringen (denn die Statt auff die Cammer und der Canzley nichts gibt) damit der hieszige Comedant so lang musz schützen und unszere wohnung ohn gehindert zu laszen, bis unsere sach von Ihrer Mayestät ausgemacht. wir bitten noch mahl umb gottes willen, hierent wegen keinen fleisz zu spahren, und solte das Decret oder Befehl nicht mit der Post können geschickt werden, so belieben d. Hr. Es nur wiederum durch Eine Staffeta hierunter schicken. Dasz Es also wahr, dasz hinaus geworffen, zeigt diese bey kommende Attestation.

Der Moyses Schlesinger, welcher mit seiner frau und kleinen Kindern auch hinausgeworffen, bittet absonderlich unterthänig dieses sich recomendirt sein zu lassen, womit uns unterthänigst Empfehlen mit Verbleib unseres hochgeehrten Hr. dienstwilliger

Ofen d. 17. Oktober 1720.

Die gesambte Judenschaft in Ofen.

Kivül: Herrn Herrn Wolff Schlesinger, Kays. Hoff
Jud gehet ab Ofen d. 17. Oktober umb 9 Uhr nachmitag
per Eigen Staffet.

Wienn.

O. L. Ad Conc. Exp. 1720 octobris nro 28.
Magy. Zs. Szemle 1907. évf. 296. l.

Dasz Bey gegenwärtigen Taag, durch allhiesige Statts
Bediente beschehene ausztreibung deren in dieser Revier
befündlichen unnd in denen Bürgerlichen Häuszern woh-
nenden Juden unndt hinauszwerrffung deroselben Mobilien
durch eben deszgleichen gewald dem Samuel Schlesinger,
alsz sonst von Ihro Kayß. Mayestät selbst allergnädigst pri-
villegirten Juden widerfahren. Solches thun Wür hiemit
auf verlangen unndt der lieben Wahrheit zu Steuer Attesti-
ren. Krafft gegenwärtiger förtligung. Actum. ofen am 17
october 1720.

L. S.

Johann Wilhelm Loutner
Kays: Dreyszigster.

Ferd: Erns Zeugswerth
Controlor

O. L. Ad Conc. Exp. 1720 October Nrs. 28.
Magy. Zs. Szemle 1907. évf. 297. l.

188.

*Bécs 1720 október 18—20 közt. Schlesinger Farkas bécsi
udv. zsidó III. Károly királynál a budai tanács által ki-
lakoltatott zsidók számára segítségért esedezik.*

Sacra Caesarea Regiaque Mattas
Domine Domine Naturaliter Clme.

Matti Vestrae Sacrae humillime simul ac querulose
repraesentare cogor, qualiter Consanguinei mei caeterique
Iudaei in Libera Regiaque Civitate Budensi hactenus resi-
dentes, licet partim benignis Privilegiis Mattis Vestrae
Sacrae eo fine, quatenus ubique locorum per I. Regnum
Hungariae, ubi Iudaei habitare tolerantur, illi quoque recipi

et tolerare debeant, muniti, partim vero privatis etiam Mandatis Mattis Vestrae Sacrae eo licentiati fuerunt, ut in eadem Civitate Budensi usque ulteriorem dispositionem suam pacifice residere, ibidemque et Publicum Altefatae Mattis Vestrae Sacrae servitium in annonarum et ejusmodi Militarium requisitorum procuracione promovere, et accessorialiter etiam exiguum sui et suorum alimentacionem et sustentationem quaerere possint, contigit nihilominus, quod Magistratus ejusdem Liberae Regiaeque Civitatis et praecepto procul dubio studio et voluntate in manifestum vilipendium tum benignorum Mattis Vestrae Sacrae Privilegiorum, tum interventorum quoque iteratorum Regionum Mandatorum tam consanguineos meos modofato Privilegiatos, quam alios quoque nonnullos ibidem commorantes Iudaeos praeterita die jovis, ubi recte festivitatem colebamus, sine omni causa ac ratione via facti aggredi, et cum omnibus rebus suis nulla nec infirmorum, nec lecto affixorum habita comiseratione, ex domibus civium ejici et expelli, civibus vero eorundem receptionem sub poena centum tallerorum inhibere curavit, ubi hodiedum procul dubiis misera plebs sub divo in platea existens, partim praefrigore jam utcunque invalescente, partim vero praefmetu ingruentis cujusdam pluviosae tempestatis et alioquin etiam manifesto periculo ammissionis rerum et facultatum suarum in publica platea dissipatarum exposita, miserabiliter ejulat et lamentatur, prouti haec omnia ex annexis tum ipsorum literis, tum adjacentibus quoque testimonialibus Tricesimatoris et contrascribae Budensium mihi staffetalliter transmissis uberius percipere non dedignetur Mattas Vestra Sacra. Quia vero Augustissime Imperator et Rex clementissime familia mea Schlesingeriana benignis (uti dixi) Literis Privilegialibus de Dato diei nonae anni 1718 proxime praeteriti ex Gratia et munificentia Mattis Vestrae Sacrae tam respectu sui et Domesticorum, quam et servitorum suorum, quorum adjutu etiam servitia summe fatae Mattis Vestrae Sacrae in omnem eventum praestanda appromptare quiret, praemissa cum formalitate provisa foret,

et ideo donec unus judaeorum in attacta Civitate toleraretur (uti et plures quoque per Magistratum tolerantur) familia quoque mea per ipsos pati, non absimiliter, et reliqui privato plerumque indultu Mattis Vestrae Sacrae gaudentes, usque ulterius benignum beneplacitum suum ibidem tolerandi venirent, hinc sive ex debita homagiali sua obligatione (qua Regia Mandata et Privilegia quisque fidelium Mattis Vestrae Sacrae venerari, iisdemque obtemperare deberet), sive ex debito reverentiali duntaxat respectu ipsorum, tam temerarie et praesumptuose cum hac misera plebe agere Magistratui haud convenisset, certum enim esset, quod si ipsimet Magistratui circa Privilegia sua in nonnullis judaeis in Civitate servandis dispensari liceret, uti revera cum nonnullis dispensaret, tantominus Matti Vestrae Sacrae ut immediato Domino Terrestri Regionum Peculiorum suorum quidpiam obstare, quominus pro benigno libitu suo de pluribus quoque ibidem tolerandis disponere et demandare quiret, adeoque qua Civis refractarii propter inobedientiam et renitentiam suam tam manifestam et benignae Dispositioni Mattis Vestrae Sacrae sume derogatoriam suo legali modo et ordine licet merito coërcendi forent, eo tamen Matti Vestrae Sacrae humillime submisso, unice superinde Altetitulatam Majestatem Vestram Sacram flexis genibus exoro, dignetur ejulatus et lamentationes horum miserorum hominum aequae tamen tributariorum subditorum Mattis Vestrae Sacrae benigne exaudire, et pro manutentione etiam benignorum Mattis Vestrae Sacrae Privilegiorum, et eatenus iteratis quoque vicibus exaratorum Regionum Mandatorum suorum, ipsos Brachio militari ibidem existentis, in priora, vel alio ipsis libere concedenda hospitia sua (sublata praeattacta Civibus dictata poena) cum omnibus rebus suis reponi, et in iisdem omnes et singulos contra Magistratum tueri et protegi benigne facere, consequenter super hoc et id, Commendantli Budensi solitos militares ordines medio Excelsi Consilii Aulici Belli elargiri curare. Quam Gratiam et benignitatem Mattis Vestrae Sacrae nos omnes et singuli potissimum ego cum

familia mea, pro viribus nostris promereri conntemur,
prouti in finem illum etiam maneo et emorior.

Mattis Vestrae Sacrae

Humillimus perpetuoque fidelis subditus
Wolffgangus Schlösinger,
Iudaeus Aulico Privilegiatus.

O. L. Ad Conc. Exp. 1720 October Nrs. 28.

189.

*Bécs 1720 október 21. III. Károly király megparancsolja
Budaváros tanácsának, hogy az általa kilakoltatott zsidó-
kat vissza kell helyezni lakásaikba és az őket befogadó
polgárokat megbírságot nem szabad.*

Carolus Dei graa etc.

Prudentes et Circumspecti Fid. n. dil.

Rite meminertis, quidnam Vobis tenore benignarum
Literarum Nostrarum sub dato 29. praeteriti Mensis Julii
Anni modo labentis, ad humillimam Hebraei Wolffgangi
Schlesinger, Aulici nostri Privilegiati Iudaei penes fratris
sui Izraeli filium Samuelem Schlesinger in medio Vestri
tolerandum, factam Instantiam clementer simul et serio
commiserimus et demandaverimus; Et qualianam Vos
eatenus motiva et rationes in contrarium, in Literis Vris
sub 26. Augusti demisse perscripseritis, superinde autem sub
dato 9. septembris aequae Anni decurrentis per Cancellariam
nram Regiam Hungarico-Aulicam ex officio emanatas Re-
sponsorias receperitis, quarum etiam vigore praefatus Iu-
daeus Schlesinger non nisi cum aliis Hebraeis Budae tole-
ratis abinde amandandis excludi potuisset. Vos interim,
nescitur unde moti, nec benigna memorato Wolffgango
Schlesinger et ejus fratri et Consanguineis, clementer facta
concessione nostra superindeque ex causis, motivis et ratio-
nibus ac ex certa scientia et Caesareo Regia benignitate
nostris emanato Privilegio, in authentico sub subscriptione

et sigillo nris per Expeditionem Regiae Cancellariae nrae Hungaricae Aulicae, unde pariter Autographum emanasset, edito Transumpto coram Vobis reproducto, et quadamtenus in quaestionem sumpto, nec praeattactis benignis Lris nris sub 29. Julii Vobis praeceptorie sonantibus in condignam debitam reflexionem sumptis, his recenter evolutis diebus, utpote 17. currentis Mensis ipso nimirum mentionatorum Iudaeorum festo die, ex praeconcepto studio et nonnullorum uti credi par est concivium Vestrorum privata quoque passione et rancore, missis et destinatis quibusdam Civibus et Satellitibus Vestris quemadmodum alios minus Privilegiatos Iudaeos Budae Commorantes, ita praefatum quoque Schlesinger nil adversi sibi evenire metuentes via facti et violenter in hospitiiis suis aggredi, ipsosque et Familiam eorum vel Infirmorum et lecto affixorum, aut etiam teneriorum Prolium discretione et Commiseratione habita, cum omnibus rebus et domestica suppelectito ipsorum ejici et expelli curassetis, Concivibus vero Vris sub mulcta Centum Talle-
rorum, ne quis eosdem hospitio recipere ausit inhibuissetis, quae omnia ex demisso repetiti Wolfgangi Schlesinger Memoriali (quod in genuina copia Vobis transmittimus) non secus fidedigna nonnullorum fidelium nostrorum attestatione coram nobis producta displicenter sane percepimus, siquidem hoc in passu benignae Concessionis et Indulti nri Privilegialis, memorato Iudaeo Schlesinger et ejus consanguineis ob fidelia eorundem servitia diversis occasionibus praestita elargiti, ac benignorum Mandatorum nror. eatenus Vobis praeceptorie sonantium majorem sane et debitum respectum habere convenisset, imo quantocius forsani priori Privilegio Vro. de tolerandis, vel non tolerandis Iudaeis dato idipsum quadamtenus praepjudicare posse existimassetis, nihilominus non via facti, sed ab ulteriori benigna superinde dispositione nra Vobis praestolandum fuisset; Et dum alios adhuc sub Consilii nri Bellici, et Camerae nrae Aulicae protectione commorantes ibidem Iudaeos tam solenni Privilegio nro per legalem Cancellariae nrae Hungaricae Aulicae Expeditionem minus provisos, via facti neutiquam impetere auderetis, sane non minori ratione cum praeattactis Iudaeis

per Mattem Nram specialiter Privilegiatis, absque benigna in contrarium dispositione nostra enormiter praecedere Vobis integrum fuisset.

Quapropter Vobis harum serie iterato et ex superabundanti firmiter comittimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus memoratos Iudaeos, et praesertim benigno Privilegio nro provisos, contra Ejusdem, et subsecutorum benignorum Mandatorum Nrorum fenorem tam inordinate via facti ejectos, actutum absque omni tergiversatione et dilatione, seu in priora, seu alia ipsis libere concedenda hospitibus, revocata et sublata de non receptione eorundem Concivibus Vris dictata multa, cum omnibus rebus suis reponi facere, et contra mentem saepefacti benigni Privilegii, et subsecutorum Mandatorum nrorum iisdem, iisque dum reliquis etiam Iudaeis libere inter Vos commorandi facultas sublata non fuerit, aut superinde secus non disposuerimus expressam voluntatem nram eatenus Vobis intimaverimus in ista Civitate Nra Budensi liberarum et securam mansionem admittere, nullo autem pacto turbare et molestare, vosque huic benignae Commissae Nrae, sub poena non observationis benignorum Mandatorum Nostrorum, pro homagiali obligationi Vra humillime accomodare debeatis et teneamini. Secus non facturi. Gratia in reliquo Nostra etc, Vienna die 21 octobris 1720.

Civitate Budensi.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1720 October Nrs. 28.

190.

Bécs 1720 december havában. József Áron bécsi zsidó a királytól kér engedélyt arra, hogy a budai magisztrátusnál lététben levő 2235 frtről szóló Hollitscher és Abeles-féle váltókat neki kiadhassák, miután követelésének nagy részét már lefizették.

Augustissime ac Invictissime Romanorum Imperator, Germaniae, Hispaniae, Hungariae ac Bohemiae Rex etc.

Clementissime Domine Domine etc: etc:

Ad Sacratissimae Suae Majestatis Rescripta de dato 19. Junii et 16. Julii anni currentis sub A. et B. vi quorum Rescriptorum a Iudaeo Josepho, Simone et Hirschel Isaac ad debitores meos Lebel Hollitscher et Wolffgangum Abels quatuor Cambia in Summa per 2235 fl. non tantum sequestrata, sed etiam effracta et investigata sint; et ex post elapso termino in praejudicium satisfactionis sequestranda esse, ago humillimas gratias; siquidem vero Authores Cambii Iurisdictioni Magistratus Budensis non. sed Camerae Regiae Hungaricae subjecti, adeoque propter acceptationem istarum literarum Cambialium necessitatus fui, talia media a Caesarea Camera Aulica in ordine ad Cameram Regiam Hungaricam, ab hac veroInspectorem Regium Camerae, Dominum de Zenneg, Budae, in meam defensionem operare, vigore quorum authores literarum Cambialium mihi de melle non adulterato 132 Centenaria et 81 pondera (cujus mellis quidem 160 Centenaria esse debuisset) mihi extradiderunt, quale mel tenore apud saepe dictas literas Cambiales jacentis Contractus in parata pecunia 1558 fl. facit, ita ut Authores Cambii ad tenorem literarum Cambialium non plus nisi 677 fl. adhuc solvere teneantur. Addendo eo hujus residui et exitum ad literas ex haebraica lingua in Germanismum translatas cambiales, ut extractus C. ab ullo impedimento desideratur, ut debitor meus ad Formalia literarum reversalium sub D. in confesso ob mentionatum de melle p. 1450 fl. in solutum acceptet, et hoc quidem suo periculo et damno teneatur, praefata summa vero a mea praetensione compensanda, pariter ex literis uxoris Hollitscher ad me transmissis in manifesto est, eo quod Iudaeus Joseph Simon qua debitor hic moretur per amorem Dei me efflagitans, ipsum hoc locorum arrestare ad finem et adjutationem litis literarum Cambialium non dimittendi.

Quandoquidem vero ex deductis ea ratione quo praetensio mea summam quatuor literarum Cambialium in liquido excedat, et in compensationem praedictae summae per medium mellis praefati soluti sunt, eo ipsae literae Cambiales annulatae et extinctae sint, absque ulteriori strepitu Iudicii

de extradatione literarum Cambialum nulla ratio amplius militari possit.

Qua de causa

Humillima mea ad Augustissimam Vestram Caesaream Regiamque Majestatem devolvitur supplicatio, quatenus Magistratui Budensi injungere et mandare dignari velint, quod si praefatus Magistratus rationem contrariam non habeat, mihi itaque, mox praememoratas in sequestro hucusque jacentes litteras Cambiales ad manus meas pervenire concedat, quibus me iterato ad Sacratissimos pedes prosterno ac humillime commendo.

Augustissimae Caesareae Regiaeque,

Majestatis Vestrae.

Humillimus ac omnium infimus
Josephus Aaron Iudaeus.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1720 December Nrs. 45.

Ezen ügy irataihoz csatolva van még egy Holitscher Dobris nevű asszony írta olvashatatlan levél ddto Nikolsburg 1720 november 24.

191.

Bécs 1720. december 5. A magyar udvari kancellária kéri a budai magisztrátust, hogy a nála letétben levő Hollitscher és Abels-féle váltókat nyugta ellenében kiadja József Áronnak.

Prudentes etc.

Salutem etc. Qualem Hebraeus Josephus Aaron Suae Matti Smae Dno Dno Nro clementissimo, denuo humillime introporrexerit instantiam, ex acclusis uberius percipient; tenore cujus siquidem exponeretur, praescitas literas Cambiales erga priores ex officio pariter scriptas literas nostras in sequestrum sumptas, praefati Hebraei praetensionem, contra Lebel Hollitscher et Wolfgangum Abels liquido habitam non adaequare; adeoque earum memorato Instanti in defalcationem praeattactarum praetensionum tuto etiam extradare posse existimaremus. Idcirco praelibatis Dbus Vris ex officio hisce intimand. esse duximus, ut si quid solidi eatenus in contram non haberent antelatas Cambiales literas

pro desumendis etiam residuis 677 fl dicto Hebraeo Aaron erga tamen sufficientem eo in passu dandam quietantiam extradari et consignari faciant. In reliquo etc. Datum Viennae Austriae die 5 Men decembris.

Magistratui Civitatis Budensi.

N. B. Memorial cum allegatis
accludatur

Mátyás.

O. L. Ad Conc. Exp. 1720 December Nrs. 45.

192.

Bécs 1721 február 11. Az udvari kamara felkéri a magyar kamarát, hogy a pozsonyi pénzverdébe ezüstöt szállított Bürgl Joachimnak fizesse ki az ezért még járó pénzt, vagy ha eziránt valamely akadály fennforog, tegyen erről jelentést.

Illustrissime, Spectabiles ac Magnifici etc. etc.

Iudaeus Joachim Bürgel nuncupatus jam sub decursu aliquo annorum graviter querulatur, quod pretium argenti adhuc in anno millesimo septingentesimo decimo, ad Domum Monetariam Posoniensem administrati in aliqua sui parti, sibi exolutum non esset; Et licet Camera haec Aulica de statu negotij hujus notitiam non habens, Regiae Camerae Hungaricae, Instantias iteratis vicibus catenus porrectas, transmiserit; Nescitur tamen unde sit, quod nec Informationem de super habere, sed nec scire possit cur praedictus Instans non exolvatur?

Cum autem Causa haec Justitiae et aequitatis administrationem concerneret, haec-autem tam bene Iudaeo, quam Christiano denegari non possit.

Hinc praetitulatas Dominationes vestras ex officio monendas, simulque amice requirendas esse duximus; Ut memoratum Iudaeum contentari facere, vel vero si quaequam obstacula adessent, desuper Cameram hanc Aulicam informare per hocque ansam ulterioris querelae tollere non graventur. In reliquo eandem Illustrissimam, Spectabiles etc.

. diu salvas et incolumes vivere desideramus.
Viennae die 11^{ma} february Anno 1721.

N. N. Sacrae Caesareae Regiaeque Mattis Praeses vice-
Praeses ac reliqui Camerae Aulica Consiliarij.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1721 Februarii 11. L. erről még Ben.
Res. Sept. 2.

193.

Bécs 1721 március 7. Az udvari kamara felkéri a magyar kamarát, hogy Schlesinger Farkas és Ujvary József, pécsi harmincados közt igazságtalanul lefoglalt áru miatt fennforgó és már régóta húzódó ügyben végre ítéletet hozzon.

Illustrissime, Spectabiles etc.

Communicatur rursum sub A., et B: Hebraei Wolfgangi Schlesinger Instantia, et respective Domini Christophori Zennegg, Regiae illius Camerae Consiliarii, et Inspectoris Budensis data hic Viennae Informatio; qui dictus Hebraeus Causae suae et motae liti, contra Quinque-Ecclesiensem Tricesimatorem Josephum Ujváry, in facto (uti asseritur) iniquae contrabandationis tandem aliquando finem imponi efflagitat; Et non immerito, quia antelatus Ujváry, per ipsum protelationem eluclari, et contra se vigentia argumenta, studiose illudere meditatur; Uti ex ipsis coram hic instituta Comissione personaliter Hebraei rationibus non obscure observari potuit; Manebit tamen usque ad praetitulatarum Dominationum vestrarum secuturam Informationem, item votum, ac opinionem verissimile hoc iudicium in suspensio; Alter vero, nimirum Dominus Zennegg ad suppeditatam Regiae Camerae hac in materia Informationem se se provocando, casum hunc factae contrabandationis ex ea bene ruminatum, et discussum facile decidi posse opiniatur.

Quapropter Illustrissimam, Spectabilis, ac Magnificas, Generosasque Dominationes vestras denuo peramice requirimus, velint ad ferendam sententiam haud gravatim progredi, Eandemque Caesareae Camerae Aulicae propediem

transmittere; Quas in reliquo diu salvas et incolumes vivere desideramus, Viennae 7^{ma} Martii Anno 1721.

N. N. Sacrae Caesareae Regiaeque Mattis etc.

Kivül: In negotio Iudaei Schlesinger Causae, contra Dom. Ujváry Tricesimatorem Quinque-Ecclesiensem morae finalis determinatio ad Cameram Aulicam submitti desideratur.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1721 Martii 7. L. ehhez még Ben. Res. 1721 Maji 17.

194.

1721 március 11. Plaukenhagen János hadnagy kéri az udvari kamarát, hogy Mózes Alexander, pozsonyi császári aranyválasztónál levő 1300 forintnyi követelése behajtásánál segítségére legyen.

Hoch: Löbliche Kays: Hoff Camer.

Gnädig und Hochgebiettendte Herrn Herrn.

Esz würdt Eüer Hoch gräfl. Excell: und Gnaden ohne deszen sich gnädigst ausz meiner schon unteren 3. Xbris anni elapsi producierter Bitt und Klagschrift zu erindern wissen, Wie betauerlich und wasz langer Zeith ich desz meinügen, dem Moyses Alexander Juden, Kays. Goldschaider in Preszburg auf sein so Instandiges anlangen und Biten dargeliehenen Capital der 1300 fl — dato mit (?) [nit] habhafft werden khönen, auch wie Ersagter Judt durch seine Zwey mir zu einen unterpfand gegebene Säckhel mit seinen lauth Recognition C. zu viloudern*) gebracht.

Wann nun aber Eüer Hoch Gräfl. Excell: und Gnaden (wie ich vernomben) schon Würckl. untern 10 Xbris a. 1720 die gnädige verordnung dahin, dasz eine hochlöbl: Ungerische Hoff Camer super hanc causa ihren Bericht ganz fürdersam Ein schickhen sollen, haben ergehen lassen, ein solches aber noch zu dato schwehrlich, noch garnit geschehen: mithin ich meines ausgelegten Capitals

*) filouter. francia szó = megcsalni.

so wohl, als des mir darvon gebihrenten Ehrlichen Zinses, und von tag zu Tag nur einer hoch anwaxendten Expensen nit habhaftig gemacht werde,

Alsз gelangt an Euer Hoch: Gräffl. Excell. und Gnaden mein nochmahlig gehorsames widerholtes Bitten, dieselbe geruhen in hohen Gnaden Ermelte gnädige Verordnung mehrmahlen ganz nachdruckhsambst zu wider hollen, und anbey Euer besagter Hochlöbl: Camer aufzuerlegen, dasz ich unverziglich von dem Juden Moyses Allexander meine gänzliche Contentierung, auch ein mahl Erlangen möchte, und zwar zur Versicherung dessen, weillen Er Judt unwissend meiner des Arrests Entlassen, die nit Entweichung des Arrests gnädigst zu ertheÿlen, und Eine Erforderung an zu ordnen, Zu gnädiger gewehrung dessen mich Befehle

Euer Hoch: Gräffl: Excell: und Gnaden

unterthönig: gehors.

Ernst Johann v. Plaukenhagen
gewester Leutenant.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1721 Martii 11, Augusti 29, Septembris 18, 24, 28 et Decembris 12.

195.

Királyfalva 1721 június 14. Gróf Pálffy János, felesége és leánya igazolják Michel Simon feleségének, az úgynevezett „szép zsidónő“-nek előttük tett nyilatkozatát.

Wir Endes unterschriebene bekennen hiemit, dasz die so genannte schöne Jüdin, des Juden Michael Simon in Preszburg Ehe Weib, vor uns freÿwillig sich erkläret, und gesaget, dasz Sie von meinem Hoffrichter, den Christoph Berno, Ihre Ihm Versetzt, und Versiegelt behändigte Pfänder zu der Zeit der Auslesung, und Eröffnung dererselben, mit ganzen und unverletzten Petschafft empfangen, solche selber geöffnet, bey Eröffnung aber eine Schachtel herausgenohmen und solche in den Sack gesteckt habe, darinnen ihrem damahligen sagen nach eine goldene Ketten solle

gewesen sein. Worüber wir zur wahren Beglaubung dessen gegenwärtige Testimonials mit Hand und Pettschaff bekräftigter Von uns geben. Königsaden, den 14. Juny. 1721.

L. S. Johann Graff Pálffy.

Theresia Gräffin Palffin
gebohrne Czoborin.

L. S.

Maria Anna Gräffin Prschehorzowsky,
gebohrne Gräffin Pálffy.

L. S.

O. L. Ad Conc. Exp. 1721 Julius Nrs. 70.

Specificatio Argentariae apud Dominum Joannem Christophorum Berrno in pignorum habitae.

Primo. Septem anuli partim adamantei partim rubinei.

Secundo. Una catena Aurea quinque Lapidibus pretiosis exornata in quibus purum aureum crescere solet.

Tertio. Ex adamantibus unum par inaurium, vulgo fülben való násfa.

Quarto. Duo ordines margaritarum specialium orientalium.

Quinto. Unus anulus ex puro aureo, qui siquidem tempore desponsationis eidem datus est, aestimat ad flnos 150.

Sexto. In una Cistella argentea 30 uncias in se continente deaureata haeres seorsive obsigillatae repositae erant.

Lecta et correcta per eundem V. Comitem etc.

O. L. Ad. Conc. Exp. 1721 Julius Nrs. 70.

196.

Bécs 1721 július 10. Viczény Mihály elad a bécsi Oppenheimer Löwnnek 100 hordócska sajtátermésű bort à 105 frt, vagyis összesen 10.500 frtért, mely összegre kapott készpénzben 3093 frt 46 krt, a többit váltókban.

Demnach Ich Endesgeferttigter dem Kayserl: Hoff Juden Herrn Löw Oppenheimber von meinem Ao 1720 ge-

machten Ainhunderth und fünfzig Antelack Tockhäyer aus-
 bruch Wein Ainhunderth Antelack in aufrichtig- und ge-
 rechter güte jedes Väszel oder Antelak pr. einhunderth fünff
 Gulden, so in einer Summa Zehen Tausend fünff hunderth
 betraget, Käufflichen überlassen- auch sothane Wein mir
 auf folgende Weisz würrlichen Bezahlet hat; Nemblich
 und Zwahr Erstlichen: Habe ich von obgedachten Herrn
 Löw Oppenheimer drey, von den Herrn Thomas Venton
 aus Cracau an seine Ordre ausgestellte Sola Wechselbrief,
 sambt Interesse und denen darzu gehörigen Protesten und
 von seiner aigenen Handt gefertigten Cessionen zu meiner
 freÿen Disposition übergebenermassen richtig empfangen,
 Andertens: seÿnd mir auch von Ihme Herrn Löw Oppen-
 heinber meiner Summa drey Tausendt Sieben hundert
 drey und neuntzig Gulden 46 xr Baar und ohne den ge-
 ringsten abgang zu gezehlt und eingehändigt worden, also
 dasz die Summa obberührter Zehen Tausendt fünff-
 hundert gulden mit denen, in Sechs Tausendt Sieben hun-
 derth und Sechs Gulden 14 xr bestehenden drey Wechsel-
 brieffen völlig Bezahlet und completirt ist; Also gelobe, zu
 sage, und verspreche hiemit Bey meinen Ehren, Träuen
 und glauben in, Crafft gegenwertliger Obligation obberührte
 100 Antelack Koscher Tockhäyer Auszbruchs Wein, worunter
 auch zwey deren Essenz Begriffen seÿn müssen, von
 Heunth. Dato Innerhalb Zweÿ oder Längstens drey Monath,
 dem gemachten Accord gemäsz, anhero nachen Wien in
 des Hr. Käuffers Keller, ohne dessen unkosten und gefahr
 Franco und freÿ ein zu lieffern, in fall aber offft mentionir-
 ter Hr. Löw Oppenheimer mehrberührte 100 Antelack Wein
 entweder völlig oder nur deren etliche in seine zu Presz-
 burg habenden Keller abzuladen verlangen würde, so ver-
 obligir ich mich hiermit in optima Iuris forma, Ihme Hr.
 Käuffer die von gedachten Preszburg bis anhero nacher
 Wienn erfordernde Mauth gebührrüssen, fuhrton und andere
 umkosten, ex proprio zu bonificiren und zu refundiren. Im
 fall ich aber wieder alles verhoffen viel bedeutete 100 Ante-
 lack Wein zu obbemelten Termin in gut wohlgebundenen
 Väsern nicht gut und gerecht einlieffern würde, so ver-

binde mich gleich fals in bester formb Rechtens mehrangezogene in Wechselbriefen und baaren Geld empfangene 10500 fl von meinen Haab und Guth, so viel als hierzu von nöthen, ohne die geringste Exception Juris aut facti baar zu bezahlen, und ab zu führen; darwieder mich einige rechts wohlthaten, wie solche nahmen haben mögen, Insonderheit die in dem Königreich Hungarn habende Beneficien, denen ich hie mit frey willig renuncyre, im geringsten schützen noch schirmen sollen, können, noch mögen; Alles getreulich und ohne gefehrde. Uhrkund dessen meine aigenhändige nahmens Unterschrift und bey gedruckter Pelt-schafft's fertigung, so beschehen in der Kay's. Residenz Stadt Wienn d. 10. Julii 1721.

L. S.

Michael Viczéný.

O. L. Ad Conc. Exp. 1721 November Nrs. 13.

197.

Pozsony 1721 július 11. Auszterlicz Helena, férjezett Michel Simonné a magyar kir. kancelláriához fordul Berno Kristófnál, gr. Pálffy János udvarbirójánál elzálogositott és ott eltűnt ékszerének visszanyerése végett.

Excelsa Cancellaria Regia Aulica Hungca.

Domini Domini gratiosissimi.

Excelsae Cancellariae Regiae humillime repraesentare necessitor: Qualiter superioribus non ita pridem evolutis annis et temporibus ab Egrio Ioanne Christophoro Berno Excellmi Dni. Comitis Ioannis Pálffy (etc. etc. Tit) Provisore diversi ordinis summas pecunarias et quidem in Anno 1717 die 19. Iulii fl 500, Item Anno praescripto die 6. Aug. fl. 700 ac tandem Anno 1719 die 9. Martii fl 600 erga eidem in securitatem praescriptarum diversis temporibus levatarum summarum assignata per me seorsiva pignora ex variis Clenodiis et Argenterii constantia mutuo levare necessitata exstiti. Quas summas postquam in Anno proxime praeterito 1720 et quidem Mense Iulio Eidem

deponere taliterque mea pignora redimere voluissem, eumque in finem antelatum Christophorum Berno accessissem ea occasione quamvis bina 500 ut pote et 600 florenorum pignora erga depositionem deponendorum mihi restituisset, tertium tamen flnor. scilicet septingentorum restituere noluit, asserendo se nescire quonam per uxorem ejusdem eo tum absentem repositum exstitit. Et quia in eo quasi inter praedecarata bina 500 et 600 florenor-pignora in duobus saccis meo sigillo signatis comprehensa, tertium quoque septingentorum florenorum comprehendatur, antelatus Christophorus Berno habuisset scrupulum, hinc cum manibus meis eosdem duos saccos aperire et de frusto in frustum argentea vasa, et alia ibidem habita Glenodia ad mensam ejusdem exponere, juxtaque prae-manibus ejusdem habitam specificationem omnia perquirere debui, neminemque habendo, qui praescriba. Glenodia mecum Domum portasset, sicut mensae ejusdem exposita fuerant, ita per duarum circiter horarum spatium ibidem haeruerunt, tandemque adveniente meo servitore, certo corbi imposita, per eundem domum fuerunt deportata. Unde cum vidisset praefatus Christophorus Berno in praeattactis duobus saccis pignus florenorum septingentorum in certa argentea cistula comprehensum, nequiquam comprehendi, assecuravit me quam primum per uxorem ipsius exquisitum fuerit, mihi illico ad notitiam dare non intermitteret, quo erga depositionem deponendorum rehabere valeam. Hac assecuratione ipsius eo tum contenta, speravi me conformem eidem effectum indubie consecutum iri, evenisset tamen, ut post quatuor circiter septimanas pertoties fatum Christophorum Berno accessita, praedecaratum pignus nullo modo invenire posse, nec apud ipsum amplius existere, sed nec damnum per ejusdem sive occultationem, sive deperditionem mihi causatum refundere velle intellegere debui. Cum autem ejusmodi pignus levissimo praetio aestimatum ad minimum florenorum 1300 valoris fuisse certum esse; hinc ne me etiam in tot centenis florenis tam inopinate damnificari contingat, ad Dominum meum Terrestram Excelmum, utpote Dnum, Comitem

Nicolaum Pálffy Regni Hungariae Palatinum (etc Tit) meum humillimum sumpsi recursum, legalem assistentiam in eo casu, quo judicialiter ad rehabilitationem mei pignoris contra praefatum Christophorum Berno mihi praecedendum esset, a Sua Excellia demisse imploranda cujus Instantiae meae legalitate visa, dignata est Sua Excella consveti Lris Procriis mihi graose providere suscitatoque paritate Ar: 28. 1638. via Brevium contra annotatum Christophorum Berno processu praedecclaratum pignus judliter praetendere: Adveniente proinde per praecedentem Perillustrem ac Grossum Dominum Franciscum Sigraÿ Inelyti Cottus Poson. vice-Comitem contra memoratum I. in diem 16 Men. Decembris Anni proxime praeteriti 1720 pro revisione praespecificatae causae praefixo termino qualiter Procuratores partium per quatrduum in allegationibus desudassent, quales porro novem deliberationes judrias recepissent, ac tandem qualiter occasione praescripti termini negotium conclusum fuisset, quamvis processus series uberius remonstraret, interim pro majori negotii dilucidatione subsequencia jam judliter superata esse declaro.

.....

(Még négy főlíolapra terjedő, sürűn írt jogfejtegetések után a folyamodó zsidóasszony így fejezi be hosszú kérvényét:)

Jam ex quo processus contra eum ad pignoris ipsi dati, in specie, vel si ita nequiret in aequi valente fiendam restitutionem institutus, ea unica ex ratione, quod praeattactos duos saccos me intacte percepisse extra judliter, vel ut inaudio comprobaverit, Iurtumque una cum uxore sua desuper, quod eosdem saccos non violaverit extra assignata Eidem in iisdem duobus saccis contenta pignora plura non receperit, et illud quod per me actionaretur non occultet, deposuerit, impeditus haberetur; Ideo quamvis non ignorem adversus eundem Christophorum Berno, qua videlicet contra propriam et uxoris suae oris fassionem mille Testibus alias in Iure aequi parabilem coram exmisso Iudlium factam, contra confessata sui procuris, et denique contra processualiter per

me in contrarium factas praefatas deliberative etiam pro sufficientibus agnitas corporale iuramentum deponentem Lege haberi praescriptum processum in sacra sede promovendum; Quia vero certum est taliter instituendum processum infinitas molestias, gravesque et prorsus per me intolerabiles secum trahere expensas; hinc ne per hoc me evidenter damnificari contingat ad depraedicatam Excelsae Cancellariae Graam humillime recurro, et supplico praeallegatis rationibus meis in justam considerationem sumptis pro Iuris via ad acquisitionem praemissorum mihi pateat; digne-
tur primum et ante omnia depositum per saepius fatum Christophorum Berno et Conthoralem ejus jurtum cassare et tandem praedeclaratum mandatum Inhibitorium graose relaxare, taliterque ad acquisitionem mihi per praenomina-
tum Christophorum Berno sive deliberate, sive vero culpabiliter causati damni, Iudicem resolvere, viamque Iuris aperire. Pro qua Gratia maneo

Excelsae Cancellariae Regiae Hungcae

humillima vasalla

Helena Austerlicz,

Michaelis Simon conthoralis

in districtu Arcis Posoniensis

degens Iudaea.

Kivül: Praes. 11. Julii 1721.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1721 Julius Nrs. 70.

198.

Bécs 1721 július 18. A magyar kir. kancellária felszólítja Sigray Ferencet, Pozsony megye alispánját, hogy iparkodjék az Auszterlitz Helena, pozsonyi zsidónő és Bernó Kristóf közt egy zálogtárgy miatt fennforgó peres ügyet békésen elintézní.

Perillustris etc. Salutem etc.

Post nuper pro parte Egr. Christophori Berno expedi-

tum benignum, Suae Mattis Smae Mandatum inhibitorium, recurrit contra pars ejusdem Helena videlicet Auszterlicz Hebraea, Michaelis Simon conthoralis, et praeter alias ad obtinendam antelati inhibitorii mandati relaxationem, in medium adductas rationes, produxit etiam processum pro parte sui contra praefatum Christophorum Berno, ad rehabilitationem praesciti pignoris, mense Decembri anni proxime praeteriti coram Praetitulata Dne. Vra. institutum.

Ex cujus processus serie innotuit primo Regiae huic Cancellariae Hgco-Aulicae, partes ad rehabilitationem antelati pignoris, hactenus jam judicialiter et quidem in ipso merito coram Eadem Dne Vra egisse, dictaeque Hebraeae juramentum quoque penes libros suos mercantiales deponendum adjudicatum extitisse; quorum nulla omnino mentio illa occasione, ubi pars adversa pro praeattacto benigno inhibitorio Mandato recurrisset, coram nobis facta fuisset, quod ipsum etiam Praetitulata Dvra. facile advertere potuit, videndo illa, quae antehac coram se acta fuissent, ne quidem verbo in contextu praerecensiti inhibitorii Mandati attingi:

Et licet antelato processu eruatur, causam in aliis, quam praevis coram nobis expositum fuisset terminis substituisse, sed et juramentalis praefati Berno ejusque consortis fassio novissime coram Praelibata Dne Vra facta sub 13. octobris ejusdem 1720 anni per Iudlium et Iurassorem a consorte memorati Berno excepta et per procuratorem Par. A. juri exhibita multum differret, nihilominus tamen modo praevis petiti benigni relaxatorii mandati expeditione in suspenso reliquentes praetitulatae Dni vrae harum serie insinuandum esse duximus, quatenus rationibus et motivis ex praeadductis etiam ipsamet praenotata Dne vra respicientibus, inter partes praescriptas amicabilem dictae differentiae compositionem efficaciter tentare eandemque omni studio exoperari, ac tandem de successu ejus, vel in casu, quo nulla exoperari quiret, de eo quaenam partium se magis renitentem eatenus exhibuerit Regiam hanc Can-

cellariam informare velit. In reliquo etc. Viennae die 18. Men. Iulii 1721.

Do. Franc. Sigray V. Comiti Cottus Poson.

Iaszvicz.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1721 Julius Nrs. 70.

199.

Bécs 1721 július 21. A magyar kir. kancellária kéri Nyitra-megye hatóságát, hogy a szakolczai tanács által szentségtöréses lopás miatt bebörtönzött Schmule zsidó ellen folytatott eljárásról pontos és körülményes jelentést küldjön be.

Illmi. Rdimi etc.

Salutem etc. In acclasis communicamus quidnam Senatus Liberae ac Regiae Civitatis Szakolczensis respectu certi Hebraei Smulle nuncupati, ex Capiti Sacrilegi furti ibidem incaptivati ad Regiam hanc Cancellariam Hungco-Aulicam perscripserit.

Quo in passu, ut memorato Senatui intimari queat, quid ulterius cum antelato Hebraeo sit agendum, circa casum in praeannexis literis uberius deductum, genuinam et circumstantialiorem informationem nobis quantocyus submittere velint Praelibatae Dominationes Vestrae, Quas in reliquo etc.

Datum Viennae Austriae die 21 Men. Iulii 1721.

Cottui Nitriensi per postam.

Iaszvicz.

O. L. Conc. Exp. 1721 Julius Nrs. 72.

200.

1721 szeptember havában. Bürgl Joachim budai zsidó, a pozsonyi pénzverde volt szállítója újból kéri az udvari kamarát, hogy a követeléséből még hátralékos 250 forintot kifizessék neki.

Hoch Löbl: Kays. Hoff Camer.

Gnädig- und hochgebitende Herrn, Herrn.

Nachdeme Ich abgewichenen Monath Martii, Bey Euer Excell. undt Gnaden abermahlen memorialiter unterthänigst gebetten, damit mir mein alsz Eylff Jähriger gewesener Preszburggerischer Müntz Lifferant Wegen Anno 1710 geliffelter Silber von dassigen Münzambt noch auszständiger 250 fl einstens angewisen, undt bezahlt werden möchten. Haben Euer Excell., undt Gnaden, hierüber die Hungar. Camer umb Bericht zu vernehmen, durch allbereiths zwey abgeschickhter Decrets-Befehl, mir gnädiger Vertröstung gegeben, allein ausz dessen ermanglung ich mehrmalen eine lange zeith hindurch ohne Effect aufgehalten worden Alszt gelangt an Ewer Excell. undt gnaden, mein widerhollendes unterthänigstes Bitten, esz geruehen dieselbte, der Löbl. Hungar. Camer den abgeforderten Bericht füdersamb zuerstatten, ausz hohen gnaden anzubefehlen; der ich mich zur gnädigen fiat allerunterthänigst gehorsambst empfehle.

Ewer Excell. undt gnaden.

Allerunterthänig gerhorsambster

Joachim Bürgel

ofner Judt.

Kivül: Inclytae Regiae Camerae Hungae pro Informatione; item voto, ac opinione; ejusdemque jam antehac petiti sentimentis admaturatione, amice communicandum.

Ex consilio camerae Aulicae

Viennae 2. 7bris 1721

Joannes Georg: Strobel

de Adelheimb.

O. L. Ben. Res. 1721 Septembris 2.

201.

Bécs 1721 szeptember 2. A magy. kir. kancellária értesíti Szakolcza város tanácsát, hogy a szentséges tárgyak lopásával vádolt Schmule zsidó elleni törvényes eljárás csak az ő jurisdictiója alá tartozik.

Prudentes etc. Salutem etc. Respectu Hebraei Smulle dicti, furto Sacrarum rerum impliciti, sequentia rescribenda habuimus, ut ex quo idem Hebraeus ante suum in Liberam et Regiam istam Civitatem Szakolczensem ingressum, necdum fuisset per Iudlium Incliti Cottus Nitriensis arrestatus, neque titulo duntaxat hospitii in praefatam Civitatem deductus, verum per Magistratum Civilem in modofata Citte, per consequens loco Iurisdictionis eidem indiscutabiliter competentis comprehensus et incarceratus existat; Praetitulatae Dominationes Vestrae contra eundem Hebraeum velut ad iurisdictionem Earundem pro recipiendo Iudicio legitime pertinentem servatis de jure servandis procedant sibi que eo in passu incumbantia agant. In reliquo etc. Datum Viennae. Austriae die 2. Septembris 1721.

Magistratui Cittis Szakolczensis per postam.

Chvatalides.

O. L. Conc. Exp. 1721 September Nrs. 70.

202.

Bécs 1721 szeptember 12. III. Károly intézkedik, hogy úgy mint a szab. kir. városok, a magyarországi zsidók is minden összehívandó országgyűlés alkalmával már előre is bizonyos országgyűlési taksát fizessenek.

Carolus VI. divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus etc. etc.

Spectabilis ac Magnifici et Egregii Fideles nobis Dilecti.

Quandoquidem ea esse mens et intentio nostra, ut pro comitiis in regno nostra Hungariae celebrandis status et ordines breve convocentur. Hinc fidelitatibus vestris vigore

praesentium benigne committibus et mandamus, quo videlicet ratione dietalis taxae per liberas regiasque civitates nostras solvendae congruas mature faciant dispositiones eoque sint intentae, ut intellecta hac benigna voluntate nostra quaelibet praedictarum civitatum in sortem defalcationis sibi obventurae quottae in antecessum quidpiam ad aerarium nostrum solvat. Et quoniam ejusmodi comitiorum celebrandorum occasione judaei quoque in ditone praedicti regni nostri commorantes ad Taxae cujuspian pro ratione status circumstantiarum limitandae solutionem obligentur: proinde in hoc etiam passu fidelitates vestrae diligentem adhibebunt operam, ut ex ejusmodi per judaeos solvenda taxa antequam status et ordines convocati fuerint, quidpiam desumatur per hocque aerarium nostrum regium allevietur. In hoc enim benignae menti et voluntati nostrae satisfiet. Dabantur in civitate nostra Viennae, Die 12 mensis Septembris 1721.

Carolus.

Pr. Franc. Comes a Dietrichstein.

Amandatum etc.

Johaanes Jacob Comes a Lövenburg
Georgius Száraz.

Quatenus occasione comitiorum in Regno Hungariae celebrandorum in ratione Dietaliae Taxae per Liberas et regias civitates, item et judaeos in eodem regno Hungariae commorantes solvendae quidpiam ad aerarium regium in antecessum solvatur benigne praecipitur.

Orsz. Levélt. Index Ben. Res. 1721. fol. 148.

203.

1721 szeptember 18. Alexander Mózes, a pozsonyi pénzverde arany- és ezüstválasztója, védekezik Plankenhagen Jánosnak ellene emelt vádjá ellen és viszonyvátat emel Plakenberg ellen.

Inclytum Caesareo-Aulicum-Camerale Consilium,
Domini, Domini et Patroni Gratosissimi.

Ut eo magis in Causa et Negotio Dni Ernesti Joannis Plankenhagen contra et adversus me moto ab initio usque ad finem plenariam praetitulatum Inclytum Camerale Consilium informationem habere possit praesentibus Scripto ipsam speciem facti, cum deductione omnium Circumstantiarum declarare, et Eidem Inclyto Camerali Consilio, absque tamen unius vel alterius honoris, et fide Dignittis Laesione, ac meo praejudicio representare praesumo. Qualiter antehac praedictus Dnus Plankenhagen diversis vicibus per ferme octo annos erga 12 percentum Interee, ex post vero per duos integros annos erga 10 percentum Angariatum praestandum Interesse ultra etiam 1300 fl ad impignorum Argentum ad unam Unciam solummodo 15 Grosos praestando mihi mutuasset, Medio vero tempore praescriptorum Annorum saepissime, bona semper fide agendo talis modi impignorum Aurum et Argentum in praesentia mei, et Perillris ac Grosi Dni Pauli Vödredy Domus Regiae Posoniens. Monetariae Zygostatae Provinciaeque Probatoris, et sui Dni Contholoris in praedicta Domo Monetaria mentionatus Dnus Plankenhagen liquefieri curasset et ubi talismodi liquefactum et per antelatum Dnum Zygostatam suo modo probatum Capitale memorati Dni Plankenhagen excedebat, eo in casu superfluitatem in Monetam redactam mihi praestitisset; Quod si vero in ejusmodi oppignorato Auro et Argento defectus quidam compertus fuisset, eundem defectum absque omni tergiversatione complanassem, adeoque non ut eundem Dnum Plankenhagen damnificassem, sed neque talem Intentionem habuissem, quinimo per debito tempore administratum ejusmodi Interesse non exigens ultra 1600 florenorum utilitatem comparassem, et eidem Emolumento fuisset. Tandem vero non considerato tum ejusmodi Beneficio, tum vero eo, quod semper Stalis temporibus praescriptum Interee usque videlicet Diem 7bris Ao 1719 praestiterim ita ut vix pro duobus mensibus simile Interee, restantiarius mansissem. Me in suam residentiam vocando ibidem in praesentia certi Aurifabri et Dni Leicht certum Aurum et Argentum eidem Dno Plankenhagen impignorum, per me in praesentia Ejusdem antehac obsigil-

latum, apperuisset, ac suum restans Capitale 1300 florenos in Simul computatum confestim deponendum adursisset, ubi tamen tam subito idem deponere nequidem, apud eundem institissem, quatenus idem Aurum et Argentum in hacce Domo Monetaria Poseniense Modalitate per prius saepius practicata liquefieri et in Monetam redigi facere, ad eoque se se contentare vellit, et ne fors emergientem Defactum complanaturum spopondissem, verum tam sincera et justa Instantia et oblatione mea minime curata, per vigilias hujus Liberae Regiaeque Cittis Poseniensis me ad Domum ejusdem Civitatis praetoriam in grave Praejudicium hujus Inclytae Camerae Hungaricae Jurisdictionis (sub qua licet indignus existerem) ac non leve Damnum meum, ac Debilitationem crediti mei, ob suspicionem (quod eidem Argento exusto plumbum comixtum fuisset) non citatum sed neque Juris ordine convictum, ac talis modi defectu minime comperito via facti, in Arrestum deduci facere nihil pensi duxisset, post aliquot vero Dierum intervallum me per praedictas vigilias ad praespecificatae Civitatis Dominum Judicem ducto, et praesente ibidem existente iterato ejusmodi Argentum per Aurifabros revideri fecisset, occasione cujus denuo praefatam Instantiam et Oblationem meam reiterassem, sed neque eorum quoque praescripta Instantia, et oblatio mea apud eundem Locum sortiri potuerat, hinc iterato in priorem Arrestum, inde vero ad arcem Stomphensem deductus ac octodecim Septimanarum squaloribus cum non exiguo Damno meo, Profusione Expensarum, Debilitationeque Crediti mei ac Neglectu, secundum obligationem meam, Negotiorum meorum affectus fuisset. Ac ne fors etiam in praesens usque in ejus die Arresto detinerer, si non Inclytum Hungaricum Camerale Consilium ex speciali sua gracia se se medio praetitulati Dni Zygostatae, interposuisset et sufficientes fide jussores statuissem; quibus itaque taliter actis et factis non obstantibus praedeclaratis Instantiis et oblationibus, quin imo minime attento Suae Excellentiae Palatinalis Gratoso Mandato (quatenus in praedicta Domo Monetaria idem Aurum et Argentum liquefacere, et inde suam Contentationem praestolari noverit) contra positivas Regni

Leges (cum non aliter etiam specialiter Privilegiatis Suae Mattis Ssmae Auri et Argenti quaestoribus nisi prius, ex in Regno hocce ad rationem Suae Mattis Ssmae coemptis Auro et Argento Tertialitas ad hanc Domum Monetariam administretur, eductio ejusmodi Auri et Argenti licitaretur) extra Regnum Viennam ad Domum quidem Altefatae Suae Mattis Ssmae Monetariam, idem Pignus, et quidem primo, in exusto Argento 45 Marc: et 13 unciar: Secundo, in duobus frustris Plumbi unius Librae, et septem unciarum. Tercio in confracto Argento deaurato, 11 Marcar; et 15 unciar: Quarto in Auro 5 unciar: et 1 d. quae omnia in simul computando facerent 968 uncias, et 1 d. prout id ipsum ex ejusdem Domus Monetae Literis Testimonialibus liqueret, attulisset, et idem Aurum et Argentum in Monetam, me absente, et minime consentiente aut sciente redigi fecisset; ex quibus itaque non leves Circumstantiae, Rationes, et Argumentae me enodantia, et memoratum Dnum Plankenhagen aggravantia manifesta evenirent. Et quidem ex eo quod idem Dominus Plankenhagen ultra legale sex percentum percepisset Interesse, et quod ad idem Pignus praespecificatam summam, non vero ad Personam meam aut meam substantiam mutuasset: et quemadmodum emptos debet esse cautus, ita et creditor ad Pignus mutuans Pecuniam aequae cautum esse debere manifesta sequeretur consequentia, sed et debitum ordinem transgrediendo me absente ac ne utiquam sciente minus consentiente, et quinimo non curata praedecarata tam sincera, et Justitiae conformi Instantia et oblatione, contraque expressum suae Excellentiae Palatinalis Graviorum Mandatum in Loco incompetenti (salvo nihilominus praefatae Domus Viennensis Monetae Honore, et fide dignitate illibatae permanente) talismodi Pignus in Monetam redigendo, per hoc juxta libitum sibi jam satis fecisset, duplici enim via nemini licitum esse sibi satisfacere, cum itaque praefatam viam amplecti eidem placuerat, placebit itaque ex ipsius incauto ac hinc fors emergens Damnum patienter tollerare; Nam etsi enim qualitercunque ejusmodi Auro et Argento privatus fuisset exinde proveniens

Damnum non ego, sed Dnus Plankenhagen sufferre debuisset, eadem proinde praemissi esset ratio, siquidem volenti non fieret Injuria, cum in hacce Domo Monetaria Poseniensi, director adfuisset via, et inibe ne in minimo damnificatus fuisset, siquidem aequae eadem fide dignitate praedicta Domus Monetaria Poseniensis gauderet, nam prout aliis Creditoribus, nec praementionato Dno Plankenhagen nulla injuria illata fuisset, Utrum autem ea in parte eadem Testimoniales praedecaratae Domus Monetariae Viennensis rationi conformiter emanatae sint Inclyti Cameralis Consilii sublimi submitto Iudicio, siquidem eadem Domus Monetaria Viennensis nec meae Personae, tanto minus sigilli mei Notitiam haberet; Quod vero eidem exusto Argento comixtum fuerat plumbum, hoc nihil referret, siquidem quolibet uncia non solum 15 grossos, verum potius superflue exportasset, adeoque ea in parte se defraudatum esse minime evaderet. cum non plus quam 15 grossos toties fatus Dnus Plankenhagen ad unam unciam mihi mutuasset, ac semper impignorandum Aurum et Argentum in praesentia ejusdem Dni Plankenhagen ponderassem et obsigillassem, prouti actu etiam Billancia mea apud Eundem existeret. Aurum vero ab Argento absque comixtione Plumbi seperari distingve, et purificari nequire clarum esset; cum autem ego in tali functione constitutus existerem, idipsum facere mihi integrum esset. Quod vero eidem simile Argentum Plumbo comixtum oppignorassem, genuina ea esset ratio, cum aliud Pignus praeter praespecificatum Argentum jam ad ejusmodi Separationem et Distinctionem paratum et ordinatum eorum non habuissem, ideoque compulsus necessitate etiam illud Argentum Modalitate praedecarata oppignorare debueram per hoc tamen eundem Dnum Plankenhagen ne in minimo quidem defraudare satagissem, nam si ejusmodi Intentionis fuisset etiam autecedenter talismodi Intentionem in effectum deducere potuissem, ubi subinde quidam Defectus Subortus fuerat, verum semper bonis modis (uti jam praemissum esset) similem defectum complanavi, adeoque ex praemissis ex parte praefati Dni. Plankenhagen de praesupposita fraude

et Dolo nullatenus argui valerem: et denique, si hoc praedecarata tam evidentia nihil operarentur, accederet ad hoc, quod juxta coram praelibato Dno Zygostata factam oralem fassionem suam pro quibuslibet 15 Grossis unam Ūnciam praedictae Domui Monetariae Viennensi in cruda Materia et in ipso pondere administrare debuisset, cujusvis vero pondus circiter 1733 uncias exportaret, et si tamen non concesso talismodi suam fassionem (Quod tamen ne utiquam contra fide dignam praefati Dni Zygostatae factam relationem facere valeret) revocare, et ad unum florenum coram Inclyta Comissione Camerali declaratum reducere posset, debuisset itaque, non praemissas 968 uncis, verum 1300 uncias administrasse. Sed cum nec taliter et in tanto pondere praescriptum Pignus illuc administrasset, non exiguus Ponderis Defectus evaderet, et denique coram praetitulato Dno. Zygostata fassus est, quod totum meum Pignus Sigillo meo semper obsigillatum fuisset, et nihilominus extra ejusmodi obsigillatum Pignus adhuc 4^{tuor} Cogliaria*) Argentea et ad Cingulum aptum Argenteum Ornamentum apud praedictum Dnum Plankenhagen reperta essent, quomodo et qualiter illaeso sigillo meo ad manus suas devenire potuerant, mihi persvadere non possum, Si enim alia occasione eadem oppignorassem, adesse deberet eatenus specialis specificatio, et obligatio, adeoque ejusdem Dni Plankenhagen putative praetensio minime Locum haberet, ac ob ejusdem impetitione praemissae Circumstantiae, Rationes et Motiva me enodarent, e contra vero memoratum Dnum Plankenhagen, ideo quod ultra legale Sex Percentu Intereae levasset, meque in vilipendium Inclytae Camerae Hungaricae Authoritatis et Jurisdictionis indebite arrestari fecisset, praespecificatumque Aurum et Argentum extra Regnum exportasset, ac Sigillum meum violasset, tum vero aliae Circumstantiae, Rationes et motiva aggravarent. Quapropter praetitulato Inclyto Camerali Consilio humillime supplico, quatenus dignaretur praedecaratas et superius uberius deductas circumstantias, Rationes et motiva tam evidentia in debitam consideratio-

*) Cochleare = kanál.

nem Gratiose sumere et ea (quae Iustitiae et aequitatis for-
rent) decidere. Quam Gratiam praestollaturus humillimis
iisque indignis obsequiis meis promereri adnitar, maneo

Inclyti Cameralis Consilii

Humillimus et indignus servus
Moyses Alexander Privilegiatus
Auri Argentique Administrator
et Separator in Regia Domo
Monetaria Posoniensi constitu-
tus.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1721 Septembris 18.

204.

*1721 szeptember 24. Plankenhagen János öreg hadnagy pa-
naszkodik, hogy a követeléséből neki bíróilag odaítélt 586
forintból Alexander Mózes adósa még semmit sem fizetett
és ezenfelül a pozsonyi pénzverde felügyelője még pártját
is fogja.*

Hochlöbliche Kays: Hof-Cammer,

Gnädig-Hochgebietende Herren, Herren.

Euer Excell: und Gnaden fernerweit wegen meiner an
den betriegerischen Juden Alexander Moyses, bisherigen
Gold-scheider bey dem Königl Müntz-wesen zu Presburg,
habender Schuldforderung und darobführender 3 jährigen
kostbaren Rechtsfertigung, in Unterthänigkeit und tiefsten
Respect anzugehen, sollte zwar und wolte auch herzlich
gerne, ein Bedenken tragen, weilen ich deszwegen schon
so verschiedenbeschwert; Sintemalen aber mich hierzu noch
weiter die höchste Noth antreibt, aus folgenden Ursachen,
daz zwar Eine lobl. Königl-Hungarische Cammer den red-
lichen Ausspruch gethan, daz mir ernanter Debitor 586 fl
zu zahlen schuldig sei, auch zahlen solle, und obwohlen
ich hierdurch nicht nur deren a tempore litigii verfallenen
Land-üblichen Interessen, sondern auch, welches ich als
ein alterlebter in das 80^{ste} Jahr ansteigender Mann, mit

gutem Gewiszen betheuern kan, an ausgelegten Rechtskosten über 300 fl verkürtzet werde, so habe doch mich, nur in die Ruhe gesetzt zu werden, und meine noch übrige Lebens-Tage, nicht zum ärgerheben Zanck und Streit, sondern alleinig zu dem Dienst Gottes, und Heyl. meiner Seelen eýferigst anwenden zu können, mit sothanem Ausspruch befriedigen zu laszen, keinen Anstand gemacht, wohl aber auf dessen nur durch den Hr. Kammer-Secretarium mündlich beschenehen Vortrag, gegen Eine Löbl. Königl. Hung. Cammer, mich schriftlich erkläret, das besagter mein Schuldner, Jud Alexander Moýses, mir sothanes adjudicirte Quantum in Zweý kurtzen Terminen zahlen solle, allein nachdem auf solches mein billigmâsziges Gesuch in geraumer Zeit keine cathgorische Resolution erhalten können, sondern vielmehr zum Gegentheil auszergerichtlich erfahren, dasz der gottlose Jud mit weit hinaussetzenden- und in gar kleinen Quantis bestehenden Termini, deren Endigung vielleicht weder ich noch er erleben möchten, mich fürterhin muthwillig heumbzuführen — auch wohl gar, wann er von seiner bisherigen in der Kays: Müntz gehabten Arbeit ledig und losz wird, die flucht zu nehmen, mich gar umb das sauer erworben meinige zu bringen, und mir das leere Nachsehen zu laszen, gedenkt; Habe zu Euer Excell. und Gnaden jüngsthin meine nochmalige Zuflucht genommen, und unterthänig gebetten: Selbste Euer Löbl. Königl. Hung. Cammer besagten meinen boszhaften Schuldner in Personal-Arrest legen zu laszen, die gemeszene Auf-
lag zu thun, gnädig geruhen möchten, welcher gnädigen Decretirung ich zwar auch gewährt worden, jedoch leyder hierauf keinen Effect, sondern zum Gegentheil vernommen, dasz durch Latrocinirung des daselbstigen Hr. Müntz-Wardeins, welcher Ihn eben auch schon vor einem Jahr propria Authoritate des Arrests entlassen, da er Jud doch sich zu eliberiren und mit mir abzufinden, vom Wiener Juden Spitzer 500 fl. bekommen, solch aber nachgehends, als wieder in die freýheit gesetzter anderwärts distrahirt, er nicht eingesetzt werden solle, womit es also umb meine so nahmhafte Schuld-forderung höchst gefährlich steht;

Dieszemnach an Euer Excell. und Gnaden mein wiederholtes unterthänig-gehorsambst innständiges Bitten gelanget: Selbte geruhen an mehr wohlgedachte Löbl: Hung: Cammer die geschärfftere Aufslag ergehen zu laszen, wormit dieszer mein betriegerischer Schuldner Jud Alexander Moyses also gewisz und unverweilter sich anher nacher Wien auf eine des allernächsten gnädig bestimmende Tag-satzung, vor Eine aus Euer Hochlöbl: Kay's Hoff-Cammer angeordnete Comission persönlich gestellen solle, als im widrigen der Hr. Müntz-Wardein, welcher, wie aus dem bisherigen decursu zum Überflusz wahrgenommen worden, ihn zur Ungebühr schützet, aus seinem eigenen Seckel die gantze Schuld sambt Schäden und Unkosten zahlen: über eingelauffen- und behandigtes dieszes Rescribirung aber schleunigst ein Recipisse eingesandt werden solle; Welcher gnädigen Bitt-gewähr ich armer alter in Gefahr und tausend Sorgen, umb meinen ersparten Nothpfennig zu kommen stehender Mann mich zuversichtlich getröste, verbleibend

Euer Excell: und Gnaden

Unterthänig-gehorsambster
Johann Ernst Blankenhagen
Lieutenant.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1721 Septembris 24.

205.

1721 október havában. Skaricza Gábríel, kinek feleségét Mózes zsidó, a pozsonyi pénzverde szállítója, becsapta és kit a nádor, mint Mózes földesura, panaszával a magyar kamarához utasított, kéri most a magy. kir. kancelláriát, hogy panasziratát támogatólag az udvari kamarához áttegye.

Excelsa Regio-Hungarica Aulica Cancellaria,
Domini Domini Gratosissimi.

Non dedignabitur Excelsa haec Cancellaria ex demisso hicce accluso Memoriali meo gratiose intelligere: Qualiter-

nam certus quidam Palatinalis Iudaeus Moses nuncupatus plumbum loco Argenti me absente sub sigillo suo erga infallibilem per se brevi fiendam Relutionem in pignus conthorali meae dederat atque elocaverit, et in qualinam statu Falsarius ipse nunc existat.

Et quia idem Impostor ad Suae Mattis Scrmæ Poseniensem Monetariam Domum sub functione vulgo Lieferantii obligatus esse adstrueretur, concomitanterque Excellentissimus Dnus Comes Palatinus, alias ejusdem Impostoris Dnus Terrestris me cum mea causa ad Inclytam Cameram Hungaricam remisisset, hæc vero Inclyta Camera si per Excelsam Caesareo-Aulicam Cameram serio fuerit admonita, tanto celerius Sanctam Dei Justitiam juxta postulatum meum impertitura esset, praesertim, si gratiosa Excelsa hujus Cancellariae Recommendatio, seu Intercessio accesserit;

Hinc mea ad Excelsam hanc Cancellariam devolvitur humillima supplicatio: quatenus acclusum hocce demissum Memoriale meum ad praetitulatam Cameram efficaci sua Recommendatione mediante transmittere, et promovere gratiose dignaretur, Pro qua Gratia maneo.

Excelsae hujus Cancellariae

humullimus servus

Gabriel Skaricza,

Orsz. Levélt. Ad Con. Exp. 1721 October Nrs. 70.

206.

Pozsony 1721 október 9. A pozsonyi kir. kamara felszólítja Wertheimer Simsont, hogy miután a királyi rendelet folytán a behívandó országgyűlés költségeihez a zsidóknak is kell hozzájárulni, jelenjék meg november 6-án vagy ő, vagy kellően felhatalmazott helyettese a pozsonyi kamara előtt és fizessen ott le a zsidók által fizetendő 800 frt. türelmi adóból 200 forintot.

Salute praemissa.

Sacratissima Caesarea Regiaque Mattas Dnus Dnus Noster clementissimus, mediante benigna Resolutione sua sub Dato 12. praeteriti mensis 7bris Anni praesentis ad Regiam hancce Cram Hung. emanata, clementer resolvit, et Nobis demandarit, quatenus pro sumptibus occasione proximis promulgandae, et celebrandae Regni hujus Hungariae Diaetae necessariis superandis Taxa quoque illa Tolerantialis, ad quam omnes Iudaei in Regno hocce Hungariae commorantes praestandam obstricti, et obligati sunt, antequam hujusmodi Diaetalis Congressus Eordium [Exordium] suum sumat, ex parte Regiae hujus Camerae Hung. exigatur. Cum autem juxta subsecutam Limitationem Nram Cameralem Vos Verhaimber Iudaeus Nomine Praeattactae Taxae Tolerantialis octingentos florenos deponere debeatis.

Proinde altefatae Sue Mattis Ssmae Nomine Vobis serio comittimus, quatenus Vos in Persona, vel Medio hominis Vestr. ad antefatam Regiam hanc Camera Hungaricam comparere, ac Eidem plenam et absolutam Plenipotentiam attribuere noveritis; quo idem deputandus pro Die 6 novembris infallibiliter coram Regia hac Camera Hungarica respectu praeattactae Taxae reponendae Tractare, et concludere possit et debeat; Eo tamen cum Conditione quoque, quatenus in sortem praeviae limitatae Tolerantialis quottae medio fati Deputati sui pro praeattacto Termino Vos Verhaimer Ducentos flnos ad hujatem Cassam Bancalem pro certo administrare non intermittatis, ne casu in contrario Camera hac ad media Vobis minus grata Vos compellendi condescendere debeat. Ceterum bene valebitis Posony 9. 8bris Ao 1721.

N. N. Suae Cae Regaeque Mattis
Camerae Regiae Hungae Praeses et Consiliarii.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1721 Novembris 28.

207.

Óvár, 1721 okt. 13. Korponay Gábor jelenti a szepesi kamarának, hogy az óvári harmincad kerületében állandó lakással bíró zsidó nincs.

Inclytum camerale consilium, domini domini patroni gratiosissimi, colendissimi.

Humillimorum servitiorum meorum in gratiam illustrissimarum dominationum vestrarum demissam subiectionem. Ad gratiosissimas inclyti consilii litteras circa limitandos pro necessitate proxime celebrandae generalis diaetae Hebraeos scriptas, ac per me hodie magno honore acceptas, humillime repono: in districtu et circumferentia tricesimae huius Antiquavilensis nullum dari Hebraeum, qui fixam et stabilem suam haberet residentiam, imo nec alios per passum hunc transire, ex quo via haec ipsis non esset in usu, sed potius per Lubloviam suas solent tractare correspondentias. His demisse notificatis, me gratiae ulteriori demisse commendo et maneo inclyti cameralis consilii humillimus servus Gabriel Korponay m. p. Datum Antiquavillae die 13 Oktobris 1721.

Kivül: Praesentatum 24. Octobris 1721. Illustrissimis, spectabilibus ac magnificis, perillustribus ac generosis dominis dominis N. N. sacratissimae caesareae regiaeque maiestatis inclytarum Scepusiensi administratori caeterisque eiusdem et Hungariae camerarum consiliariis (Titulus cum pleno honore) etc. dominis dominis patronis gratiosissimis et colendissimis. Cassoviae. Zárópecsét helye.

Orsz. Levéltár kincst. oszt.-ban „A pozsonyi kamarához intézett levelek II. sorozat 12. csomó”. Szentkirályi György másolata.

208.

Bécs 1721 október 17. III. Károly király felszólítja báró Hochburg János Józsefet, hogy néhai János Domonkos fivérének adósságát, mellyel Leidersdorffer Izsák zsidónak, gróf Pálffy Miklós nádor alattvalójának tartozik, visszafizesse.

Carolus VI. etc.

Magnifice, Fidelis nobis dilecte. Demisse repraesenta-

tum extitit Matti nrae nomine et in persona Fidelis nri nobis sincere dilecti Spectabilis ac Magci Comititis Nicolai Pállfi ab Erdöd, praedicti Regni nri Hungae Palatini, Locumtenentis item, et actualis Consiliarii nri Intimi, qua certi Iudaei, Isaci Leidersdorffer nuncupati Dni Terrestris. Qualiter nimirum Frater cond. Tuus Magcus Ioannes Dominicus ab Hochburg virtute certarum de se datarum sextuplicis ordinis Schedarum Cambialium praeattacto Iudaeo semet in flor. 7325 et x. 4 Debitorem effecisset et insuper etiam erga suppeditandam certae quantitatis frumenti administrationem, a praedicto Iudaeo 4290 Flor. effective percepisset. Et licet equidem memoratus Frater Tuus, praenotatas summas cambiales, se in Terminis, in iisdem Literis uberius denotatis persoluturum, non secus frumentum quoque juxta initam eatenus conventionem se administrari curaturum, et in casu contrario exinde emersura etiam damna et expensas praeattacto Iudaeo semet bonificaturum obligasset; nihilominus tamen idem praememoratus Ioannes Dominicus Frater quondam Tuus vita sua comite, id dicto Iudaeo praestare neglexisset, eo vero damna fatis functo Tu quoque qua in Bonis Csókaköiensibus et consequenter oneribus etiam immediatus Ejusdem successor praerepetitae obligationi nequaquam satisfacisses, per hocque contra tenorem benigni Moratorii nri (quod utique ad mentem Arli 52 Anni 1715 novissimae Diaetae Poseniensis creditori per Debitorem de Capitali interea non periclitando sufficientem securitatem praestandam et currens interesse pro rato temporis administrandum innueret) saepefato Iudaeo Creditori debitam contentationem impendere nolles et penitus detrectares, non sine damno memorati creditoris admodum gravi et manifesto. Et tametsi quidem benigna Moratorialis graa. nra Tibi extradita esset, in eademque aliquam circa prorationem exolutionis similium Debitorum passivorum fiduciam Te habere posse sperares, attamen ea quoque veluti ad mentem praecitatae legis limitata et circumscripta, coram Iure non prius, quam praestati modo praevio sufficienti securitate Tibi suffragari valeret, imo potius Bona Tua in Executionem sumi debere non obscuro sensu permetteret.

Supplicatum itaque extitit Matti nrae nomine et in persona suprafati Comitis Palatini, qua (uti praemissum esset) toties repetiti Iudaei Creditoris Dni Terrestris, debita cum Instantia humillime, quatenus dicto subdito suo de congruo Iuris remedio clementer providere dignaremur. Cujus demissa, eaque aequitati consona Instantia benignitate Regia exaudita, clementerque admissa. Siquidem aliunde etiam ad mentem Arli 17. Matth. Regis Decr. 6^{ti}, quomodo se suosque quispiam obligaret ita onus ipse, suiue perferre deberent. Fratresque demum indivisi, qualis Tu in praedictis Bonis Csókaköiensibus cum praedicto Ioanne Dominico praetense Debitore esses, juxta dictamen Tit. 43. Par. Imae oper. Decr. Trip: ad sustinendam lucri et damni communionem obligati forent. Sed et gratia nra moratoria, non nisi praestita prius per Debitorem Creditori sufficienti securitate secundum exigentiam praecitati Arli. 52 Anni 1715 nemini Debitorum suffragari valeret. Iustitia demum communis, unicuique, quod suum esset, citra strepitum Iuris reddandum et restituendum juberet.

Eapropter Tibi harum serie benigne committimus et mandamus, quatenus bene perpensa moderna clementissima commonitione et voluntate nostra, praerecensita duarum classium liquida debita, juxta antelatarum Schedarum Cambialium, alteriusque demum conventionis circa praedictam frumenti administrationem factae tenorem, amicaliter complanare et exolvere, aut vigore praecitati Arli Novissimae Diatae Posoniensis, dicto Hebraeo Creditori de non periclitando debito ejusdem activo sufficientem securitatem monstrare debeas et haud intermittas. Ne casu in contrario memorato Comiti Exponenti ulterius quoque ne fors eo in passu ad Mattem nostram demisse recursuro, de et super congruo Iuris desumptionis videlicet antelati Debiti Remedio prospici necessum sit. Gratia in reliquo nostra Caesareo Regia Tibi propensi manemus. Datum in Civitate nra Vienna Austriae die 17. Men. Octobris A^o Dni. 1721.

Baro Ioannes Iosephus ab Hochburg pro parte Comitis Regni Hungae Palatini monetur, ut Iudaeo Isaco Leiders-

dorffer super certo Debito debitam satisfactionem impendere debeat.

Iaszovicz.

O. L. Conc. Exp. 1721 October Nro. 32.

209.

Bécs 1721 október 23. A m. kir. kancellária kéri a magyar kir. kamarát, hogy Skaricza Gábel által bevádolt zsidót letartóztassa és a tény kiderítése után méltón megbüntesse.

Illme Sples etc.

Salutem etc. Egregius Gabriel Skaricza qualenam actionem contra certum Posonii subsistentem Iudaeum Moses nuncupatum, ex eo, quod is conthoralem ejusdem certam quantitatem plumbi speciali quadam arte et adhibita industria in similitudinem exusti argenti delati et compositi loco argenti puri in pignus locando decipere attentaverit, taliterque falsarius existat, instituendum habeat Praetitulatis Dominibus Vris aliunde jam notum esse, non dubitamus.

Et siquid. antelatus Iudaeus tum qua Lifferantius circa rem monetariam, tum etiam ex eo, quod memoratum damnificatum respectu adipiscendae quoad premissa debitae contentationis et satisfactionis, Excellmus Dnus Comes Regni Palatinus, veluti praefati Iudaei Terrestris Dominus, qui alias, qua talis in eundem Iudaeum jurisdictionem exercendum haberet, ad Praelibatas Dnes vras remiserit, immediatae Inclitae istius Camerae Regio Hungcae jurisdictioni subesset, istius modique crimen impunitum relinqui haud valeret, sed et in dictum Iudaeum vel ex eo etiam gravius et celerius animadvertendum foret, quod monetariam quoque Domum Suae Mattis Smae tam turpi crimine suo commaculare non reformidaverit.

Eapropter Illmam etc. ex officio hisce requirendas esse duximus, quatenus perpensa delicti seu criminis praenotati gravitate saepefatum Iudaeum in persona comprehendi et detineri ac comperta in praemissis mera rei veritate eun,

dem condigna poena in aliorum etiam exemplum affici curare, taliterque etiam memorato damnificato debitam satisfactionem impendere haud gravatim velint.

In reliquo etc. Viennae die 23. octobris 1721.

Camerae Hungcae.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1721 October Nro. 70.

210.

Margitta, 1721 november 1. Forstner Lipót jelenti, hogy kerületéből az összes zsidók, az oláhoktól való félelmökben, Nagykárolyba és Nagy-Váradra vonultak vissza.

Praesentatum 6. Novembris 1721.

Inclytum camerale consilium domini domini etc. patroni gratiosissimi colendissimi!

Gratiosum inclýti cameralis consilii ratione investigandorum Hebraeorum humillime percepi: cuius tenori, ut me de obligatione accomodem, omnia omnino loca districtus mei, quae antehac Iudaei incolere solebant, ipsemet investigaveram, nullum attamen eo iam reperi degentem, siquidem omnes hinc inde existentes Carolinum ac Varadinum sese receperint. Et neque ob metum Valachorum isthic cum mercibus suis vagari consueverunt, minus, ut sibi inter eosdem figerent habitacula. Caeterum me gratiae demississime commendans persevero inclýti cameralis consilii humillimus demississimusque servus Leopoldus Forstner m. p. Margittae die 1^a Novembris 1721.

Kívül: Nro. 11.

O. Levélt. kincst. oszt.-ban „A pozsonyi kamarához int. levelek II. sor. 12. cs.” Szentkirályi György másolata.

Diósgyőr. 1721 november 6. Hilko György felterjeszti a szepesi kamarához a Miskolcz városában s ennek környékén tartózkodó zsidókról szóló jelentését.

Inclytum Camerale Consistorium!

Domini Domini et Patroni Gratosissimi.

Cum summe inclytum camerale consistorium cuperet, quatenus diligenter investigarem et connotarem, quot ac quales nominanter Iudaei, in quibus locis et quibus facultatibus pollentes, ac sub quorum dominorum terrestrium protectione in districtu et circumferentia domini huius et partibus eidem adiacentibus comorentur, eiusmodique specificam connotationem inclyto camerali consistorio submittebam: Eapropter inclyto camerali consistorio demississime repraesentandum esse duxi, addito meo sentimento, quid a quolibet exigendum sit.

Commorari oppido Miskoltz Iudaeos tres et nullibi in circumferentia. Unum in domo perillustis ac generosi domini Andreae Deöry Jacobum Bone sub protectione suae dominationis, qui erga conventionem crematuram exurit, et cum dominus Deöry arendator educillorum cauponarumque Miskoltziensium sit, toti oppido et iisdem educillis ac cauponis succurit, nulli quidquam solvit, alias nullas merces habet, qui solvere potest florenos Hungaricales viginti. Secundum Jacobum Iudaeum in fornice perillustis ac generosi domini Francisci Aszallaj, cui ab eodem annuatim solvit florenos Hungaricales sexaginta, hic diversas merces habet, et quaestum exercet, nulli quidquam alteri solvendo, ergo facile solvere potest florenos Hungaricales triginta sex. Tertium denique Jacobum Pap in fundo perillustis ac generosae dominae relictae condam Pauli Szepessi palinkam erga conventionem annualem pro parte suae dominationis exurent et omnibus educillis in suae dominationis bonis existentibus et habitis sufficit, nulli quidquam solvens, sed nec alias merces habet, hic solvat florenos Hungaricales quindecim. Super quibus dum ita inclytum camerale consistorium humillime informarer, me insimul gratiis

eiusdem inclyti cameralis consistorii demississime recom-
mendo, perseverando inclyti cameralis consistorii servus
humillimus Georgius Hilko m. p. Diós-Győr, die 6. Novem-
bris anno 1721.

Kivül: Praesentatum 28 Novembris 1721. Illustrissimis, spec-
tabilibus et magnificis, perillustribus ac generosis dominis N. N.
sacratissimae caesareae regiaeque maiestatis inclytarum regiae camera-
lis administrationis Scepusiensis administratori, ac regiae aulico-
Hungaricae camerae et praefatae administrationis respective con-
siliariis etc. etc. dominis, dominis et patronis gratiosissimis. Casso-
viae. Zárópecsét helye.

Eredetijét lásd a m. kir. O. Levélt. kincst. oszt.-ban „A pozsonyi
kamarához intézett levelek II. sorozat 12. csomó“. Szentkirályi György
másolata.

212.

*Bécs 1721 november 6. Gróf Pálffy Miklós nádor, mint
Márkus Hirschl zsidó földesura panaszára III. Károly király
megparancsolja felsősurányi Sigray Ferenc ítélőmesternek,
hogy Márkus Hirschl és Viczéni Mihály tokaji harmincados
közt vásárolt bor nemszállítása miatt fennforgó peres ügy-
ben rövid idő alatt bírói tárgyalást tartson és a megkárosít-
ott zsidónak törvény szerint elégtételt szerezzen.*

Carolus VI. etc.

Fideli nostro Egregio Magco Francisco Sigray de Felső
Surány p. praesentiae nostrae in Iudiciis Locumten. et Con-
siliarii nostri Protrio Salutem et Gratiam. Expositum est
Matti nostrae nomine et in persona fidelis nostri nobis sin-
cere dilecti Splis ac Magci Comitis Nicolai Pálffy ab Erdőd
praedicti Regni nostri Hungariae Palatini, qua videlicet Marci
Hirschl nuncupati Iudaei hic Viennae degentis Domini Ter-
restris. Qualiter Die 10. praeteriti Men. Iulii Anni nunc cur-
rentis infrascripti fideli nostro Egregio Michaeli Viczéni
Tricesimae Tokaiensis Administratore ab una et certo Iu-

daeo in hac Archi Ducali urbe Viennensi degente Löw Oppenheimber dicto partibus ab altera certam ineuntibus contractum, virtute ipsius antelatus quidam Iudaeus praefato Michaeli Viczényi Summam 10.500 partim in paratis, partim vero quibusdam Schediis Campsorialibus Thomam Venton quaestorem Cracoviensem obligationibus, ac per Eundem Michaëlem Viczényi penes Cessionales praescripti Iudaei acceptatis deposuisset, e converso vero idem Michael Viczényi centum urnas vulgo altolag dictas justae bonitalis vini Tokaiensis ex uvis passis confecti, ac in Anno proxime praeterito 1720 procreati, pro praedeclarata 10.500 florenorum summa vendidisset, manibusque ipsius tradidisset, et insuper ejusmodi vinum propriis Expensis huc Viennam vel Posonium intra duos, vel ad sumum tres menses semet administraturum obligasset et obstrinxisset, ac in casu eo, quod ejusmodi obligationi Suae satisfacere intermiserit, praefato Emptori plenariam ex Bonis Suis respectu praedeclaratae summae sibi impendendi facultatem attribuisset, in eumque casum omnibus Juris et facti Exceptionibus ac beneficiis renunciasset, prout haec ex producendo coram ubi opus fuerit praementionato venditionali Contractu uberius paterent. Et quamvis modalitate praescripta jam persoluto existente praedeclarati vini pretio memoratus Emptor nihil aliud quam conformem factae assecurationi satisfactionem sperasset, tantum tamen abesset, ut praefatus Michaël Viczényi obligationis suae immemor, nec praedeclaratas centum urnas vini Tokaiensis ad contractualiter praescriptum Terminum administrasset, sed nec alias Eundem Emptorem contentare voluisset. Cum autem medio tempore praespecificata ex praeallegato Venditionali Contractu emergens praetensio in praedeclaratum exponentem Iudaeum suo modo et cum omni eo Jure virtute Literarum Cessionalium coram pariter ubi opus fuerit producendarum devoluta fuisset,

consequenter judiciaria quoque ipsius prosecutio Eidem exponenti competeret; Vellet itaque Authore Te Iudice praefatum Michaëlem Viczényi Jure convenire ac praefato Iudaeo ipsius juxta vires ejusdem Venditionalis Contractus tam respectu summae Capitalis, quam usurar. ejusdem accersar. plenariam et adaequatam reali ac effectiva Executione mediante satisfactionem impendi ac administrari facere Lege Regni permittente.

Supplicatum itaque exstitit Matti nostrae nomine et in persona praelibati Exponentis debita cum Instantia humillime, quatenus Eidem de condigno Juris remedio clementer providere, Tibique desuper committere et mandare dignaremur, nec pateremur, Eundem justis suis in Juribus improvise destitui.

Cum autem Justa petenti non sit denegandus assensus, et alioquin etiam Contractus Venditionales, depositio pretii per emptorem facta, et ejusdem per venditorem apprehensio reiue venditae traditio perfectos et usu roboratos consequenter juxta Tit 62 Par. 1^{ae} nunquam retractabiles efficeret, ita ut postquam initi et taliter usu roborati fuerint, Partibus Contrahentibus juxta Reg: Juris 23 Legem ponerent, tamque stricti Juris essent, ut qualiter se quis ligaret, ita dictantibus ar: 17. Matth. Reg. Decr. 6 et Ulad. 1 ar: 38 Jur: stare, Judiciumque et Justitiam recipere teneretur, prout et enim prius voluntatis, ita exposit necessitatis esse deberent, nam quod semel placuit, amplius perhibente alia Juris Regula 21. displicere nequirent. In acquisitionibus porro liquidorum Debitorum (prout praesens esset) Expensae in litem erogatae per Iudices procedentes limitati, et creditoribus adjudicati praecipiente ar: 31. 1659. deberent. Cum porro ex praespecificata Capli Summa venditor lucrum caepisset, emptor vero eo quod depositae pecuniae nullum fructum percipere potuit, damnum sensisset, ejusmodi etiam

damnum emergens ad legale 6 per Centum Interesse, indulgente ar: 51 novissimae Diaetae Poson. reduci et damnificatis bonificari assoleret. Justitia denique communis unicuique quod suum est, reddendum ac restituendum praeciperet nec aliquem cum injuria tertii locupletiozem fieri permetteret. Ac denique Judicatus Tui in hac causa, tum ad implementum Contractus cum vero acquisitionem Debíti 1000 flor. exceden. tendente Pro ar: 28 anni 1715 stabiliret.

Pro eo Tibi harum serie firmiter praecipiens serio committimus et mandamus, quatenus acceptis praesen., rebusque sicuti praefertur, stantibus, seque habentibus in uno certo brevi eique competenti termino Partibus praescriptis superinde legitime eo quo Tibi commodius esse visum fuerit in confirmitate tamen arli 32 Anni 1681 praefigendo eorum exire, auditisque ambarum partium, vel earundem procuratorum allegationibus, propositionibus, rationibus ac responsis, admissis etiam quibuslibet legitimis probis ac documentis, et sic comperta in praemissis mera rea veritate Exponenti et per consequens sub protectioni ipsius existenti Iudaeo tam respectu Capitalis Summae, quam universorum ejusdem accessoriorum, in defectu paratarum pecuniarum, ex praespecificatis Centum Vini Urnis tanquam tacita hypotheca, aut aliis Debitoris facile in pecuniam convertibilibus bonis plenariam et adaequatam satisfactionem reali ac effectiva executione mediante administrare consuetasque Literas Testles futura Exponen. pro Cautela necessarias more consueti super totius per Te gerendi negotii serie extradare modis omnibus debeas ac teneris. Communi svadente Justitia, nec secus facturus, Praesen. Perlect. Ehiben. Restit. Datum in Cille nra Vienna, Austriae die 6. Men. Novembris 1721.

Chratalides.

O. L. Conc. Exp. 1721 November Nrs. 13.

213.

Szent-Miklós, 1721 november 9. Herkál Jakab felterjeszti a kamarához a szentmiklósi uradalom zsidó bérlőinek összeírását.

Praesentatum 14 Novembris 1721.

Inclytum camerale consilium, domini domini patroni gratiosissimi.

Gratiosum in negotio conscribendorum cum facultatibus suis Iudaeorum mihi directum decretum cum demissione accepi. Et si quidem in circumferentia horum bonorum Szent-Miklossiensium nulli Iudaei dentur aliis dominis terrestribus subiecti praeter arendatores in fato dominio Szent-Miklossiensi degentes; ideo eosdem et facultates ipsorum ad tenorem gratiosi decreti conscribendo, specificationem hisce acclusam inclyto consilio humillime transmissi. De aliis in dominio Munkacsiensi et in inclyto comitatu existentibus credo dominus provisor Munkacsiensis informabit inclytum consilium. Caeterum me gratiae demississime recomendo et persevero inclyti cameralis consilii humillimus servus Iacobus Herkál m. p. Datum Szent-Miklós, die 9 Novembris anno 1721.

Kivül: No 8.

Orsz. Levélt. kincst. osztály. „A pozsonyi kamarához int. levelek II. sor. 12. cs.” Szentkirályi György másolata.

Connotatio

Iudaeorum arendatorum in bonis regio-fiscalibus Szent-Miklossiensibus degentium in qualibus polleant facultatibus, quibusve beneficiis et commerciis utantur, singillatim in substratis rubricis genuine expositum habetur.

Nomina Iudaeorum	Pecora cornuta promiscue cum vaccis et iuvenis	Equi	Apum alvearia	Ollae crema- toriae	Vini vasa	Exercet annuatim semina- turam autumnalem et vernalem cubulorum
	No	No	No	No	No	No
Izraël Lazarovics in possessione Szolva degens	6	1	—	2	—	8
Abrahamovics Zelik in possessione Polana degens	4	1	—	1	—	4
Moskovics Hersch in possessione Pudpolocz degens	4	1	—	1	—	3
Abraham Hirskovics in Felső Vereczke degens	1	1	—	1	—	—
Jacobus Illiassovics in Alsó Vereczke degens .	13	1	8	2	6	12
Chaim Herskovics in possessione Holubina degens	2	—	—	1	—	5
Hassia Zelik in possessione Szent-Miklós degens	5	1	—	—	—	—

Observandum.

Ex praescriptis Iudaeis nullus exercet quodpiam commercium praeter Iacobum Illiasovics, qui cum vino exercet quaestum in Poloniam, poteritque idem ad Hungaricales florenos 30 annuatim limitari; Szolvensis vero Izrael Lazarovics circiter ad Hungaricales florenos 10, reliqui omnes sunt ferme in aequali misero statu constituti, quarum singulus ultra tres vel quatuor florenos respective limitandos vix poterit praestare.

Orsz. Levéltár kincst. oszt.-ban „A pozsonyi kamarához intézett levelek II. sorozat 12. cs.” Szentkirályi György másolata.

215.

Munkács, 1721 november 24. Horváth György jelentése a munkácsi kincstári uradalomban és Bereg vármegyében élő zsidók összeírásáról.

Praesentatum 1 Decembris 1721.

Inclytum camerale consistorium domini domini et patroni gratiosissimi.

• Salutem servitiorumque meorum humillimorum devinctissimam in gratiam praefatarum illustrissimarum dominationum vestrarum commendationem. Conscriptionem Iudaeorum in hocce regio fiscali dominio et inclyto comitatu Bereghiensis existentium finiendo, inclyto camerali consistorio humillime transmissi, pariter extractum etiam modernae seminaturae autumnalis pro notitia inclyti camerali consistorii.

In reliquo me gratiae inclyti cameralis consistorii humillime recommendam, maneo eiusdem inclyti cameralis consistorii humillimus perpetuoque fidelis servus Georgius Horváth m. p. Munkács, die 24. Novembris 1721.

Kivül: Nro. 7.

Orsz. Levélt. kincst. oszt. „A pozsonyi kamarához int. levelek II. sor. 12. cs.“ Szentkirályi György másolata.

216.

Munkács 1721 november 24. Horváth Györgynek, a munlomban és Bereg vármegyében élő zsidókról

Praesentatum 1 Decembrii 1721.

Conscriptio Iudaeorum seu arendatorum in dominio
Bereghiensis

Nomina eorum	Equi	Boves	Vaccae	Vituli
Arendator Munkacsiensis Samolovics Hersko	1	2	5	4
Jacobus Lazarovics, arendator Viznicziensis	1	—	—	—
David Herskovics, arendator Iványiensis .	1	—	2	1
Jacobus Selmán, arendator Kicsnoniensis .	1	—	—	—
Josephus Lahmán, arendator Kustanfaliensis	1	—	—	—
Hersko Berkovics, arendator Isnethiensis .	1	2	2	2
Lejba Muskovics, arendator Verbiasiensis .	1	4	2	2
Josephus Lejba in possessione Bene, arendator sub domino Maróthi Dávid . . .	1	—	—	—
Arendator Volfangus in possessione Cserfalva sub domino Alexandro Vécsei L. B.	1	—	—	—
Szuda nominatus arendator in possessione Bilke sub domino Adamo Dienes . . .	1	—	—	—
Simon Izraelovics arendator Dávidhaziensis sub domino Melchiore Klobusiczky . .	2	2	4	2
Dávid Jakabovics, arendator Végh aradiensis sub illustrissimo supremo comite inelyti comitatus Bereghiensis	2	—	—	—

Munkacsini, die 24 Novembris 1721.

Georgius Horváth, provisor dominii

Orsz. Levéltár kincst. oszt. ban „A pozsonyi kamarához intézett levelek

kácsi uradalom tiszttartójának a munkácsi kincstári uradalkészített táblázatos összeírása 1721-ből.

regio fiscali Munkacsiensni et inclyto comitatu
existentium.

Ollae crematoriae	Apum alvearia	Seminatura autumnalis X. N.	Seminatura vernalis X. N.	Foeni currus	Quaestus	Considerando statum eorumdem secundum vilem opinionem meam infrascripto ordine unusquisque ipsorum annuatim contrbuere poterunt	Fl.	Den.
2	—	—	—	—	—	Florenos Hungaricales .	15	—
1	—	—	—	—	—	Florenos Hungaricales .	3	—
1	—	—	—	—	—	Florenos Hungaricales .	4	80
1	—	—	—	2	—	Florenos Hungaricales .	3	—
1	—	—	—	—	—	Florenos Hungaricales .	2	40
1	—	14	2	3	—	Florenos Hungaricales .	6	—
1	—	—	12	4	—	Florenos Hungaricales .	7	20
1	—	—	—	—	—	Florenos Hungaricales .	4	80
1	—	—	—	—	—	Florenos Hungaricales .	3	60
1	—	—	—	—	—	Florenos Hungaricales .	5	—
1	—	—	—	—	—	Florenos Hungaricales .	10	—
1	—	—	—	—	—	Florenos Hungaricales .	5	—
							69	80

Munkacsiensis m. p. (P.h.)

II. sor. 12. cs. * Relationes Cam. Offic. Fasc. 3. * Szentkirályi György másolata.

217.

Bécs 1721 november havában. Wertheimer Simson panaszt emel a bécsi udvari kamaránál amiatt, hogy a pozsonyi kamara neki, mint privilegizált zsidónak, az 1721 október 9-én kelt felszólítását nem közvetlenül, hanem egy hercegi tiszviselő révén a pozsonyi zsidóság által lett kézbesítve.

Hochlöbl: Kays: Hoff Camer.

Gnädig undt Hochgebitende Herren, Herren.

Euer Hochgräffl. Excellenz und Gnaden, geruhen aus beyligender Copia A. gnädig zu ersehen, was gestalten von Einer Löbl. Königl: Hung: Camer zu Preszburg instehenden Monaths octob: an mich ratione d. hung: Juden Toleranz geld, und zwar nicht immediate, sondern allererst durch einen fürstlichen Beambten zu handen aldasiger Judenschaft, umb mir zu überschicken, den 20^{ten} dieses zu khommen ist. Nachdeme nun aber nicht nur Jenen von Einer hochlöbl. ghben Hof Canzley bereits untern 15. Feb. 1712 ut B. nebst beygelegten untern 5. Jan. 1712 bey dero Krönung in Frangfurt allergdgst ertheilten Kays. Privilegien, sondern auch was von Ihro Kays: und Königl: Maj: mittelst dero hochlöbl: Königl: Hung: Canzley untern 6. May 1716 und 26. August 1717, wie die Vidimierte Beylaag C. et D. zeigen mich de novo allergndgst privilegirt, so in gleichen von den letztern Dicasterio unter 9. September 1718 per duplicatum ut E. deroselben intimiret, auch jenes so von hochbesagten Löbl: Hung: Canzley, mutatis mutandis nebst allen hung: Comitaten ex Consilio Cancellariae Regiae Hungae schriftlich anbefohlen. Ihro Löbl: Hung: Camer selbst von meinem Vättern Isaac Arnsteiner zu deroselbst eigenen händen gehorsambst in loco behändiget worden: Allen disen immediate zu wider lauttet; Mithin mir undt denen Meinigen (welche in die 30. Jahrhero solche d. gleichen Privilegien) in welchen der Poenfahl pr. 30. Mk. löthiges Goldt denjenigen so oft selbiger frevuentlich darwider handelt, zur straff allergdgst an dictiret worden (und biszhero ohne einmahlige Turbirung gantz ruhig genossen) solcher gestalt all zu sehr praejudicirlich, mithin da solches von

mir nicht zeitl. resentirt: folgl. von Einer hoch Löbl: Kays Hoff Cammer haubtsächlich pro Justitia nicht gnädig reme-
dirt wurde. Künfftighin durch etwann einige passionirte ge-
müther denen Kays: undt pro bono Publico gereichenden
diensten zu wider, gleich aus d. von besagter Löbl: Camero
an mich gestellte schreiben A. in d. Titulatur muthmaszlich
scheinen will, Verdrüßlichkeit zu zu fügen angesehen, ge-
stalten bey vorig: 2 mahligen Türk: alsz auch in dem Kö-
nigreich selbst gewesten Emperung in höchsten necessi-
täten denen Löbl: Comitäten baar anticipirt, undt vill hun-
dert Tausendt gulden creditirten geldern von denen selben
durch die an mich expressen jedesmahl abgeschickten Be-
ambten von Adel eingelangten ersuchungsschreiben vill
besser gewusst haben. Gelangt dahero an Ewer Excellenz
undt gnaden mein gehorsambstes Bitten, dieselbe geruhen
gegenwertlig unbefugten auflaag halber umb Künfftig meh-
rerer Beobachtung ged. meiner habenden Kays. Privilegien
an besagte Löbl: Königl: Hung: Camer gleich dieselbe mich
untern 24. Julii 1717 ut F. in ebendgleichen ereigneten casu
per Decretum gnädig zu manuteniren versichert haben, das
erforderliche nachtruchsamb ohne unterthgst gehorsten
maszgeben vorgehen zu lassen; Zu gdg. willfahung mich
getröste Euer Excell: undt gnaden

Unterthänig-gehorsambster
Simson Wertheimer Kays: undt
Königl: Priv. May: ober Factor
Judt m. p.

Orsz. Levélt. Ad. Ben. Res. 1721 Novembris 28.

218.

*Bécs 1721 november 28. III. Károly király megerősíti Wert-
heimer Simson főfaktornak és főrabbinak már előbb kapott
privilegiumait.*

Carolus VI Divina favente clementia Electus Romano-
rum Imperator semper Augustus ac Germaniae, Hispania-
rum, Hungariae, Bohemiaeque Rex etc.

Spectabiles ac Magnifici et Egregii Fideles vobis Dilecti.

Posteaquam adhuc in Anno Millesimo Septingentesimo Duodecimo sub initium mox subsecutae nostra in Romanorum Imperatorem Inaugurationis ad demissam Caesarei et Serenissimarum Imperatricis et Dominae Nostrae conthoralis Charissimae, Item et Dominae Amaliae Wilhelminae Imperatricis Viduae, prouti etiam Regii Polonico Saxonici nec non Reverendissimorum ac Serenissimorum Moguntini, Trevirensis et Comitum Palatini Rheni Sacri Romani Imperii Principum Electorum, aliorumque Ducum Landgraviorum, compluriumque Statuum Imperialium, respective Supremi Factoris Iudaeorumque in Haereditariis Regnis et Ditionibus Nostris commorantium Archi Rabini Simonis Wertheimer a Sacratissimis condam Imperatoribus et Regibus Hungariae Hungariae Leopoldo Primo Genitore, nec non Josepho Fratre et Praedecessoribus pietissimae memoriae Nostris desideratissimis, Priores quidem adhuc sub dato Vigesima Nonae mensis Augusti Anni Millesimi Septingentesimi Tertii, Posteriores vero sub dato Vigesima Secundae Maji, Anni Millesimi Septingentesimi quinti concessas et extradatos Privilegiales Literas, mediantibus quibus idem memoratus Simon Wertheimer, ex rationibus et motivis ibidem uberius depromptis in Supremum Factorem Aulicum promotus, Idemque ac ejusdem Filius Wolfgangus, aliique legitimi ipsius Descendentes, prout Agnati et Cognati ejusdem ab omni Pensione Tricesimae, Telonii, Nauli de rebus nempe et mercibus, quae non ad quaestum in vel educantur; Item Arrestis, Repressaliis et aliis quibusvis Itinerariis ac Domesticis ne fors causandis Impedimentis Immunitatibus exemptus et et Liber usque ad Annum Decretorum Millesimum Septingentesimum Trigesimum quintum pronunciatus extiterit benigne, confirmaverimus, Eandemque Simonem Wertheimer nonmodo in Nostrum sed et praememoratae Serenissimae Dominae Conthoralis nostrae Factorem Aulicam cum Praerogativis et Immunitatibus in praecitatis Literis Privilegialibus expressis et insertis juxta benignissimum de super elargitur, hicceque in Paribus acclusum Diploma Caesareo Regium constitui-

mus, Ipsumque Simonem Wertheimer ita et dictum filium suum Wolfgangum Caeteros cognates et homines suos, praesertim in suscipiendis servitium nostrum Caesareo-Regium et bonum publicum concernentibus Itineribus in Cujusvis Tricesimae, Nauli et Telonii Pensione (Exceptis tamen uti praemissum est, mercimoniis per Eundem ac Eosdem quaestus gratia In-vel Educendis adeoque Taxabilibus) usque ad praenotatum annum decretorium Millesimum Septingentesimum Trigesimum quintum Immunes, Exemptos et Liberos pronunciaverimus, insuperque praerepetitum Simonem Wertheimer Tenore alteriis Diplomatis sub Vigesima Sexta mensis Augusti Anni Millesimi Septingentesima Decimi Septimi hic aequae in Paribus annexi pro Archi sive Superiori Iudaeorum Rabino, et in causa Iudaei contra Iudaeos prima instantia clementer declaraverimus.

Proinde Fidelitatibus Vestris idipsum benigne intimantes clementer comittimus ac demandamus, quatenus praelibata bina hisce in paribus acclusa diplomata tam respectu Privilegiorum, quam etiam ipsi Simoni Wertheimer Collati superioris inter Iudaeos Iudicariis Officiis, indeque Eidem competentis Praerogativae et Titulaturae non modo ad notam sumere, verum etiam Inspectioni Budensi, aliisque officialibus, signanter autem omnibus et singulis vobis subordinis Tricesimatoribus in quantum illos attinet, pro debita observatione notificari velint ac debeant. Executurae in eo benignum mentem ac Voluntatem nostram. Dabantur in Civitate nostra Viennae Die 28 Novembris Anno 1721. Regnorum Nostrorum etc.

Ad mandatum Sacrae Caesareae
et Catholicae Hungariaeque
Regiae Majestatis proprium

Carolus

Pr. Fran. Comes a Dietrichstein

m. p.

Ioannes Iacobus Com. a Löwenburg

m. p.

Fran. Mat. Cooper m. p.

219.

Bécs 1721 november 28. A bécsi udvari kamara átteszi Wertheimer Simson, császári főfaktor és országos főrabbi panaszát a pozsonyi kir. kamarához és kéri, hogy jövőre ne bántsák őt így leirataikkal, ha azonban ezen eljárásuknak valami oka volna, úgy közöljék azt az udvari kamarával.

Illustrissime, Spectabiles, ac Magnifici, Generosique Domini et Amici Nobis honorandi; Salute, servitiorumque nostrorum praemissa promptitudine.

Qualiternam supremus Caesareus Factor, nec non Iudaeorum Archi Rabbinus Simeon Wertheimber eidem impositam pro affectura Inclyti Regni Hungariae Diaeta Taxalem quotam fundamento benignissimorum eidem indultorum Privilegiorum deprecetur, ex acclusa ipsius Instantia, adjectisque literalibus Instrumentis sub litera A. usque F. inclusive uberius patebit.

Quam proinde Instantiam Illustrmo, Spectabilibus, ac Magnificis, Generosisque Dominationibus vestris amice communicandam esse censuimus, quatenus illa perpensa eo reflectere velint, ne memoratus Simson Wertheimber contra tenorem praelibatorum Privilegiorum etiam Inclytae Regiae Camerae Hungaricae in ordine proxime intimabuntur, quopiam in passu gravetur; quod si tamen in contrarium quaequam subversaretur ratio, eandem Nobis representare, praetitulatae Dominationes vestrae placebunt. Quos in reliquo diu salvos et incolumes vivere desideramus. Viennae, die 28. Novembris Anno 1721.

N. N. Sacrae Caesareae Mattis Praeses. Vice Praeses,
ac reliqui Camerae Aulicae Consiliarii.

O. L. Ben. Res. 1721 Novembris 28.

220.

Szatmár 1721 dec. 11. Erős Gábor kísérő irata, mellyel a Szatmár megyében összeírt zsidók jegyzékét felterjeszti, és jelentése ezek vagyoni állapotát illetőleg.

Praesentatum 20. Decembris 1721.

Inclyta administratio cameralis regia, domini domini patroni mihi gratiosissimi.

Humillimorum servitiorum meorum demissam subiectionem. Dum et quando cum magna et subtili difficultate, etiam sub manu, exquirere potuissem Iudaeos in hocce comitatu existentes praesentibus specificè annecto, quod citius non transmiserim causa est, dominos iudices nobilium requisivi, ut me ex processibus suis quivis informaret, responsum obtinere non valui publicis in negotiis occupati existentes, taliter per me et meos rescire debui. De facultate horum informo inclytam administrationem, quod miseri sint vivuntque ex solo lucro arendae. Illi quoque, qui merces tractant, in nundinis parvalia emunt, portant rursus ad alias nundinas; ibi, et in residentia sua arendata distrahunt. Iuxta normam arendae suae cuivis, si ita visum fuerit, taxa imponi potest. In reliquo me gratiis et patrociniis demisse recommendans, maneo inclytae administrationis cameralis regiae servus subiectissimus Gabriel Erős m. p. Szatthmar 11. Decembris 1721.

Orsz. Levélt. kincst. oszt. „A pozsonyi kamarához int. levelek. II. sor. 12. cs.“ Szentkirályi György másolata.

221.

Szatmár 1721 december 11. A Szatmár megyében és a vele határos vármegyékben tartózkodó zsidókat feltüntető jegyzék 1721-ből.

Praesentatum 20 Decembris 1721.

Specificatio

Iudaeorum arendatorum in inclyto comitatu Szatthmar existentium.

In Károly.

Michaël Iudaeus telonium et braxatorium tenet in R. f. 300.
 Mojses Iudaeus solvit f. 15,
 Benjamin Iudaeus solvit f. 15,
 Bobach Iudaeus solvit f. 15,
 Achim Simeon solvit f. 15,

Hi arendant domicilia per excelentissimi domini Karoly industria exstructa

Nunc quoque advenerunt Iudaei Germanici, quibus domicilia extruuntur et arendabunt in Karoly pro anno 1722.

Ahron Leph: in Rh. f. 15.
 Leezer Orr: in Rh. f. 15.
 Német Mojses: in Rh. f. 15.
 Német Salamon: in Rh. f. 15.

A Csinatos praeparat se

Moyses arendator in R: f. 80.

In Vasvári est.

Berroch Iudaeus arendator in . . . R: f. 40.

In Ders.

Mardochoj Iudaeus in R: f. 15.

Hi praecedente sunt ex parte excellentissimi domini generalis Karoly omnes.

Praeterea.

In Nyir Bélték inclyto comitatu Szabolcs Boba
Iudaeus domini Francisci Kallai arendator in Rh: f. 16.

In Mada inclyto comitatu Szabolcs Baruch Iu-
daeus pro parte domini Francisci Baÿ in . . . f. 15.

In Ibrány inclyto comitatu Szabolcs arendam
et nomen rescire non potui:

In Király Darocz inclyto comitatu Szolnok
Osser et Moyses in f. 10.

Hi cum in vicinio sint licet in aliis comitatibus, ideo appo-
sui. Valeat, quantum valere poterit. Praeter annotatos omnes
quatuor processus perlustrando nullus reperitur.

Kívül: Szatthmar Nro 15.

Eredetijét lásd Orsz. Levéltár kincs. oszt. „A pozsonyi kamarához
intézett levelek II. sorozat 12. csomó Szentkirályi György másolata.

222.

*Bécs 1721 december 12. A bécsi udvari kamara értesíti a
magy. kir. kamarát, hogy Mózes Alexander zsidó eltávolít-
tandó a pénzverdénél kapott aranyválasztói állásától és
Plankenhagen ellene emelt vádjá a rendes bírói útra uta-
sítandó.*

Illustrissime, Spectabiles, ac Magnifici Generosique
Domini, ac Amici Nobis honorandi salute, servitiorumque
nostrorum praemissa promplitudine.

Ut litigium illud inter Ioannem Ernestum Plankenha-
gen et Hebraeum Moysen Alexandrum, tam diu vicens, et
permultum molestias tam Caesariae Camerae huic Aulicae,
quam etiam praetitulatis Dominationibus vestris causans,
tandem aliquando a Camerali accursu amotum, et econtra
ad ordinariam Iuris viam, et competentem Iudicem rele-
gatum habeatur, consultissimum fore iudicatum est, ut
dictus Hebraeus ab illa separatoris auri functione, cui
aliunde ex hoc capite quod Hebraeus sit, absque suspicione,
ac periculo defraudationis, praeesse non potest, absolute

licentietur, atque dimittatur; Et taliter functionis hujus Cameralis titulo non amplius gaudens ab Actore coram prae-libato Iudice ordinario, suis viis, ac modis conveniri, adeoque justitiae administrandae locus dari poterit, pro qua Uxor dicti Plankenhagen suppliciter, et quidem ardentibus institit precibus; Cui etiam de hac demissione per factam super illius Memoriale Indorsationem afflictatio data fuit. In reliquo saepius titulas Dominationes vestras ad vota sua benevalere cupimus. Viennae die 12^{ma} Decembris Anno 1721.

N. N. Sacrae Caesareae Regiaeque Mattis
Praeses, Vice-Praeses, ac reliqui Camerae
Aulicae Consilarii.

Kivül: In facto Ernesti Plankenhagen et Moysis Iudaei Camerae Aulicae rescriptum.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1721 Decembris 12.

223.

Pozsony 1721 december 31. Elismervény arról, hogy a rohonczi zsidó község az országgyűlési taksából reá kivetett 100 forintot az országos bank magyar képviselőtének pénztáránál előre lefizette.

Ego Franciscus Pongrácz Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis Eccelsae Universalis Bancalitatis in Hungaria Repraesentans et Cassam Repraesentationis administrans recognosco: Communitatem Iudiacam Rohoncensem de Taxae Diaetali pro futura Regni Diaeta sibi composita et limitata pro hic et nunc in antecessum Florenos Centum, id est fl 100 manibus meis administrasse; Super quibus administratis Eandem Communitatem Iudaicam praesentibus quieto. Actum Posonii die Ultima Decembris A^o 1721.

Franciscus Pongrácz qua
Cassam administrans.
Joannes Josephus Fischer
officinista Bancalis.

Országos magyar zsidó múzeumban 782. sz. a.

224.

Bécs 1722 január 14. A győri sóhivatalban elkövetett lopással vádolt zsidók ellen eljárando bíróságba mint ülnök behívandó Sixty András, óvári harmincados is.

Illustrissime, Spectabiles, ac Magnifici, Generosique Domini, et Amici Nobis honorandi salute, servitiorumque nostrorum praemissa promptitudine.

Ad prosecutionem celebrandi illius Judicij in loco Jaurinensi, contra quosdam in Causam, seu reatum attractos, et jamjam arrestatos Hebraeos, ex capite comissi in Domo Caesareo-Regiae Mattis ibidem Salinaria furti, consultum fore judicatur, ut praeter inibi existentem primum annonae Commissarium Georgium Antonium Trzebiczky (cui demandatum jam est) Tricesimator Óvariensis Andreas Siksty, qua Assessor, cum voto, et deliberandi facultate pariter intersis.

Eapropter praetitulatae Dominationes vestrae dicto Tricesimatori Ovariensi praecipere haud gravatim velint, ut Ipse, quando praedictum in finem, ad judicium illud celebrandum vocabitur, comparare omnino teneatur. Quas in reliquo diu salvas, et incolumes vivere desideramus. Viennae die 14^{te} Januarii Anno 1722.

N. N. Sacrae Caesareae Regiaeque
Mattis Praeses, vice Praeses ac
reliqui Camerae Aulicae Consilarii.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1722 Janarii 14.

225.

Szakolcza 1722 január 19. Simon Schmule, ki mint szentségtöréssel vádolt már 9 hónap óta ártatlanul kinos börtönben singlődik, kéri a magyar kir. udvari kancelláriát, hogy végre már bíróság elé kerülhessen.

Excelsa Cancellaria Regia-Aulico-Hungarica.

Domini Dni Patroni et Fautores gratiosissimi, colendissimi.

Ab exordio, adhuc Mensis May, sub praetextu cujuspiam adversus me tametsi hactenus minime comprobati Sacrilegii ad praesens usque rigidissimo carcerum squalore maceratus Excelsae Cancellariae humillime supplico, quatenus afflictum simul et miserimum statum meum gratiosissime in respectum summere, siquidem non levia, eaque statum innocentiae, ac indemnitatis meae admodum solidantia adessent Testimonia, rationes, et argumenta, in quorum alias supplementum tametsi mille vitas fundere paratus sum, dignetur Excelsa Cancellaria Suae Matti Sacrae Domino Nostro naturaliter clementissimo pro benigna secundum hic annexam minutam clementissimi Inclyto Liberae ac Regiae Civitatis Szabolczensis Senatui praesentandi Mandati resolutione gratiosissime repraesentare, ac taliter me alioquin in enarrabilibus carceris molestiis oppressum paterne consolari: Quam quidem Excelsae Cancellariae erga me contestandam misericordiam, et gratiam remunerabitur Divina Bonitas, ego vero dum gratiosissimam eatenus sum praestollalurur resolutionem, constantissime persevero.

Excelsae Cancellariae.

Humillimus Subditus
Simeon Schmule

Kivül: Praes. 19. Jan. 1722.

O. L. Ad Conc. Exp. 1722 Februarius Nro. 3.

226.

Bécs 1722 január 20. Worms Wolff és Sasvári Hirsch tanúsítják, hogy Viczény Mihály tokaji harmincados Oppenheimer Wolff Simonnak eladott tokaji aszuboráért jelenlétükben 3793 forintot és három Venton-féle váltót megelégedéssel és minden kifogás nélkül átvett.

Wier Endesgefertigte bekhennen himit in Crafft gegen wertigen Attestati zur Steuer der Gottliebenden Wahrheit und zwahr an Eydes statt, wie dasz unsz alles daszjenige, wasz Wolf Simon Oppenheimer, wegen dasz mit Tit den Kays. dreysziger zu Tokhay in Hungarn, Herrn Michael

Vizenÿ ratione 100 Antelack Tokhayer-Wein auszbruch und dreyer Wentonischen wechselbrief geschlossenen Negotii, unter Endtstehenden Dato Schrifftl. Attestiret hatt, von darumben; weilen solches gleichfals in unseren gegen wärth beschehen ist, und abgehandelt worden, sich in der gründlichen wahrheit, und nicht anderst befindet, gedachter Hr. Dreysziger auch, mit dem zwischen Ihnen Beeden gemachten accords nicht allein gantz guth und wohl vergnüget und zu frieden gewesen seye, nicht weniger wieder besagte Ventonische Wechselbrieffe nicht das geringste Beschwer-weisz eingewendet sondern solche sambt denen Protesten und Cessionen, und zwahr alsz originaliter nebst 3793 fl 46 x zu seinen Händen richtig empfangen habe. Zu mehrerer Uhrkunt und Beglaubigung dessen unserer hierunter gestellte fertigungen. So beschehen Wienn den 20 January A^o 1722.

L. S.

Wolff Wormbs

דקן דירשומבורג*)

Dasz all-obiges vor mir Notario mündlich auszusaget und gefertigt worden, auch von obbemeld-unterschiedenen Zeugen mit einen Körperlichen Aydt auf erforderendem fall bekräftiget werden will, attestire ich himit.

Actum ut supra.

L. S. Ernst Fried. Adler

Caesarea ac Imperiali auctoritate
Notarius publ. Iuratus, ad hoc legi-
time requisitus Testis in fidem.

O. L. Ad Conc. Exp. 1724 Julius Nro. 50.

*) Hirsch Schoszburg = Sasvári Hirs.

227.

Temesvár 1722 január 26. Szerződés Eisenreich és Conrády bécsi kereskedelmi cégnek Klar Gottfried képviselője és Keppich Ábrahám és Jakab császári bérloők közt tartozásuk lerovási módjáról.

Heunt Endegetzten Dato ist zwischen Herren Eisenreich und Conradÿ Kayß. Niederlangß Verwanthen in

Wienn qua Principalen, durch dero Bedienten Hr. Johann Gottfried Klar als bevolmächtigten Eines: dann Hr. Abraham und Jacob Keppich Kays. bestand Juden allhier Anderentheils folgender Contract in causa debiti abgeredet und zustanden auffgerichtet worden. Nehmlich Zeiget sich vor, dasz erste vermög vorgewiesener und in hand habender Original schuldt Obligation, dasz er Abraham und Jacob Keppisch dem Hr. Eisenreich und Conrady ein Capital pr Neuntauesend Neunhundert Vierzig Gulden 44 xr ohne deren laufenden Interesse schuldig worden sey, an diesem Schuldt quanto führen dieselbe vermög extradirtten fünf Wechselzetteln in Summa ab, zusammen Zweytausend Einhundert Zwanzig Sieben Gulden (woran doch B. von seithen Abraham und Jacob Keppisch Siebenzig Fünf gulden schon eincassiret worden, mithin dann nicht mehreres als Zweytausend Fünfzig Zwey Gulden 48 xr Verbleiben.) den überrest aber zu completirung drey Tausend gulden jedoch mit dieser bedingnusz Versprochen haben, dasz ihnen von Seithen H. Hr. Eisenreich und Conrady Tausend Gulden an Current Wahren in diesem preysz, wie man es mit baarem Geldt bezahlet, überma machet werden sollen, welche Summa geldes sie Juden in lüfferung gut Authentischen pfundt Leder (davon vier Häute auf ein Centner gehen) Franco nacher Preszburg den Ceentner pr. dreyszig zwey Gulden übermachen wollen; sollte es aber mit denen abgegebenen Wechselzetteln seine richtigkeit, ziel und Ende nicht erreichen so hat es folgende beschaffenheit: Dasz die Wechselzettel innerhalb 6 Wochen zurück gegeben werden sollen, alsdann Sie Abraham und Jacob Keppisch sich verobligiren, statt deren erwehnten Wechselzetteln soviel pfund Leder aus allhiesigen Kays. Leder Haus ohne entgeld einiger Unkosten nacher Preszburg in obgedachtem preysz richtig zu übermachen jedoch mit dieser reservation, dasz wan mehr besagte Wechselzettel in termino verfloszener 6 Wochen nicht eingesendet würden, oder sonst verlohren geheten, wollen Sie Abraham und Jacob Keppisch nachgehends hiervor red und antwort zu geben keines wegs schuldig seyn.

Pro 2^{do} versprechen Sie, Abraham und Jacob Keppisch bey gutter Treu und Glauben alle halbe Jahr a 1^{mo} Janary dieses lauffenden 1722^{ten} Jahres den Anfang gemacht Ein hundert Centner gut: authentisch pfundt Leder und, wie schon gemeldet, den Centner zu 32 fl denen H. Hr. Eisenreich und Conrady ihren Comissianten auff ihre eigene Unkosten aus dem allhiesigen Kays. Lederhaus nach Preszburg zu lüffern, welches eine Summa von 3200 fl. auswürffet, hingegen

3^{tio} Verspricht abersagter Hr. Johann Gottfried Klar nomine suorum Principalium, Ihnen Abraham und Jacob Keppisch vor Ein Tausend Sechs hundert Gulden Currant Wahren jederzeit bey abnehmung des Leders verlässlich zu lüffern. Sintemahlen aber

4^{to} Solcher gestalten sich von selbst zeigt, dasz bey jedeszmahliger Lüffernung Ein Tausend Sechs hundert gulden an der Hauptschuld defalciret werden, also ist obgeregetermaszen vigore hujus Contractus mit dieser Lüffer- und gegenlüffernung so lang und viel zu continuiren, bisz nicht die völlige Haupt Summa nebst dem verschriebenen Interesse gäntzlich und vollends abgeführt worden ist. Im Fall aber

5^{to} Sie Contrahenten Abraham und Jacob Keppisch diesen gerichtl. auffgerichteten Contract nicht zuhalten sollten, sollen d H. Hr. Eisenreich und Conrady jedesmahl befugt und berechtigt seyn ihre Contentirung entweder gerichtl: oder auff andere Weis und Weg, wie es Ihnen beliebig seyn möchte, zu suchen. Urkundt dessen, und zu mehrer Sicherheit ist gegenwertig. Contract bey allhiesigen Generalat und Landes Auditoriat-Ambts Prothocoll ordentlich vorgemerket, auch zwey gleichlauttende Exemplaria formiret, und mit Beederseitig- nicht minden auch gerichtl. fertigung extradiret worden. Sigl. Temesvár den 26 Januarii 1722.

L. S. Johann Gottfried Klar
qua gevollmächtigter

L. S. Jacob und Abraham Keppesch

Dasz nebenstehend. Contract mit beidertheils genehmhaltung ghrtl. (?) abgehandelt, prothocolliret, und in duplo gegen ein und ausz gewechselt worden, attestirt vom Ambts wegen den 26. Jener 1722.

L. S. Frantz Joseph Müller v. Freyburg
Generalat u: Landt Auditor.

Collationirt, und ist dem producirten Original von Wort zu Wort gleichlautend, Temesvar 23. Dezember 1722.

L. S. Frantz Joseph Müller v. Fr.
Gralat u: Landt Auditor.

O. L. Ad Conc. Exp. 1723 Martius Nrs. 49.

228.

Bécs 1722 február 3. A király megparancsolja Szakolcza magisztrátusának, hogy haladéktalanul járjanak el bíróilag a már 9 hónap óta bebörtönzött Schmule Simon ellen és, amennyiben torturára vagy halálra ítélik el, az ítélet függőben tartása mellett, küldjenek fel pontos jelentést valamennyi bizonyítékokról és körülményekről és várják meg a további királyi intézkedést.

Carolus 6. etc.

Prudentes et Circumspecti Fideles nobis dilecti. Quandoquidem ad demissam Hebraei Simeon Schmule nuncupati, ex Capite praetensive comissi sacrilegii furti, a Novem jam mensium decursu apud vos incaptivati, instantiam, clementer resolvissimus, ut in casu quo servatis de jure servandis eundem Hebraeum sive Torturae subjicendum, aut vita privandum adinveniretis, priusquam istius modi sententia vra executioni mancipetur, Mattem Nram de cunctis Indiciis ac circumstantiis, dictum Hebraeum aggravantibus genuine informetis.

Eapropter etiam vobis harum serie committimus et mandamus, ut contra memoratum Hebraeum absque ulteriori cunctatione procedatis quidem, in casu tamen quo

eundem, sive Torturae subjcendum, aut plane vita privandum censeretis, talismodi determinationem Vram nullatenus in executionem summi facere, verum modo praevidendo de cunctis Indiciis ac Circumstantiis eundem Hebraeum aggravantibus Mattem Nram genuine informare, ac in reliquo ab ulteriori eatenus benigna dispositione nra praestolari debeatis et teneamini. Gratia Nra Caesareo Regia vobis benigne propensi manentes. Datum in Civitate Nra Vienna Austriae die 3 Februar 1722.

Bobok.

Magratui Cittis Szakolczensis.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1722 Februarius Nrs. 3.

229.

Nagyvárad 1722 február 13. Rőser János Orbán vezér-őrnagy és Nagyvárad parancsnoka igazolja Mayer zsidó követelését özv. Jakabné asszonyon és az adósságból való 32 forintnyi lerovást.

Der Juedt Mayer hat an der Wittib Jacobin zu fordern 61 fl. 57 kr. ohne seinen Gebührens von Gvelb.

Von obiger Summe der 61 fl 57 kr kombt davon 32 fl. zu Defalciren.

Dahingegen solle der Herr Spiro von solche 32 fl. des Mayers sein Vettern pfandt dafür einsetzen. Und sollt das pfandt von Herrn Spiro nicht erlegt werden und des Mayer sein Vetter herunter schreiben, so sollte er Mayer von der Wittib selben 32 fl. abfordern und sich Bezahlen lassen. Grosswardein, den 13.-ten Feber Ao. 1722 (Héberül aláírva) Én, Ábrahám, fia atyámnak, Áron Policzernek. Grosswardein [coram] me Johan Urban Rőser General Major Stadtleuthnant. (Fasc. 1713.)

Lakos L. A váradi zsidóság története, 48. l.

230.

Pozsony 1722 április 1. Chananja, Judának fia, és Breindl, Judának leánya, (valószínűleg testvérek) váltót állítanak ki Dr. Mentzer Márkusnak 53 frt. és 75 $\frac{1}{2}$ kr. tartozásról.

Presburgiensis 1-ten April 1722. fl. 53 : 75 $\frac{1}{2}$ Xr. Von dato ein Jahr und neunten Monath geloben wür beyde und versprechen in Solitum Einer vor den anderen zu bezahlen gegen diesen unseren Solowechselbriefes an Herrn Marcum Mentzer Medizinae Doctoren oder ordres die Summe von Fünzigdrei Gulden 75 $\frac{1}{2}$ Xr. Compt: dies Werth haben wür an baar richtig Empfangen. Versprechen gute Zahlung zu thun. Gott mit uns An Was selbst in Solitum Sola in Grosswardein oder wo an zu treffen ist. (Héberül aláírva.) Chananja, boldogemlékeztű Judának fia, Breindl, Judel úrnak leánya. (L. F. 1713.)

Lakos L. A váradi zsidóság története, 49. l.

231.

Luxenburg 1722 május 7. Kivonat a kincstári jövedelmek gyarapításáról szóló királyi rendeletről. A zsidók által fizetendő türelmi adó is bérbe adható.

Carolus Sextus etc.

.....
Cum autem benigne resolverimus et Camerae nostrae Aulicae serio commiserimus, ut fundi camerales, in quantum fieri potest, pro augendis proventibus et sumptibus compendiandis in arendam elocentur, pro cujus benignae resolutionis nostrae effectuatione Eadem Camera Nostra Aulica in actuali operatione constituta est et Telonium Comariense, Budense, Albaregalense ac Canisiense, Provisoratus item ac Bona Fiscalia, nec non Domum monetariam Posoniensem prouti et Iudaeorum ac Zingarorum tolerantiales census exarendari posse censeret
.....

Eatenus mentem et opinionem suam Camerae Vestrae Aulicae perscribere, sicque in effectuenda benigna nostra intentione laborare, et eo fine singularem zelum ac industriam exhibere velint noverintque. In hoc enim benignae menti ac voluntati nostrae satisfiel. Dabantur in Arce Nostrae Laxenburg die 7. Maji Anno 1722.

Carolus.

Ioa: Franc: Comes a Dictrichstein

Amandatum etc. etc.

Ioa: Ignat: Viechter L. Baro.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1722 Maji 7.

232.

Laxenburg 1722 június 12. Nélhai Oppenheimer Emánuel és atyja Sámuel hátrahagyott vagyónának megállapíthatási céljából kibocsátott császári kutatási rendeletek a nádorral is közöltetnek, hogy azokat a nemsokára összeülő országgyűléssel is közölje.

Carolus VI. etc.

Spectabilis, et Magnifice Comes, Fidelis Nobis sincere dilecte.

Quandoquidem post mortem Emanuelis Oppenheimer speciali de causa clementer resolvissimus, ut Bona ab eo, nec non praedefuncto patre ejusdem Samuele Oppenheimer relicta, tam quoad activa, quam etiam passiva investigentur, et liquidentur, ac eo fine Comissionem quoque Aulicam in Archi-Ducali Civitate Nostra Vienna Austriae celebrandam benigne ordinassemus: utque ii, quibus Bona a dictis Iudaeis relicta hypothecata, vel alio Iure obligata essent, aut si eorum aliqua ab aliis clam detinerentur aut reticerentur manifestos se reddant, annexa convocationis, manifestationis, et respective denunciationis et dicta, per totum Sacrum Romanum Imperium, Terrasque Nostras Austriaco-Haereditarias publicari fecissemus Istius modi edicta in acclusis Fidelitati etiam Vestrae eo fine clementer commu-

nicanda esse duximus, ut in iisdem denotatam benignissimam Mentem, et Intentionem Nostram, Fidelibus Statibus, et Ordinibus antelati Regni Nostri Hungariae ad imminentem Generalem Eorundem Diaetam propediem Posonium aliunde cursuris, suo modo intimari et publicari faciat. Gratia in reliquo Nostra etc. Datum in Castro Nro. Laxenburg die 12 Men. Junii 1722.

Comiti Palatino edicta. quae M. V. S. respectu activorum et passivorum Bonorum Emanuelis et Samuelis Oppenheimer publicari fecit, communicantur eo fine, ut eadem in Regno quoque Hungariae publicet.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1722. Június Nrs. 20.

233.

Buda 1722 október 24. József Simon és Hirschl Izsák, kiket a budai magisztratus adósságuk nemfizetése miatt kihallgatás nélkül börtönbe vetetett, kéri az udvari kamarát, hogy rendes bírói eljáráson új fizetési terminusokat állapításnak számukra, vagy pedig csődbe kell menniök.

Hochlobl: Kays: Hoff Cammer.

Gnädige- und Hochgebiettende Herrn. Herrn.

Euer Excellenz und Gnaden werden wür arme höchst beträngt — und durch mehrmahl verüebt — sehr schmerzlich erlittenen gewalth ins auszerste verderben gestürzte Cameral Schutz Juden zu Ofen wehemüthigst fueszsfählig, und mit Thränen vollen augen umbständlich vorzutragen bemüssigt, welchergestalten unsz Hr. Statt Richter alhier, ohne einziger Pro et Contra verhör, sondern gleich simpliciter auf andringen einer d. geringsten Creditoren propria Auctoritate absque ulla consideratione et reflectione des (tit.) Hr. von Zennegs Kays: Cameral Inspectors vor uns gethaner Intercession, et quidem iisdem formalibus, wie dasz Sie, herren der Statt ofen sich Keinesweegs gelüsten lassen, noch unternehmen sollen, der Kays: Cameral Jurisdiction hoc in passu in mündesten einzugreifen, vill weni-

ger Selbige zu violiren, allermassen Er Hr. von Zennegg unszertwegen sich verobligire und cavire, auf erforderlichen fahl unsz allzeit in persohn zu verschaffen, und gebührende Satisfaction zu geben; danooh, deszohngeachtet mit Arrest belegt, und zu unsern grösten schaden mitten in damahls gewester Wein löszens zeith, in welcher wür von villen unszeren einschichtigen debitoribus über 150 Eimer Most oder Wein statt bahren geldts hatten ein Cassiren, und darmit ein nahmhafftte schuldt wiederumben abstatten oder Bezahlen Können, extra ordinem juris praecipitirt haben, zumahlen wür doch Klar vermög in Händen habenden Instrumenten erweisen können, dasz von A. 1719 Bisz 1720 effective 31.178 fl von unsz vollständig an schulden abgeführt worden und in allem nicht mehr den 3467 fl in resto verblieben, wohingegen wür aber liquide zu fordern haben, und dato sich annoch unszer vermögen in die 8281 fl Rhein erstrekhet, folgsam sufficienter solwendo sind, auch ohnfehlbar unsz von solche schulden allerdings schon deliberrirt haben würden, so fern wür nicht mit einem schiff pr 2000 fl werths waaren und bahren geldts unweith Belgrad verunglückhet wären, welches dan totaliter zu grund gegangen ist.

Wann nun wür aber dennoch ungehindert dieszes groszen Unglücks successive obermelte debita deren 3467 fl abführen zu können, unsz noch gar wohl im stande und vermögen befinden, auch willig und bereith sind, dafern man unsz nur mit dergleichen gewalthättigkeiten, wie bereiths kürzlich erst der Manticellischen Schuld halber beschehen ist, in dem sich selbe auf 580 fl belaufet, und deszertwegen vor 1500 fl waaren rapite capite hinweggenommen worden sind, nunmehr aber solche zu unszeren und deren Waaren grözsten Verderben todt ligen müssen; in unszeren gewerb und handlung, besonders in dem zu alt ofen stehenden Breu- und Brandwein hausz nicht verhinderlich oder höchst schädlich wäre; allermaszen haubt sächlich zu beobachten ist, dasz wür in arrest ohnmöglich jemanden Befriedigen Können, sondern villmehr in äussersten Ruin dadurch versenkhet, und zu vollkommene Bettler (layder

Gott erbarmen) gemacht werden. Solchermaszen gelangt an Euer Excellenz und Gnaden unserer beede sehr gekränkhten Cameral Schutz Juden zu ofen unser widerholtes in tiefester Submission fueszfählig und höchst nothringendes anflehen, refugiren und Bitten, dieszelbe geruhen, in Mildester Behertzigung, dasz wür in die etliche 30 Jahre lang schon sub Protectione deroselben höche Instanz alsz Unterthanen gestanden auch alljährlich Einem Kays: aerario unszer gebühr, oder sogenannte Schutz und toleranz-gelder allstäts treu praestirt haben: 1^{mo} unsz nicht nur dieses unbillich- und allen Rechters Läuff und ordnung zuegefüegten Arrests aufs schleunigste zu entledigen. 2^{do} mehrwohlged. H. v. Zennegg alsz dero wohl verordneten Cameral Inspectoru alhier in so weith zu begwalten und gemäss. aufzulegen, das sowohl berührten Manticelli, alsz diese letzl, an unsz verübten gewalths halber (weg welch ersteren zwahr ein rescript an Einen hochlöbl. Kays: Hoff Kriegs Rath bereiths ergangen, zu dato aber noch kein Effect darauf erfolgt) zulängliche Satisfaction zu vermögen und 3^{tio} pro futuro unsz von derley sehr vermessen- und ungeziehmliche unternehmung in allen und jeden vorfallenheiten auf alle seithe in räfftigster form schützen, mit unszeren Creditoribus oder Klägern qua Judex delegatus der Justiz gemäsz tractiren, auch wider unsz der billichkeit nach verfahren; Pro Praesenti aber unsz einige etwas leydentliche termine zur Contentirung setzen, oder im fahl sie Creditores und Kläger solche nicht acceptiren wolten, eine ordentliche Cridam formiren zu Können, und publiciren zu lassen. Zu mildreichste gewehr- und erhörung dessen unsz unterthänig gehorsambst fueszfählig empfehlen

Euer Excellenz und Gnaden

Unterthanig gehorsambste
Joseph Simon u. Herrschl
Isaac Cameral Schutz Juden
zu ofen

Kivül: Inclytae regiae Camerae Hungaricae pro Informatione: item voto, ac opinione amice communicandum.

Ex Conso Camæ Aulae Viennæ 24. octobris A. 722.

Jos. Georgius Strobel de Adelheim.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1722 Octobris 24.

234.

Pozsony 1723 február 25. A szepesi kir. kamara jelentésére, hogy a zsidó türelmi taksa zsidó bérlője panaszkodik ezen adó behajtása körüli nehézségekről, melyeknek okozói a zsidóknak serfőzdéket, szeszfőzdéket, korcsmákat etc. bérbe adó földesurak, felkéri a magy. kir. kamara a magyar kir. kancelláriát, hogy megparancsolja a 13 felső-magyarországi megye hatóságának, hogy ezen kir. jövedelem behajtásánál segédkezést nyujtsanak a zsidó bérlőnek.

Excellentissimi Illustrissimi, Reverendissimi etc. Salutem et servitiorum Nostrorum Commendationem. Regiae huic Camerae Hungaricae per itidem Regiam Cameralem Administrationem Scepusiensem repraesentatum est, qualiter eadem annuam tolerantialem Iudaeorum in Superioribus Regni Partibus residentium et quaestum exercentium Taxam non ita dudum certo Iudaeo ad triennium erga mille florenos quotannis Aerario Regio deponendos in Arendam elocaverit; Idem vero Arendator querulari et lamentari non cesset, quod diversi Domini Terrestres Braxatoria, Diversoria, Educilla et alia ejusmodi beneficia Iudaeis pariter elocantes talismodi Iudaeos adeo protegant, ut memoratus Arendator exiguum, aut nihil exigere possit, sequaciter necessitaretur, conventae Arendae renunciare nisi efficacem habeat assistentiam. Siquidem vero rationes antelatae Administrationis Scepusiensis Perceptorales in hujate Officina Rationaria asservatae et pervolutae Cameram jam a medio Saeculo et ultra in continuo usu ejusmodi Taxarum a Iudaeis, ut praemittitur, in Superiori Hungaria residentibus et quaestum exercentibus exigendarum perstitisse testarentur.

Ne proinde dictus Arendator Conventioni renunciaret, hocque mille florenorum emolumentum decedat, aut ultra dimidium cum dispendio Aerarii Regis recrescat, Praetitulatas Dominationes Vestras, velut in promovendum, tuendumque Summi Principis commodum zelosissimas, praesentibus perquam officiose eum in finem requirendas duximus, ut per benigna Caesareo-Regia Mandata Inclytis Superiorum Regni Partium Comitatibus serio committeretur, ne quisquam praedecarati census Arendatorem in exactione proportionatae Taxae personas et facultates Iudaeorum concernentis remoretur, et eatenus patrociniam et protectionem Iudaeo cui-quam praestet, quin imo omnem assistentiam is exigendo hujusmodi Proventu Regio praebere debeat. In reliquo etc. Posenii die 25 Februarii 1723.

N. N. Sacrae Caesareae Regiaeque
Camerae Hungaricae Praeses et
Consilarii.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1723 Martius Nrs. 28.

235.

*Bécs 1723 február 27. Az udvari kamara felkéri a magyar kir. kamarát, hogy Bürgel Joachim zsidónak a pozsonyi pénzverdének szállított ezüstért járó 250 forintot Vedrődy Pállal, a pénzverde mérlegfelügyelőjével és nem Vajai István-
nal fizettesse meg.*

Illustrissime, Spectabiles, ac Magnifici Generosique Domini et Amici nobis honorandi, Salute, servitiorumque nostrorum praemissa promptitudine;

Literas praetitulatarum Dominationum vestrarum vigesima sekunda Aprilis Anno millesimo septingentesimo vigesimo primo exaratas, nunc autem permodum Duplicati quarta Mensis, et Anni labentis renovatas, Camera haec Aulica percepit; In quibus Iudaeus Joachimus Bürgel ratione ducentorum quinquaginta florenorum, quos ex pretio argenti adhuc in Anno millesimo septingentesimo ad Domum Monetariam Poseniensem anticipati, a Zygostata Domus

ejusdem Paulo Vedrödy ad praetendendum habet, ad Stephanum Vajai relegatur. Ex quo autem praedictus Iudaeus antelatum argentum non Stephano Vajai, sed Zygostatae Psoniensi sub Jurisdictioni Regiae Camerae Hungaricae constituto dedisset; Non videtur aequum esse, ut ad memoratum Stephanum Vajai relegetur, contra quem nullam de Jure Actionem habet.

Hinc ad praecavendas ultiores ejusdem Iudaei importunas Instantias, praetitulatas Dominationes vestras denuo amice requirendas esse duximus; quo videlicet praementionatum Zygostatam ad satisfaciendum Iudaeo compellere, qui demum contra Stephanum Vajai, cui prefium argenti propriis suo facto concedidit viam Juris apertam habebit, beneficio ordinis idipsum secum ferente. In reliquo praetitulatas Dominationes vestras optato vivere desideramus, Viennae 27. Februarii Anno 1723.

N. N. Sacrae Caesareae Regiaeque Mattis Praeses, Vicepraeses, ac reliqui Camerae Aulicae Consiliarii.

O. L. Ben. Res. 1723 Februarii 27.

236.

Bécs 1723 március 2. A magyar kancellária elküldi Felső-magyarország 13 megyéjének a türelmi adó zsidó bérlőjének panasza folytán kiadott udv. kamarai rendeletet és kéri, hogy miután türelmi taksa a kancellária előtt teljesen ismeretlen, tudassák vele, annak mibenlétét és bevezetésének időpontját.

Ilmi Rendmi etc.

Salutem etc. Ex isthic copialiter annexis Inclytae Regiae Camerae Hungaricae ad Cancellariam hanc aequae Regiam Hungaricam Aulicam directis Literis uberius perspecturae sunt praetitulatae Dominationes Vestrae, qualiter nimirum Inclyta Cameralis Administratio Scepusiensis contra diversos Dominos Terrestres in istos superioris Hungariae partibus Braxatoria, Diversoria item et Educilla et alia hujusmodi beneficia Iudaeis elocantes, et in certae hanc tenus Nobis minus notae Tolerantiales (ut ajunt) Taxae, quotannis

ad Aerarium Regium, per constitutum eum in finem Arendatorem Iudaeum erga praestationem fl 1000, h. e. flor. mille deponendae, exactione impediētes, seu potius talismodi Iudaeos protegentes conquesta sit, pro qualive demum remedio sibimet elargiēde instet et partes suas interponat.

Quia vero Cancallae huic Regiae nequaquam constaret, qualis utpote praetensa illa Taxa sit, et quamdiu jam usus ejusdem introductus habetur?

Idcirco Illmas etc. hisce ex officio requisitas esse voluimus, quatenus Nos superinde ejusmodi pretensae Tolerantialis nuncupatae Taxae statu et introductionis ejusdem tempore genuine et circumstantialiter quantocyus informare velint nec intermittant. In reliquo servet Deus etc. Datum Viennae Austriae die 2. Martii A^o 1723.

Earum supratit. D. Vestrarum

Ad serv. parat.

N. N. Cancellarius caeterique Cancae

R. A. H. Consilarii.

13. Cottibus Superioris Regni Hungae secundum seriem Eorundem singilatim intimandum (A külzeten) utpote Abaujvariensi, Zempleniensi, Sárosiensi, Gömöriensi, Ungvariensi, Borsodiensi, Beregiensi, Szabolcsensi, Heves. et Exter. Szolnok. Tornensi, Zattmariensi, Ugocsiensi. Transmitt. per Postam die 3. Martii.

O. L. Conc. Exp. 1723 Martius. Nrs. 28

237.

Bécs 1723 március 22. A magyar kancellária információt kér gróf Pálffy nádortól, mint a pozsonyi Spiro Hirschel zsidó földesurától arról az ügyről, melyben az Eisenreich és Conradi bécsi kereskedők a Hirschel által Temesvárról Pozsonyba szállítandó ökörbőrök lefoglalását kérelmezték.

D^o Comiti Palatino.

Excell^{me} Dne Comes, Dne nobis colend^{me}.

Salutem et servitiorum norum paratmam commenao-

nem. Ex isthic copialiter annexo Joannis Rudolphi Eisenreich, et Christophori Martini Conradi, hujatum quaestorem et negotiatorum supplici Libello caeterisque eidem adjectis genuinis Documentis paribus uberius informari haud gravabitur eadem Excell^a vra, Qualiter nimirum memorati Supplicantes, contra certum Judaeum Hirschl Spiro nuncupatum et sub Dominali Excell^{ae} vrae Jurisdictione commorantem, veluti certam quantitatem Cutium bovinarum ad Eosdem spectantium, Tömösvarino Posonium exercendi quaestus gratia advectarum, ibidemque depositarum, obsigillari et sequestrari curantes, apud Suam Mattem, Ssmam, Dnum Dnum nrum Clementissimum conquerantur; pro qualive demum clementer sibimet importiando Remedio instantissime supplicent.

Quia vero Regia haecce Cancell^a ad talis modi Remedii ab altissime fata Sua Matte impetrandi exoperationem antequam nimirum super casu ex causa prius genuine informetur, condescendere nequiret.

Idcirco Excell^m Vram tanquam praeattacti Judaei Hirschl Spiro vocati Dnum et Protectorem hisce perquam officiose requisitam esse volumus, quatenus habita exercendi quaestus ratione, et exinde promanante Aerarii Regii utilitate Nos negotio in praedecarata, et in annexo Memoriali uberius denotato, quantocyus genuine informare haud gravetur. In reliquo dum felicem sacrae hujus Quadragesimae continuationem et finem, et consequenter felicissimumque Paschale Alléluja comprecaremur, manemus

Ejusdem Excellentiae

Servitores paratissimi
N. N. Cancellarius caeterique Cancellariae Regiae Aulicae Hungcae Consilarii.

Datum Viennae Austriae die 22. Martii 1723.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1723 Martius Nrs. 49.

Hasonló kérest intézett a kancellaria Pozsonyváros tanácsához is. L. u. o. Nrs. 48.

Bécs 1723 május 4. A magyar cancellária közli a magyar udv. kamarával a türelmi adónak a földesurak által megakadályozott behajtásának tárgyában kért és Gömör, Ugocsa és Heves megyétől már megkapott jelentéseket.

Illustrissime, Spectabiles ac Magnifici, nec non Perilles et Grosi Dni nobis obsdmi.

Salutem etc. Rite recordabuntur Praetitulatae Domnaones vrae, quidnam nobis adhuc de dato 3 praeteriti Mensis Martii Anni nunc curr. infrascripti, In puncto certae praetensae Tolerantialis Taxae a Judaeis, in Partibus Superioribus Hungae commorantibus et Braxatoria, Diversoria Educilla, item et Macella, et id genus alia Beneficia erga depositionem Arendae possidentibus, praetensive exigì solitae et per nonnullos Dnos Terrestres turbari et impediri ceptae, perscripserint.

Quo in passu, posteaquam haec Regia Cancellaria praetactarum Partium Regni Hungariae Superiorum Comitatus in eo, ut genuinam eo in passu suppeditare non intermittant informationem, Literatorie requisivisset; Ex post facto quidnam eatenus Gömöriensis, Ugocsiensis et Hevesiensis Comitatus Cancellariae hinc rescripserint, ex isthic annexis Responsoriorum eorundem genuinis Paribus uberius informabuntur praetitulatae Dnationes Vrae.

Quantum reliquos Cottus earundem Partium Superiorum attinet, ubi iidem quoque superinde Cancellariam hanc informaverint, illorum quoque informationes cum praetitulatis Dnationibus Vris officiose communicaturi sumus.

In reliquo servet Deus Illmam, Spectabiles ac Magnificas nec n. Perilles etc. ad vota propria diu salvas et incolumes. Dat. Viennae Austriae die 4. Mensis Maji A^o Dni 1723.

N. N. Cancellarius, Caeterique Regio
Aulicae Hungariae Cancellariae Con-
siliarii.

Camerae Hungae.

O. L. Conc. Exp. 1723 Majus Nrs. 48.

239.

*Laxenburg 1723 június 8. Királyi rendelet szerint közölte-
tik Pozsony és Nyitra megyével, valamint Szokolcza város-
sal, hogy az osztrák sónak a Morva folyón Sziléziába szállí-
tása ügyében Beer Salamon zsidóval kötött szerződés meg-
szűnt és új szerződés Dimpter Kristóf olmützi tanácsossal
kötetett meg.*

Carolus VI. etc.

Rndi, Hrabilis et fideles nobis dilecti. Probe memin-
eritis Quidnam Vobis adhuc sub Dato diei 19 Mensis 9bris Anni
1719 in puncto certi Contractus, intuitu transportationis
salis Austriaci, beneficio Fluvii Moravae in Ducatum nrum
Silesiae promovendae cum Judaeo Salamone Beer nuncu-
pato, per Cameram nram Aulicam, ante biennium initi cle-
menter commiserimus et demandaverimus.

Quia vero (uti per modo fatam Cameram nram Aulicam
Nobis demisse relatam extitit) Contractus ille ita exigente
servitio nro. jam cessasset et rursus alius Contractus cum
Consule Civitatis nrae Olomucensis Christophorus Dimpter
vocato initus esset.

Idcirco Vobis harum serie benigne committimus et man-
damus, quatenus rebus sic stantibus antelati salis nri
Austriaci transportationem beneficio dicti Fluvii Moravae in
praedictum Ducatum nrum Silesiae promovendam, absque
ulla opposicione et impedimento in effectum deducendam
omnino admittere debeatis et teneamini. Gratia in reliquo
nra Caesareo Regia Vobis benigne propensi manemus. Da-
tum in Castro nostro Laxenburg die 8 Mensis Junii Aº
Dni 1723.

Cottui Posoniensi ad Intimaonem Camerae Aulicae
prioris Contractus cum Judaeo Salamone Beer in puncto
transportationis salis Austriaci per fluvium Moravam in
Silesiam promovendae initi cessatio et iterum alterius cum
consule Olomucensi facta initio intimatur.

In simili etiam Cottui Nittriensi, et Civitti Szokolczensi,

mutatis quo ad Civitatem circa Cortesiam mutandis; uti in priori expeditione factum fuit.

Bobokubovich Dolyanszky.

Revisum in Consilio die 8. Junii.

O. L. Conc. Exp. Junius Nrs. 12.

240.

Bécs 1724 március 13. III. Károly király elrendeli, hogy Bazinváros magisztrátusa Paulovics örökösei által Hirschl Márkus és Mayer ellen megindított igénypert visszautasítsa és addig, míg Hirschl Lázár atyjuk adta kölcsön visszafizetve nem lesz, őket a jelzálogként kapott ház és szőlőkert birtokában hagyja.

Carolus etc.

Prudentes ac Circumspecti Fideles Nobis dilecti. Demisse simul et quaerulose repraesentatum est Mjtti Nrae nominibus et in personis Marci et Mayr Hirschl in hocce Archiducali Cítte nra Vienna degentium Judaeorum. Qualiter modofatorum Exponentium Genitor Lazar condam Hirschl Egrio condam Francisco Richter in anno adhuc 1694 certam summam pecunariam fl. 1700 constituentem sub affidavitione infallibilis persolutionis mutuo dando ex quo ejusmodi capitalis summae juxta contenta emanatarum eatenus Literarum obligatorialium complanatio subsecuta non fuisset, post fata praenuncupati Lazar Hirschl Filii ipsius, moderni utpote Exponentes alia modalitate debitam sibi satisfactionem consequi nequeunt, Anno 1721 judicium sub Actoratu Fidelis nri. Nobis synceri dilecti Splis ac Magci Comitis Nicolai Pálffy praefati Regni nri Hungariae Palatini, Domini alias ipsorum Terrestris contra antelatum debitorem suum coram Vobis instituissent Processum; Cujus tamen exitum praescriptus debitor expectare nolens, ad certam amicabilem. coram Vobis in Curia vra senatoriali simul constitutis eandemque promoventibus cum memoratis Exponentibus condescendisset compositionem. virtute cujus, quandoquidem

Exponentes ex liquidissima praetensione sua, una cum accreto Interesse fl. 3588 constituyente, florenos 1188 remisissent, ideo toties fatus Debitor quoque in defalcationem residuae summae Domum suam in interiori ista Citte nra habitam in fl. 1400 nec non unam vineam Altenburgh nuncupatam in Promontorio Grinaviensi adjacentem in fl. 400, coram vobis, tamquam fundos tempore adhuc praespecificati contracti debiti pro speciali Hypotheca declaratos, Homini praefatorum Exponentium realiter assignasset, et per manus tradidisset, respectu vero in complementum attacki debiti, restantium fl. 600 se ad persolvendum modis et formis in emanatis eatenus Lris obligatorialibus coram Vobis in specie producendis semet iisdem obligasset, et medio tempore hanc quoque summam modalitate in Literis obligatoribus declarata complanasse. Quibus taliter bona fide tractatis et conclusis licet quidem Exponentes se in Dominio modo praevio sibi assignatarum Domus et Vineae pacifice ac imperturbate permansuras indubie sperassent; quia nihilominus repetito Francisco Richter medio tempore fatis functo, ab aliquibus Paulovicsionis haeredibus in substantiam Richterianam ex fundamento velut sub audivissent restantis, certa in parte praeattactae Domus per defunctum Franciscum Richter superioribus Annis et temporibus ab eorum praedecessore comparatae pretii imaginativas quaspiam praetensiones firmantibus intuitu earum complanationis, saepefati Exponentes, tamquam actuales praedeclaratarum Domus et Vinearum possessores pro 28 Curen. Mensis Martii et anni infrascripti ad Instantiam praefatorum Paulovicsianorum haeredum in praesentiam Vri certificati extitissent; Quia vero etiam si ne fors dictorum haeredum Paulovicsianorum praetensio antelato Exponentium activo debito antiquior et aetate priori esset; per hoc tamen jure potior ex eo non censeretur esse, siquidem memorati Exponentes praetactorum fundorum per dictum Franciscum condam Richter, tempore contracti debiti, in specialem hypothecam pro securitate dicti Creditoris sui obligatorum ac denominatorum dominium et possessionem coram Vobis publice ac soleniter adipiscendo, realemque Ejusdem hipothecae possessionem in praesens

usque continuando, respectu aliorum creditorum extra Dominium constitutorum Jure potiores esse censeretur. Supplicatum itaque extitit Majestati Nrae nominibus et in personis memoratorum Exponentium debita cum Instantia humillime, quatenus Eisdem in praemissis clementer providere Vobisque superinde serio committere et mandare dignaremur, nec pateremur Eisdem justis suis juribus improvise destitui. Quarum demissa Instantia et Supplicatione, tanquam justa et legitima benigne exaudita et admissa; Cum et alioquin etiam creditores pro securitate Crediti sui hypothecam specialem in Literis obligatoriis adscriptam habentes, ac ejusmodi hypothecae reali dominium et possessionem, ex ipsiusmet debitoris assensu et assignatione, coram fide dignitate magrali, palam publice et manifeste, nemine contradicante adeuntes et apprehendentes, ejusmodique dominium et possessionem longiori tempore pacifice et inperturbanter continuantes, reliquis creditoribus pure chyrographariis, extra dominium constitutis, quamvis prioritatem temporis gaudentibus, omnino praeferendi venirent; sed et jura non nisi vigilantibus subvenire solerent: qui de jure suo debito tempore non uteretur abuteretur: Tilo. 12. P 2: Trip: id ipsum clarificante.

Hinc quemadmodum legimos processus manutenere, ita illegitimos non admittere juxta conditionem 5. tam Diplomatis Regii anni 1659 nrae Regiae competeret autoritate.

Eapropter Vobis harum serie firmiter praecipientes comittimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus, rebusque sic uti praefertur stantibus, seque habentibus causis rationibusque et legibus ex praedactis, praescripta in Causa sive processu, terminoque jam praefixo, ant nefors eodem in dilationem sumpto, alio praefingendo, contra memoratos exponentes, comperto duntaxat eo, quod ipsimet per Translationem debitoris sui Francisci condam Richter; Actionalem Domum et Vineam in rationem contentationis suae, soleniter coram Vobis Magistratulu, nemine contradicente obtinuerint et apprehenderint, Dominiumque et possessionem eorundem bonorum, in praesens usque pacifice tenuerint, nullatenus procedere, quin potius eosdem in ulte-

riore ejusmodi possessione usque ad praetactae summae praenominatis fundis inhaerentis fiendam depositionem; tam contra praefatos haeredes Paulovicsianos, quam etiam alios praetendentes eatenus nefors semet ing[r]essuros manutene-
re et conservare modis omnibus debeatis et teneamini. Secus n. facturi. Graa in reliquo nostra etc. Datum in Cite-
nra, Vienna Austriae die 13 Mart. 1724.

O, L. Conc. Exp. 1724 Martius Nrs. 26.

241.

Nagyvárad 1724 május 22. Politzer Izsák és József Izsák tanuságtétele, hogy Mayer zsidó meg akarta verni özvegy Jakabné zsidónőt.

Mi alább megh irtak praesento recognoscálljuk: Hogy midőn az Eözvegy Jakobiné a várbul ki jött volna és Sidó Mayert kérdette, hogy miért az én szómra és nevem alatt kölcsön többet vettél fel? felelt annak: száz forintot vettem fel, de bánom, hogy többet nem vettem; az Eözvegy Asszony pedig fakadott sirva, hogy Mayer ki jövén a Boltyábul az Assonyt megh akarta verni, de mivel látta az utzán az Emberek sokaságát, vissza ment a Bolthba. Az Asszony is onnan sirva elment Lamentatiokkal s jajgatással. Ezeket így látuk Szemeinkkel és hallottuk s attestálljuk is saját kezünk subscriptiojával megerősítvén. Várad 22. may 1724. Isák Policzer, Joseph Isák.

Lakos L. A váradí zsidóság története. 50. l.

242.

Nagyvárad 1724 május 30. Hatkovszki Éva Franciska, Hatkovick kapitány felesége, Green János lakatos és Mayerhoffer János császári pénztáros tanuskodnak Mayer zsidó és özvegy Jakabné zsidónő peres ügyében.

Én recognoscálom, hogy Jakob Sidónak Eözvegye hozott be bizonyos zálogot és két száz Rhénes forintokat

kivánt kölcsön reá, de a pénz nem lévén kezeim közt, ugyan csak meg is ottan hadta a zálogot, de Mayer Sidó harmad vagy negyed nap alatt be jött és azon Zálogra 300 Rhénes forintot vett fel kölcsön. Eva Francisca Hatkovszkin von Hatkovicker Hauptmanin.

Én Gren János recognoscálom, hogy Mayer Sidónak a Ládáját felnyitottam és a Kerékgyártoné asszonyom is jelen volt. Green János Lakatos az Oberst Lajdinant Companiájában.

Hogy az Majer Sidó, Jakobi Sidó Eözvegye helyett Spiro Hirsl által nékem többet nem fizetett 200 Rhénes forintoknál, ezt így bizonyítom saját kezem írásával és usualis pecsetemmel. Várad 30. may 1724. Joannes Benedica Mayerhoffer. Urunk Eö Fölsége Cassiriussa.

Lakos L. ibid. 51. l.

243.

Nagyvárad 1724 június 7. Krimpa Anna várad-olaszi polgárnő igazolja, hogy Mayer zsidó, mikor nála pártát akart venni, Mayer elment lakatosért és általa egy főkötőt tartalmazó zárt ládát nyitattatott ki.

En alább megh irt attestálom: Hogy én Mayer Sidótul kivántam volt arany kötést germanico Idiomate vulgo Partu venir és pedig el tagadta, hogy most nekie nem volna és kérdi: mire volna szükséges? én felelek: egy Fükötőre; mondá pedig Mayer Sidó, hogy volna nála egy igen ócsó Pénzen eladó Fükötő s azonnal el is ment a Lakatosért, amint egy bizonyos nagyságu Ládát fel is nyitattott, a melyben a Fükötő volt. Én azonban akkor gondoltam saját Ládájának lenni, a mint az előtt azt állította, hogy a Koltsát el veszttette volna. Kirül is adok ilyen képpén saját kezemmel irt és pecsétemmel erősítettett Attestatiót. Várad 7. Juny 1724. Anna Krimpa V. Ol. purgerin.

Lakos L. ibid. 50 l.

244.

Naggyvárad 1724 június 19. A váradi őrnagy özvegyének és Lebl Izraelnek tanúsága özv. Jakabné zsidónő és Mayer zsidó közti peres ügyben.

Én alább megh irt praesentibus attestálom, hogy én Majer nevű Sidótól 23 Rhénes forintokat, Eözvegy Jakób Sidoné iránt, hogy Posomba mentem vettem fel; Es így magamnak Lelki Ismerete szerint is megh bizonyíthatom, hogy Jakób Sidó Eözvegye Platz Major Úrnak igazán mindeneket megh fizetett és én is többet nem vettem Sidó Majertul 23 Rhénes forintnál. Várad 19 Juny 1724. Israél Lebl, Eözvegynek akkori szolgája.

Attestálom praesentibus, hogy Jakób Sidó Eözvegyéért (soha is az én Istenben elnyugott Uramtul nem hallottam) a jó Majer Sidó egy Pénzt is fizetett volt. Platz Major Eözvegye.

Lakos L. A váradi zsidóság története, 51. l.

245.

Bécs 1724 június 26. III. Károly megparancsolja Bars, Nyitra, Zólyom, Turóc, Hont és Nógrád vármegyének, hogy a már 1693 és 1695 kibocsátott királyi rendeletek értelmében szigorúan távoltartsák a zsidókat a bányavárosok hétélméröldnyi környékétől.

Carolus etc.

Reverendi, Honorabiles etc. Fideles Nobis dilecti. Constatre Vobis etiamnum non ambigimus, qualiter pietissimae memoriae Imperator et Rex Leopoldus Genitor noster desideratissimus, tenore benignorum Mandatorum Suorum sub Dato 23^{mae} Januarii 1693 et 29^{mae} Julii 1695 Annorum expeditorum, inter alios Vobis etiam commiserit: ut cum juxta antiquum usum, et consuetudinem non licuerit Judaeis in Regno Hungariae commorantibus, ad praecavendas eorundem ex Auri Argentique Fodinis et officinis fusoriis subdole practicari solitas fraudes et furtivas praxes, intra Di-

strictum Liberarum Regiarumque Civitatum Montanarum, abindeque ad septem Milliaria, in Circuitu, ullo tempore sub poena amissionis vitae comparare, vel sedes suas figere, aut in Comitatibus intra spatium, seu Circuitum praememoratorum septem Milliarium commorari, quaestumque, aut negotiationem quampiam exercere: id ipsum memoratis Judaeis quocunque sub praetextu nullatenus admittatur, verum iidem in limitibus memoratorum Montanarum Civitatum in Circuitu ad septem usque Milliaria sub poena amissionis vitae severe arceantur et prohibeantur: De praesenti interim compertum haberetur antelatos Judaeos Carponae, Levae, Baymoczy, Prividiae, et alibi etiam in ambitu praedictarum Civitatum Montanarum hoc tempore iterum commorare in derogamen modo praevio, interventarum benignarum Regiarum Ordinationum publici Boni detrimentum.

Quo in passu remedium ponere, praeallegatamque pietissimae memoriae Genitoris nostri in praemissis interventam ordinationem innovare cupientes, vobis clementer hisce, ac serio committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus et intellecta in praemissis, benigna dispositione et ordinatione nra, eandem in gremio istius Cottus pro singulorum notitia publicare, proque exigentia ejusdem annotatos Judaeos ex quibuscunque locis et districtibus istius Comitatus, ad spatium septem Milliarum a dictis Civitatibus Montanis distans, absque ulla mora amovere et totaliter eliminare et ne memorati Judaei inposterum in iisdem locis, et praedecclarato ad septem Milliaria circuitu ullo tempore comparere, vel sedes suas figere, aut ullo pacto ibidem sub praescripta Capitali poena morari ausint, vel praesumant efficaciter ordinare, ac id ipsum observare, observarique quoque curare debeatis ac teneamini. Gratia in reliquo etc. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae Die 26 Mensis Junii 1724.

Comitatui Barsensi ad requisitionem Camerae Aulicae intimatur, ut juxta praevie jam interventum Imperatoris Leopoldi ordinationem, ut Judaei a Montanis Cittibus, earun-

demque vicinia ad septem Milliaria in circuitu sub poena amissionis vitae arcentur.

In simili Cottibus Nitriensi, Zoliensi, Thurociensi, Hontensi, Neogradiensi et Liptoviensi.

O. L. Conc. Exp. 1724 Junius Nrs. 50.

246.

Bécs 1724 július 7. A magyar udvari kancellária kéri az ausztriai udvari kancelláriát, hogy Bernek János, gr. Pálffy intézője elleni peres ügyben szolgájával együtt Bécsbe jött Auszterlitz Helena pozsonyi zsidónőnek 14 napra védlevelet adjon.

Sacrae Cae Regiaeque Mattis Excelsae Cancellae Austriacae Aulicae hisce perquam officiose insinuandum. Helenam Auszterlicz Hebraeam Poseniensem una cum famulo suo, certae causae suae Judiciariae contra Joannem Bernek Provisorem Palfianum coram hacce Cancellaria Regia Hungarica Aulica proseguendae ergo huc Viennam advenisse; quae siquidem citra Augustae Aulae Indultum, hic diutius moram trahere finemque instantiae suae praestolari non posset. Hinc Eandem Excelsam Cancellariam perquam officiose requiri, quatenus memoratae supplicanti salvum conductum spatio quatuordecim dierum suffragaturum impertire haud gravatim velit. In reliquo praetitulatae Cancellariae Austriacae ad exhibenda quaevis grati officii studia Cancellaria hac Regia manet prompta semper et parata.

Ex Consilio Cancellae Rae Hungae
Aulicae Viennae die 7. Julii 1724.

O. L. Conc. Exped. 1724 Julius Nrs. 61.

247.

Pozsony 1724 július 17. Sauska Ferenc János számvevő hivatalos jelentése a magyar kamara tanácsához a gödingi N. Ábrahám és Mandl Joachim zsidóknak a Regőczy Huszár családdal szemben fennálló követelések tárgyában.

Inclytum Camerale Consilium.

Super hisce reannexa Abrahami N. Judaei Gödingensis instantia, respectu praetensionis suae Fl 122:85 exportantes apud perillustrem et generosum condam Josephum Huszár de Regöcz et conthoralem eiusdem dominam condam Evam Madocsány habitae, hisce obsequenter informatur praelibatum inclytum camerale consilium, quod perquisitis ac adinventis eiusdem Judaei obligatoriis, seu recognitionibus hisce in originali adiectis et quidem N 1^{mo} notalis appareat exinde omnino praefato Judaeo pro diversis rebus et materiis sericeis antememoratis domino Huszár eiusdemque conthorali ad creditum suppeditatis Fl 122: et 85 xr. restare. Item alteri Judaeo Joachim Mandl dicto Fl. 80:64 denarios, uti ex recognitionibus Friderici Tista antehac bonorum Huszarianorum provisoris N. 2^{do} notatis uberius liquebit, qui proinde Judaei censerentur ad officiales tricesimae Szakolcensis, qua antehac possessionis Kis Kovalocz inspectores fiscales pro contentatione ex restantibus adhuc ibidem effectibus impendenda assignandi; aut vero siquidem etiam civitas illa Szakolcensis in fundis Huszariano-civilibus quoque successerit, si non in toto ad minus in medietate (Salva tamen sapientiori inclyti cameralis consilii dispositione permanente) ad dictam civitatem pro exolutione praemissarum praetensionum relegandi: Actum Posonii in officina rationaria inclytae regiae camerae Hungaricae, die 17 Julii 1724.

Eiusdem inclyti cameralis consilii humillimus servus Joannes Fr. Sauska m. p. rationum magister.

Más kézzel: NB. Expost vigore camerali decreti sunt omnino assignati et exoluti in Fl. 100: per praefatos officiales Szakolcenses; itaque adhuc restarent iisdem Judaeis exolvendi Fl 103:53 denarii.

Hátirat: Praesentatum 20 Julii 1724.

Orsz. Levélt. kincsl. oszt. „A pozsonyi kamarához intézett levelek II. sor. 12. cs. Fasc. 3.

Szentkirályi György másolata.

248.

Szenice 1724 július 22. Marsinay Ferenc nyitrai megyei szolgabíró és Bárdi Sándor nyitrai megyei esküdtbíró bizonyítják, hogy a szenicei tűzvészt okozó és a berencsi várbán bebörtönzött 10 éves zsidó leányt, ki a szenicei kapitány előtt hosszú vallatás után azt állította, hogy a gyűjtögetésre Schmule lengyel zsidó bírta rá, ők is a másik két leánnyal együtt kihallgatták, de előttük visszavonta előbbi vallomását; azt a lengyel zsidót is vallatták, ki tortúra előtt, alatt és után is ártatlannak mondta magát, mert senkit a leányok közül gyűjtögetésre nem bírt.

Nos Infrascripti Judlium et Jurassor Cottus Nitriensis, notum facimus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis. Quod dum nos revisioni Causarum Criminalium Inclyti Dominii Berencs 17. et 18. curren, in oppido Szobotisco ventilatarum interfuissemus, evidenter comperitum est comprehensionis, aut incaptivationis certi Judaei Poloni Schmule nominati, pro nunc quoque in carceribus Arcis Berencs existentis, unicam hanc causam fuisse, quod certa puella Judaica, Rosina vocata, aequae in Arce Berencs cum aliis duabus pariter Judaicis Puellis captiva detenta, occasione illa, dum eadem Puella tecto certae Domus in Oppido Szenicze ignem supposuisset, in ipsoque actu comprehensa ad Domum Ductoris Szenicziensis deducta, tandem post longum examen fassa fuisset, semet una cum praefatis duabus, per praeattactum Judaeum Polonum Schmule partim minis, partim vero quatuor grossorum assignatione, ad excitandum incendium inductum et persuasum fuisse. Praementionato Judaeo Polono Schmule itaque Torturae etiam adjudicato existente, praefataque puella Judaica Rosina, cum praeattactis duabus rursus in praesentiam nostri adducta, et examinata, ex tunc eadem praedeclaratam, contra jam fatum Polonum Judaeum modo praevio factam fassionem, per omnia revocavit, et se per neminem ad succendendum oppidi Szenicze inductam, et instigatam fuisse, consequenter praenuncupatum Polonum Judaeum eo in passu absolute innocentem fore; verum se

solo duntaxat eandem Puellam Rosinam, ad supponendum ignem commotam fuisse, et praeter se ipsam hujus criminis neminem Reum et Complicem existere declaraverit. Sed et id Polonus Judaeus in praesentia nostri torturatus constanter eandem sustinuit, et non modo ante, ac in ipsa quoque, verum etiam post Torturam, ad usque praesens, per omnia negavit et negat se aliquam praefatarum Puellarum unquam ad praemissa disposuisse, aut eo fine aliquid iisdem promisisse, vel se per aliquem, ad inducendas, easdem dispositum fuisse, testamur etiam easdem Puellas Judaicas captivas circiter decem Annos habere posse. Super quibus praemissis, velut coram nobis actis et factis, praesentes extradeditur Literas Testimoniales. Datum in Oppido Sze-nicze, die 22^{da} Men. Julii Anno 1724.

Franciscus Marsinay
Cottus Nittrien. Judlium
Alexander Bárdi
Cottus Nittrien. Jurassor.

O. L. Ad Conc. Exp. 1724 October Nrs. 67.

249.

Bécs 1724 július 24. A magyar udv. kancellária kéri a haditanácsot, hogy a katonai hatóság által bizonyos bűntett miatt már évek óta bebörtönzött zsidókat aziránt is kihallgattassa, vajjon nem részesek-e a Bourgens Magdalena folyamodványában említett kegyetlen büntetttben és vallo-másaikat közöljék a kancelláriával.

S. C. Raëque M. Excelso Consilio Aulae Bellico amice insinuandum. Inclitam Cameram Aulicam hisce copialiter annexam Magdalenae de Bourgens instantiam. sine ordinandi, ob in eadem denotatum atrox sane attentatum judrii processus Regiae huic Cancellariae Hungco Aulicae inviasse; Quo in passu intimatum quidem est Cottui Soproniensi, intra cujus limites istius modi crimen comissum fuerat, ut sub assistentia fisci ejusdem Magistratualis, contra reos

compertos ad vindictam publicam procedatur; ex quo tamen certí etiam Judaei alio ex capite sub Jurisdictione Militari (uti exponitur) ab aliquo jam tempore incaptivati, complicitatis arguerentur; Igitur praelibatum istud Aulae Bellicum Consilium, in eo hisce peramice requiritur, quatenus interea etiam, donec in Cottui Soproniensi ne fors reperibiles, praespecificati criminis patratores ibidem exquiri, comprehendi et examinari possint, praetensos talismodi complices etiam super praenotato atroci crimine examinari curare, eorundemque fassiones Regiae huic Cancellariae communicare haud gravatim velit. In reliquo Eidem Aulae Bellico Consilio, dicta haec Regia Cancellaria ad quaevis grati officii munia prompta manet ac parata.

Ex Consilio R. C. H. A.
Viennae 24 Julii 1724.

Josephus Theophilus Dolianszky.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1724 Julius Nrs. 80.

250.

Szenicze 1724 augusztus 1. Demkovics István a berencsi uradalom fiskálisa közli a magy. kir. udv. kancelláriával Józséf Ábrahám szeniczei zsidó ügyében hozott ítéletet.

In Causa Judaei Josephi Abraham muncupati, ac in Oppido Szenicze, Domoque Perill. ac Grosi Domini Casparis Czingély residentis, occasione Sedis Dominalis Incltyti Dominii Berencs, die 17. et subsequētis Mensis Praeterlapsi Julii celebratae.

Deliberatum est.

Quamvis per intercessum a Parte Secundi Ordinis T. in actu Torturae prioris fassionis tertii ordinis T. aggravantis provocationem, ejusdemque etiam post Torturam factam confirmationem, ipse Tertii Ordinis T. de stricta legis et praxis observatione plene justificatus evasisset, adeoque absolutio ejusdem simpliciter subsequi debuisset;

verum quia nonnullae Judicio praesenti cognitae emergerent circumstantiae, quae quodammodo eundem tertii ordinis T. suspectum reddere viderentur, ex eo ex vinculis quidem eundem pro nunc liberum dimittendum decerni, ac nihilominus pro securitate fidejussoriam cautionem mille florenorum per prius de se datam ulterius quoque prae manibus Inclyti Magistratus detinendam judicari.

Quam quidem Inclytae Sedis Dnalis Deliberationem praefato Haebreo Josepho Abraham futura ejusdem pro cautela, ac remonstranda, Deliberatione tenus circumscripta suimet Justificatione extradandam esse duxi. Szeniczii, die 1^a Men. Augusti Anno 1724.

L. S.

Stephanus Demkovics Inclyti Domini
Berencs Fiscalis.

O. L. Ad Conc. Exp. 1724. October Nrs. 67.

251.

? 1724 augusztus 4. Stemper András és Lenerth János jelentése a szepesi kamarához a zsidók összeírása tárgyában, mely Salamonovics Mihály zsidónak, a kóser bor és a türelmi taksa bérlőjének vallomása alapján készült.

Inclytum camerale consilium, domini domini patroni gratiosissimi.

Juxta gratiosum eiusdem inclyti cameralis consilii mandatum Judaeum Michaëlem Salamonovics, arendatorem vini koscher et tollerantialis pecuniae examinavimus, cuius fassionis connotationem hisce humillime annectimus, verum iuxta submissas anno 1721 per dominos tricesimatores et provisores Judaeorum specificationes, respectu huius fassionis, deessent Judaei N^o 36, quos propter miserum statum omnes in Poloniam transivisse refert. Dum autem eidem copialiter demisse acclusum iuramentum perlegissemus, et nisi fideliter taxam, quam a singulo Judaeo percepit, detexerit, hocce iuramentum se deponere debere, indi-

cassemus, reposuit, se hanc arendam non erga iuramentum, verum erga accordam ab inclyta camera accepisse, nihilo minus super eo, quod anno hocce non plus, quam in fassione a Judaeis denominatis connotatum est, perceperit, iuramentum obtulit, dicendo, nisi inclytum camerale consilium respectu porrectae suae instantiae eidem gratiose assistat, eundem anno hocce infalibiliter magnum damnum experiri debere In reliquo nos gratiis humillime recommendantes, manemus inclyti cameralis consilii servi humillimi Andreas Stemper m. p., Joannes Lenerth m. p.

Kivül: Praesentatum 4. Augusti 1724. Ad inclytum camerale consilium dominos dominos patronos gratiosissimos humillima repraesentatio specificationis Iudaeorum ex fassione Iudaei Michaëlis Salamonicus arendatoris vini koscher et tollerantialis pecuniae per nos introscriptos concinata.

Orsz. Levélt. „A pozsonyi kamarához int. levelek II. sor. 12. cs.” jelzett alatt. Szentkirályi György másolata.

252.

Bécs 1724 augusztus 14. A magyar kir. kancellária leküldi Schloszpergh Lászlónak, a berencsi uradalom igazgatójának, a berencsi várban bebörtönzött Schmule zsidó kérvényét, és felszólítja, hogy az ellene hozandó esetleges súlyos ítéletet függőben tartsa és az ügyről pontos, minél teljesebb jelentést terjesszen fel.

Generose Domine nobis observande.

Salutem etc. Haebraeus Schmule in arce Berencs captivus praesentibus originaliter annexam instantiam introporrigi fecit; Et siquidem regia haec Cancellaria Hungarico-Aulica circa casum in eadem instantia uberius denotatum solidam eamque circumstantialem informationem haud haberet

Eapropter istiusmodi instantiam eo fine cum praetitulata Dominatione Vestra hisce communicandum esse duximus, ut in suspenso relicta ulterioris cujuspiam contra praefatum Haebreum ne fors ferendae aggravatoriae sententiae Executione Regiam hanc Cancellariam Hungarico-

Aulicam super praedecclarato casu eundemque ingredientibus circumstantiis genuine quam totius informet. Manentes in reliquo Viennae 14 Augusti Anno 1724.

D. Ladislao Schlospergh qua Bonorum Berencsiensium Directori.

Chvatalides.

O. L. Conc. Exp. 1724 Augustus Nrs. 71.

253.

Pozsony 1724 augusztus 25. Gróf Erdődy György mint néhai herceg Eszterházy József árvájának gondnoka és társgondnokai kinevezik Eskeles Berendt Gabrielt a hercegi uradalom területén lakó zsidóság főrabbiává.

Wir Georg Graff Erdődy von Monyorokerek, Erbherr dero Herrschafften Freystadtl, Schmolenicz etc. dero Röm: Kayst: und Königl. kathol. Mayt: Geheimbter Rath, Camerer, Obrister, wie auch do. Königl: Hung: Camer Praesident, als deren Weyl: Hochgebohr: des heyl: Röm. Reichsfürsten Josephs Esterhazy hinterlassene Pupille läztwillig verordnet, wie auch gerichtl. bestätigter Vormund, und deren Mitvormünderin, und Gerhaben bestelter gevollmächtigter thun hiemit Kundt und zuwissen jedermänniglich, besonders aber allen und jeden, in dero hochfürstl. Esterhasische Graff und Herrschafften befindliche Juden Gemeinden, insgesamt und besonders; dasz wir dem sogenannten Berent Gabriel Eskeles Juden, und durch ganz Mähren, wie auch zum Theill in Röm. Reich bestelten ober Rabiner in Ansehung dessen, dasz Jüdische Gebrauch halber Ihme beywohnenden gelehrsambkeit und bereits erworbenen groszen Ruhm, und guten Nahmen, Sowohl auf dessen hiermit bey Einer löbl: fürstl. Vormundschafft unterth: gehors: gethanes anlangen, wie auch auff Ein und andere Seinetwegen eingelegte recommendationes die durch Jüngstereigneten Todtfall des so genannten Simson Wertheimbers Juden ledig wordene ober Rabiner Ambts Stelle in allen obbesagt fürstl. Esterhasischen Graff und Herrschafften Ihme oberwehnten berent Gabriel Eskeles, des Kays. und Königl. Pohnl. oberfactors Wolff Wertheim-

bers Schwestermann, gdgst. conferiren und denselben hiemit an statt desz verstorbenen Simson Wertheimbers zu einen ober Rabiner vorged. maszen ernennen und verordnen, also und dergestalten, dasz derselbe vermög alter Sorgungen(?) (Satzungen?) und durch weyl. des heyl: Röm: Reichsfürsten Paulum Esterhazy gedächtnus hierinfahls gdgst. ertheilte Privilegien und Verordnungen, so wiederholter maszen in denen Schuelen publiciret, und Solchemnach der Verstorbene Simson Wertheimber seinen Ober Rabiner ampts angelegenheiten vorgestanden, auch erwehnter berent Gabriel Eskeles als nunmehr ernannt, und verordneter Nachfolger zu Vllziehung der Jüd. Ceremonien und beyleging der zwischen Juden contra Jud haffend und vorfallenden Strittigkeit von obhabenden, ihme hiemit conferirten Ober Rabiners ambt zu schlichten und allerdings zu wirken, vollständig berechtigt seyn Solle; dehero wir dan allen und jeden vorbe-schriebenen, in denen fürstl Esterházysche graff und Herrschafften befindlichen Juden gemeinden insgesambt und besonders ernstlich und unter der in vorgedacht Fürst Paul Esterhasische hierinfahls ertheilte Privilegien, und Sorgungen ausztrücklich enthaltenen Poënfahl gdgst. gebietten und an-befehlen, dasz dieselben oberwehnten Berent Gabriel Eskeles vor dero wirklich verordnet und vorgesezten oberRabiner erkennen, und demselben in allen von Solchen ambtwegen thuenden Veranstaltungen schuldigen gehorsamb leisten und pariren sollen; Nicht weniger befehlen wir auch allen und jedem jezt und Künftigen fürstl officiren und beambten, dasz derselbe Ihme Berent Gabriel Eskeles in Solch seinen oberRabiner ampts Verrichtungen Keines wegs verhinderlich, sondern vielmehr auf begebenden fall alle erforderliche assistenz und handhaltung leisten solle; urkundt dessen wir gegenwärtiges mit unser hand unterschrift und hochfürstl. Vormundschaftl. Insigel gefertigt. Preszburg den 25. aug. im Jahr tausend Siebenhundert vier und zwanzig.

Graff Georg Erdödy.

L. S.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1724 September Nrs. 35.

254.

Bécs 1724 szeptember havában. Wertheimer Wolff cs. kir. udvari főfaktor felségfolyamodványban kéri III. Károlyt, hogy néhai atyja, Wertheimer Simson magyarországi fő-rabbi helyébe sógorát, Eskeles Berendt Gabrielt nevezze ki Magyarorszáig főrabbiává.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas.

Domine Domine Clementissime Benignissime.

Sacratissima Caesarea, Regiaque Majestas Vestra benignissime permitttere dignetur, sibi humillime exponi, quatenus Parens quondam meus, et universorum Judaeorum, in omnibus haereditariis Regnis et Provinciis Scrmæ Caesareae, Regiaque Mattis Vestrae commorantium, Supremus Rabbinus Simson Wertheimer in Mense Augusto proxime elapso e vivis decesserit, adeoque Supremum in Regno Hungariae ac Partibus eidem annexis Rabbinate vacare contigerit.

Quandoquidem vero Judaeorum ibi degentium maximopere intersit, modo dicto Rabbinate de Subjecto habili quantocyus provideri, et Berent Gabriel Eskeles, sororis meae Maritus, et per totum Moraviae Marchionatum, nec non in diversis Sacri Romani Imperii locis constitutus Supremus Rabbinus, peritia Legis Mosaicae, ac Ceremoniarum Judaicarum haud vulgari polleat, eapropter a Georgio Comite Erdődy, qua Tutore et Plenipotentiaro Supremus omnium in ditione Eszterhaziana commorantium Judaeorum Rabbinus, vigore Patentium in Copia hic sub Lit. A appositorum declaratus et constitutus sit, adeoque dubium superesse non queat ullum, quin iste Supremi Rabbinii muneri ex omni parte sufficiat.

Et cum humillima me teneat spes, fore, ut Sacratissima Caesarea Regiaque Mattas Vra, in clementissima Servitiorum a Patre meo defuncto fideliter, aequae ac utiliter per tot annos praestitorum recordatione petitis meis submississimis, benignissime annuere haud dedignatura sit, hac fiducia fretus.

Ad Sacratissimae Caesareae Regiaeque Thronum gratiae pervolutus demississime supplico, ut Sacra Caesarea Regiaeque Mattas Vra praedictum Berent Gabriel Eskeles, affinem meum pro omnium in Regno Hungariae et partibus eidem annexis commorantibus Judaeorum Supremo Rabbino, eodem modo, iisdemque juribus ac Privilegiis, quibus Pater meus gavisus est, declarare et constituere, ac Expeditionem Patentium desuper, secundum Tenorem sub litt. B. et C. annexarum, demandare clementissime dignetur. Sacrae Caesareae etc.

Subjectissimus servus
Wolff Wertheimer Kays. und Königl.
Hoff Oberfactor.

O. L. Ad Conc. Exp. 1724 September Nrs. 35.

255.

Bécs 1724 szeptember 10. III. Károly király kinevezi Eskeles Bernát Gábrielt, Wertheimer Simson vejét, Magyarország főrabbiává.

Nos Carolus Sextus, electus Romanorum Imperator, Semper Augustus ac Germaniae, Hungariae, Hispaniarum, Bohemiae etc. Rex.

Memoriae commendamus etc. Quod Nos benigne attentis et consideratis multifariis, iisque utilibus servitiis Simsonis condam Wertheimer nri quippe Caesarei et Serenissimae Principissae Amaliae Vilhelminae Viduae Imperatricis, nec non Regis Polonici, aliorumque S. R. I. Principum et Electorum, Ducumque et Statuum Supremi Factoris Judaeorum in haereditariis Regnis et Ditionibus nostris commorantium Archi-Rabbini, quae idem a compluribus retroactis Annis in promovendo et augendo, dilatandoque aerario nostro Regio, summa cum dexteritate et indefesso labore Matti nrae exhibuit et impendit, sed et clementem habentes considerationem ad praeclaras qualitates, bonique nominis famam et in rebus Mosaicis sufficientem capacitatem Ber-

nardi Gabrielis Eskeles, Judaeorum in Marchionatu nostro Moraviae existentium Supremi Rabbini; Eundem itaque Bernardum Gabrielem Eschkeles tanquam suprafati Simsonis condam Wertheimber Generum in supremum Universorum in praedicto Regno nostro Hungariae existentium Judaeorum Rabbinum clementer constituendum et nominandum, ac simul benigne annuendum et concedendum duximus, ut omnibus illis Juribus, Praerogativis et Autoritate, quibus Praedecessor et socer ipsius usus et gavisus est, ipse quoque Bernardus Gabriel Eskeles per omnem vitam suam uti et gaudere, causasque et controversias Judaeorum ad invicem habitas, universosque inter eosdem emersuros disordines ad mentem Legis Mosaicae et Politicae Judaeorum in faciliiori componere et sopire, taliterque negotiationem quoque eorundem et creditum procurare ac stabilire, in eum statum, ut tam Aerario nostro, quam proprietariis Dominis suis, sub quorum protectione degunt, solitos proventus et census exactius praestare possint, redigere ac in praefato Regno nostro Hungariae statis etiam temporibus residere debeat et teneatur. Quocirca universis et singulis, signanter autem Reverendmis, Reverendis Spectabilibus et Magnificis item et Egregiis Dnis Praelatis, Baronibus, Magnatibus et Nobilibus; praeterea quorumcunque praefati Regni nostri Hungariae ac partium eidem annexarum Comitatum Supremis et Vice Comitibus Judlium et Jurassoribus, totis denique eorundem universitatibus, item praesidiorum nostrorum quorumcunque Commendatibus ac Officialibus, Bellicis et Camera-libus utriusque nationis et ordinis Capitaneis, videlicet V. Capitaneis, Inspectoribus et Provisoribus; prout et Tricesimatoribus, Teloniatoribus, Passuumque et Pontium Custodibus, ac quorumcunque Tributorum Exactoribus; praeterea Liberrarum Regiarumque Civitatum nostrarum, Oppidarum item et villarum Consulibus, Judicibus Tribunis Plebis et Rectoribus, denique cujuscunque status, gradus, honoris et conditionis hominibus, sed vel maxime proprietariis quorumvis Judaeorum Dominis, sub quorum protectione per praefatum Regnum Hungariae degunt, ipsorum officialibus quocunque nomine censendis serio precipientes comittimus et mandamus,

quatenus praefatum Bernardum Gabrielem Eskeles pro universorum Judaeorum in suprafato Regno nostro commorantium declarato et constituto Archi-Rabbino recognoscentes. dum et quando Ipse causas et negotia Judaeorum sub Vestra protectione degentium inter ipsos duntaxat ad invicem verentes et emergentia judicaturus, accomodaturus et vigore Legum Mosaicarum et Ceremoniarum suarum dispositurus, Vos, aut Vestrum aliquem accesserit, semetque eatenus insinuaverit, non solum eundem in praemissis pro more et consuetudine Ipsorum progredi et procedere, verum implorandam quoque necessariam contra refrectarios ne fors inobedientes, seque dispositionibus eorundem accommodare nolentes Judaeos assistantiam praebere velitis, debeatisque et teneamini. Praesentes vere nostras post earundem lectionem semper restitui volumus Exhibenti. Datum in Civitate nra Vienna Austriae die 10. Mensis Septembris, Anno Dni 1724 Regnorum etc.

Fran, Dombay.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1724 September Nrs. 35.

Ezen oklevélnek pergamentre írt — valószínűleg eredeti — mását találta a múlt század ötvenes éveinek egyikében Hunfalvy Pál nyelv-tudós, a magyar ludományos akadémia akkori könyvtárosa, mint borítékot egy iratesomó körül. Ezen pergamentoklevél azonban csonka és hézagos volt, mert egyik szélén le volt vágva. Hunfalvy érdekes leletét be is mutatta és ismertette az akadémia 1856 február 25-én tartott ülésén és közölte az Új Magyar Múzeum című akadémiai értesítő II. k. 51—52. old. Innét közölt belőle szintén hézagos egy részét Kaufmann Dávid, Samson Wertheimer c. biográfiája 92 l. Anm. 2, Ekkor — 1888 — Kaufmann szerint az oklevél az akadémiában már nem volt fellelhető.

256.

Bécs 1724 október 16. A magy. udv. kancellária felszólítja Pestváros magisztrátusát, hogy komolyan intse meg az ottani serfőzőket, hogy ne bántsák a fehértemplomi császári serfőzdét bérlő zsidókat.

Cottui Pestien.

Prudentes ac Circumspecti Dñi. observ.

Salutem et officiorum nrorum promptitudinem. Ex isthic copialiter annexis binis Intimationibus, iisdemque adjectis in forma Patentium exaratis Literis uberius percepturae sunt eadem Dominationes Vrae, qualiter nimirum tam Consilium Aulae Bellicum, quam et Camera hujus Aulica, contra et adversus Braxatores in medio praetitulatarum Dominationum vrarum degentes, et alios Braxatores Contubernio suo incorporatos, ne nimirum iidem, Judaeis Caesareum Albae Graecae Braxatorium in Arenda possidentibus in opere cocturae Cerevisiae sub poena Infamiae assistere ausint, temerario inhibentes, consequenterque Camerales proventus turbantes conquerantur pro qualive demum Remedio eatenus ponendo ideas suas interponant. Quia vero temerarii ejusmodi actus Aerario Regio directe contrariantes, in ejusdemque subversionem tendentes nequaquam admitti deberent.

Idcirco praetitulatas Dominationes vras hisce ex officio adhortandas voluimus, quatenus supramentionatos Braxatores, in medio sui degentes ab ejusmodi illicitis comminationibus, quo nimirum iidem semet intra cancellos modestiae contineant, nec subversans praeattacto in passu servitium Caesareo-Regium impedire ulterius quoque attentent, serio et districtim inhibere, et consequenter Nos eatenus super casu hocce jam praeterito, et inter easdem Dominationes vras melius noto, fundamentaliter et genuine quantocys informare velint et haud intermittant. Quas in reliquo servet Deus etc. Datum Viennae Austriae die 16 October Aº Dñi 1724.

Earund. supratit. D: Vrar.

Ad officia parat.

N. N. V. Cancellarius caeterique
Cancellae Regio-Aulicae Hung. Consiliarii.

Ürmény.

O. L. Conc. Exp. 1724 October Nrs. 69.

257.

1724 október 17. Gróf Czobor Márkus felségfolyamodványban kéri III. Károly királyt, hogy adassa vissza a szeniczei zsidó községnek azt az 1000 forintot, melyet ártatlanul vádolt zsidó alattvalójáért, József Abrahamért biztosítékul a berencsi uradalomnak fizetnie kellett.

Sacratissima Caesarea, Regiaque Majestas,
Domine, Domine naturaliter Clementissime.

Praesenti hocce demisso Memoriali meo, Eidem Matti Vrae Sacrae humillime repraesentandum habeo, qualiter Anno modo currenti circa 17. praeteriti mensis Julii, sub revisione causarum criminalium Domini Berencs nonnullae hebraicae Puellae in delicto succensionis, et incinerationis Oppidi Szenicze Cottui Nitriensi adjacentis, habitu, comprehensae, et in praesentiam eatenus exmissorum Judicum adductae, torturatae, et examinatae existentes, post varias minas, et perpressos primae classis torturae dolores, semet per quempiam extraneum Polonicum Judaeum Smule nuncupatum subinductas, et ad per patrandum idem incendium ab eodem Judaeo, una ex iisdem Judaicis Puellis nomine Rosina decimum duntaxat aetatis suae agens Annum, semet 20 numis contentatam esse asserendo, ad ejusmodi modo dictae Puellae Rosinae fassionem, idem Judaeus incarcerationis, tandem torturae subjectus, ibidemque constanter negando actum, integram torturam subivisset, medio vero tempore testantibus Egriorum praeattacti Cottus Judium et Jurassoris, hic sub Litera A.) in originali annexis Authenticis Testibus, dicta Puella Rosina eandem contra antedictum Judaeum Schmule praevie factam fassionem suam, sub ipsa tortura in praesentia Eorundem Judicum per omnia revocasset, et se per neminem ad succendendum Oppidum Szenicze inductam et instigatam fuisse, consequenter praenuncupatum Polonum Judaeum, eo in passu absolute innocentem fore, et praeter se ipsam, hujus criminis neminem reum et complicem existere declarasset, tandem ex quapiam imaginatione, et quidem ex eo, quod dicta Puella apud quempiam Judaeum Josephum Abraham subditum meum

in Oppido Szenicze pro nunc degentem, in servitiis constituta fuisset, suspicionem nonnulli summentes, quod idem Josephus Abraham Judaeus subditus meus nefors ejusmodi criminis notitiam haberet, incarceratus, et detentus, ultimo vero stricte examinatus, et ubi pro reo agnosci haud valisset, ad cautionem mille florenorum per ibidem existentem Judaicam Communitatem praestitam libere dimissus est. Quia vero idem subditus meus Josephus Abraham post sui eliberationem, semet ab ejusmodi cautione liberare, honorisque sui laesionem debite quaerere adnissus, deliberative ubi sub D. Sui Absolutionales obtinuisset, fidejussoria tamen mille florenorum per prius de se data cautio, etiam num praemanibus Magistratus Dominii videlicet Berencsiensis asservaretur, dicta vera Judaica Communitatis ab eodem Josepho Abraham subdito meo eandem Cautionem suam ex interventae absolutionis suae ratione, rehabere vellet, eo usque vero in distrahendis mercantilibus rebus suis ab eadem impediretur, taliterve eundem subditum meum ex integro pessum ire contingeret. Pro eo Matti Vrae Ssae humillime supplico, remonstrata jam sub Litera A. ejusdem Poloni Judaei innocentia, et subditi mei Josephi Abraham super habita suspicione ejusdem absolutione, dignetur Mattas Vra Ssa Dominio Berencsiensi committere et mandare, quatenus Polonum Judaeum Smule vel libere demittere, et subdito meo Judaeo Josepho Abraham Judaicae Communitatis fidejussoriam cautionem restituere, vel vero re ulterius ita exigente Excelsam Mattis Vrae Ssae regiam Hungarico Aulicam Cancellariam genuine informare velit, et teneatur. Benignam praestolando resolutionem persevero.

Majestatis Vestrae Sacratissimae

Humillimus perpetuoque fidelis subditus
Comes Marcus Czobor.

Kivül: Praes. 17. oct. 1724.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1724 October Nrs. 67.

258.

Bécs 1724 október 17. A magy. kir. udv. kancellária gróf Czóber Márkus felségfolyamodványa folytán követeli Schloszperg László a berencsi uradalom igazgatójától, hogy el ne mulassza, József Ábrahám ügyének egész lefolyásáról pontos és körülményes jelentést felküldeni.

Generose Dne Nobis observan.

Salutem et Officiorum nostrorum promptitudinem. Excellmus ac Illurmus Dnus Comes Marcus Czobor de Czobor Szent Mihály, Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis Generalis Vigiliarium Praefectus, Camerarius item et Consiliarius Intimus, nec non Janitorum Regalium per Hungariam Magister, praesentibus Copialiter annexam Instantiam Alfatae Suae Matti Scrmæ humillime exhibuit; Quam eo finis cum praefata Dnaone Vra veluti Domini Berenciensis Directore communicandam esse duximus, quatenus primo quoque tempore de totius negotii serie Nos genuine ac circumstantialiter informari velit nec intermittat Eadem Dnao Vra. Quam in reliquo etc. Datum Viennae die 17 octobris Anno 1724.

N. N. Ad officia parati Vice Cancellarius caeterique etc.

Ladislao Schlosperg.

Marczell.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1724 October Nrs. 67.

259.

Pozsony 1724 november 20. Ameszmayr Ignác Antal eladja 2000 forintért Pozsonyváralján (Zuckermendl) sörházával szemben álló házat Oppenheimer Izsák Nátán pozsonyi zsidónak.

Zu Vernehmen etc. Das anheint zu endt gesetzten dato zwischen H. Ignatio Anton ameszmayr, an ainem und H. Isaac Nathan oppenheimer Ihro Excell. Pallenberg Schutz

Juden in Preszburg, aber dermahl in Wienn wohnhaft, am andern Theil nachfolgender aufschätz, nach Recht unwiderflicher Kauf Contract aufgesetzt, abgeredet und beschlos- sen worden. Nemblich Es verkauft vorerwehnter H. Ignatio Ant: ameszmayer sein Haus auf den zukhermandl, seinem brau haus gegen über, zwischen seinen eigenen so genann- ten leuth geb haus und antoni aichner Sattler aber zwischen seinem gelegenes halbe mit immediate daran stoszenden anderen halben Theil das Haus mit allen Recht und ge- rechtigkeiten, als seinen Sel. H. Vatter Heinrich ameszmayer und Er nach dessen Todt solches selbst genossen, dem Juden H. Isaac Nathan oppenheimer umb und vor zwey Tausend gulden Rth. Kauff Summa unter welcher Kauf Summa mitbegriffen ist der Ley Kauff gesetzl. übergaa- geld haus mitl (?) und das bürger Recht, welches H. Ver- kauffer auf sich zunehmen und vor H. Kauffer erlegen, verspricht Jedoch ausgenommen die Herrschaft gewöhn- l. gebührende, als d. gnädigste Consens vorhero unterthänigst erbeten, und H. Kauffer auf sich Selbst zu nehmen mus, so wie auch derer 100 fl. anticipirten halbjährigen züns von Michaelis 724 bis Georgii 725, welche H. Verkauffer ver- bleiben und vorgedachter Kauf Summa keineswegs wird abgezogen werden sollen, die abführung des Kaufschillings is folgender gestalt verglichen worden, als nun verspricht Isaac Nathan oppenheimber a dato heutigen in paaren geld

in vierzehn Tagen zu bezahlen	1000 fl.
Georgii	400 „
Michaeli 725	350 „
und Georgii 726	250 „
	2000 fl.

Gleichwie nun aber H. Kaufer Isaac Nathan Oppen- heimber von zeith dises kauffes, alle auf ermelteste zeit zwey halbe hauser kommenda onera an herrschaftsgaben, portion und quartiren auf sich nimbt, ohne weiteren Bey- tragen Herr Verkaufers, als ist in ggt. (?)*) abgehandlet

*) gegenteil?

und unter beeden Theilen gütlich beschlossen worden. 1^{mo} Verwilliget H. Verkäufer das wasser aus seinem brunnen Jederzeit und unweigerlich der H. Kauffer und dessen Erben durch dero oder dessen Erben durch dero oder dessen inwohners bedienten, Jedoch ohne vermächtigt muthwilligen Schaden, schöpfen zu lassen. 2^{do} Verstattet auch H. Verkäufer ameszmayer, woferne H. Käufer aus disen gemelten erkaufften haus durch seinen übergelegenes gassel in die Donau ein Canal wolte ziehen lassen, dieser zwar vergünstiget seye, jedoch mit diser ausdrückl. Condition, das der baulh. [Bauleiter?] oder dessen [Stellvertreter] solchen Canal oder Durchgang wohl verwahren, und jederzeith in guten stand versichert halten lasse, damit ihnen Verkäufer und denen Nachbarn kein Schaden beschehen möge, ob nun wohlten ersigedachtes gassel, wie auch dasjenige gassel.... zwischen dem erkauf- und Verkäufers leuthgebaues- und mit einer groszen haus Thür verwahret ist. 3^{to} D. H. Verkäufer zukommen, und gehörig seyn, Jedoch ist dies erhalten zwischen beeden Partheien durch güttl. Vergleich beschehen, das der H. Kauffer, Erben und bey sich habenden bedienten der durchgang so wohl, als wan Sye etwas an Stein, Schut. und holz oder gleichen aus und einzuführen haben, ungehindert verstattet Seye, doch die Sauerberung dessen so dessen ein und ausfuhr verursacht, wider obliget, übrigens und 4^{to} verspricht H. Verkäufer, wofern inzwischen bis auf herrsch. Consens und gesetzl. übergab eine Schuld auf vorgemelte 2. halbe häuser sich hervor-thuen, oder H. Käufer und dessen Erben in ruhiger Possession durch ihme oder einen frembden turbiret werden sollte, die gewöhnliche Schadloshaltung ihme zu thun ist; gegen wärtiger Kauf Contract zweymal zu papir gebracht von beeden Theilen wissendt und wohlbedachtigt geförtigt und Jeden Theil eines bis auf beschehene gnädigliche herrschaftliche und gesetzl. ratification davon zugestellt worden. Actum Königl. freyen Markth unter der Königl. Schlosz Presbourg am zucker mandl, den 20. 9^{ber} 724.

L. S.

Ignatius Antonius Amesmayer.

Darauf empfangen neun hundert gulden, sage 900 fl. den 8 Julii 725 habe ich über vorige neun hundert gulden den überrest anstatt der oben aufgesetzten darinnen auf einmahl den Rest des Kaufschillings mit aïlf hundert gulden baar und richtig complet aus henden des H. Kaufers empfangen, als thue hirmit über den völligen Kaufschillings empfang per zwey Tausend gulden, als auch die 3 dugaten leith Kauf vier mich und meine Erben quitiren und ihme H. Kaufer und dessen Erben quit, los und ledig sprechen, dergestalt, das ich, noch meine Erben ihme H. Isaac Nathan Oppenheimer oder dessen Erben künfftighin nicht das allermindeste mehr zu fordern haben. Actum ut supra.

L. S.

Ignatius Amesmayer.

L. S.

Isaac Nathan Oppenheimer

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1733 Junius Nrs. 57.

260.

Bécs 1724 december 9. A m. kir. udv. kancellária Schloszperg Lászlónak a szeniczei gyujtogatás bűnügyéről beküldött jelentésére azt válaszolja, hogy ámbár Schmule lengyel zsidó másodszori bebörtönzése után tett vallomásaára hozott halálos ítéletet jóváhagyja, mégis szükséges őt új tortura alá vetve arról vallatni, hogy ki bírta őt ró, hogy első bevallását visszavonja.

D^o Ladislao Schlosberg
qua Dominii Berencsiensis
Directori.

Perill. ac Generose Dne. nobis observan.

Salutem etc. Literas praetitulatae Dominationis vrae de Dato 13. praeteriti Men. Octobris ex Pago Rovensko dicto ad Nos in causa nonnullorum Judaeorum et Puellarum Judaicarum, in puncto attentati in Oppido Szenicze incendii

exaratas, una cum judrio in Sede Dominali promotu processu rite-percepimus. Eundemque Processum diligenter pervolvimus et examinavimus

Quo in passu, siquidem Judaeus Polonicus Schmule nuncupatus, occasione secundariae incaptivationis suae, praedictarum Puellarum incendiariarum conduction. (quam ipse antehac etiam sub ipsa tortura, judicialiter sibi adjudicata constanter et asseverative negasset) benevole fassus fuisset, consequenterque Factum suum ultro recognoscendo, semet omnino reum et culpabilem reddidisset: Latam proinde, praemissó in casu praeattactae Sedis Dominalis Sententiam (ex quo ejusmodi crimina juxta positivas Regni leges in exemplum aliorum puniri debeant) in omnibus punctis approbantes Executionem quoque Ejusdem accelerandam existimavimus; Necessarium tamen et expediens foret, ut occasione ejusmodi noviter instituendae torturae memoratus Judaeus Schmule de et super eo, an nimirum et signanter quis ipsum ad prioris fassionis suae revocationem persuaserit? Promissisque forsitan corruerit? districtim examinetur; finitisque demum finiendis Jus et Justitia in praemissis in aliorum etiam exemplum et terri culamentum secundum videlicet mentionatae Sedis Dominalis sententiam effective administretur. Quod ipsum dum in forma Responsi praetitulatae Dominationis Vestrae ex officio rescribimus, simul eandem diu benevole desideramus. Viennae die 9. Xbris A^o 1724.

Ejusdem supratit. D. Vestrae

Ad officia parat.

N. N. Cancellae Regio-Aulicae
Hung. Consiliarii.

Ürmény.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1724 December Nrs. 77.

1724 december 22. A berencsi uradalom területén lakó nyitra-megyei zsidók felségfolyamodványban kéri III. Károly királyt, hogy miután a gyűjtogatással vádolt és halálra ítélt lengyelzsidó jövevény tortura alatt tett vallomásait sokszor változtatta és egyáltalán örültnek látszik, engedje meg, hogy kivégeztetése előtt két hivatalosan elismert orvos beszámíthatóságára nézve megvizsgálhassa.

Sacratissima Caesarea Majestas Domini Domini Clementissimi.

Funestus oppidi Szenicze repentino igne conflagrati per advenae cujusdam Hebraei Schmule nominati fassionem, in innocuas, et tam enormis criminis incapaces Puellas derivatus casus, praetensaque Hebraei Abrahami Szeniczensis dicti, per suppositiam conductionem simulata complicitas in Iudicio Sedis Dominalis Inclyti Berencsiensis Dominii criminaliter revisus et discussa Majestati Vestrae Sacratissimae pro Benigna resolutione procul omni dubio reportatas exstare. Quia vero memoratus Schmule ante torturam longe differentem ab ea, quam sub ipsa tortura elicuit, deprompisset fassionem, ac demum post torturam eandem iterato variasset, amentisque et maniacy instar puncta interrogatoria cachinando et ridendo in conspectum Inquirentium excepisset et nunc hoc, nunc illud invitus etiam, et a nemine rogatus efutivisset, ac insuper nulla calamitosi status sui habita reflexione saepius cantare et in quantum graviore compedes admittunt, saltare assereretur facilis esset consequentiae eundem maniacum, aut si talis re vera non esset vitae peritium, cum aliorum etiam jactura, variatis fassionibus suis in praedictas Puellas et Abrahamum redundantibus sua sponte mortem appetere: Exindeque easdem Puellas et Abrahamum graves poenas luere contingeret et stabilito hoc enormi crimine universale odium in Judaeos tamquam Incendarios et malefactores publicos redundaret.

Hinc Majestati Vestrae Sacratissimae flexo poplite supplicamus, quatenus ex Caesareo Regia Suae Autoritatis plenitudine Inclyto Comitatus Nitriensi, aut Sedi Dominali

memorati Berencsiensis Dominii clementissime comittere dignaretur Majestas Vra Sacratissima, ut antequam super fassione toties dicti Schmul motivis ex praeinsertis menti capti innocens effundatur sanguis, universaleque odium in nos redundet Communitati nostrae pro speciali gratia admittatur, ut medio duorum approbatorum Medicorum statum ejusdem Schmule examinari facere et fidelia eorundem Testimonia Majestati Vestrae Sacratissimae humillime repraesentare valeamus, tantisper vero Executio latae ne fors Sententiae in suspenso reliquatur. Quam Majestatis Vestrae Sacrae Clementiam humillime promereri adnitemur, benignant praestolaturi resolutionem.

Majestatis Vrae Sacrae

Humillimi indigni subditi
Communitas Hebraeorum Dominii
Berens in Cottu Nitriensi degentium.

Kivül: Praes. 22 december 1724. Do. Ladislao a Schlosberg scriben. *)

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1724 December Nrs. 85.

*) Hogy ezen folyamodványra milyen rendelet ment a berencsi úriszékhez, ez csak a Conceptus Expeditionum indexéből tudható meg. Lásd az ott erre vonatkozó bejegyzést és itt 449. lap 263. számú oklevelet.

262.

Bécs 1725 január 18. Schlesinger Wolfgang bécsi zsidó kéri a magyar udvari kancelláriát, hogy az ártatlanul letartóztatott, azután óvadékpénz ellenében szabadonbocsátott és most a berencsi úriszék újabb üldözése elől gr. Czobor földesurához menekült József Ábrahám szeniczei zsidót védelmébe vegye.

Excelsa Cancellaria Regia Hungarico Aulica,
Domini, Dñi gratiosissimi.

Ad nuperrime dierum idque die 17. praeteriti Mensis 8bris et Anni 1724 per Excellmum D. Comitem Marcum Czobor (Tit) in puncto propter Josephum Abraham Hebra-

eum subditum suum Dnio Berencsiensi per Judaicam Communitatem Szenicziensem datae Fide jussoriae Cautionis restitutionis, vel vero re ulterius ita exigente Eidem Excelsae Regiae Hungco Aulicae Cancellariae genuine transmittendae informationis, alterius vero Hebraei Polonici Schmule nuncupati in praetensivo delicto succensionis et incinerationis Oppidi Szeniczi Cottui Nitriensi adjacentis, habiti comprehensi et totius Torturae sublationis in Eademque nullius factae revelationis Ejusdem ratione e carceribus libere fiendae dimissionis introporrectum memoriale eam Ejusdem Excelsae Cancellariae subsecutam fuisse resolutionem sub (?) inaudivi, quod Inclyto Dominio Berencsiensi quatenus negotio interea in suspensio relicto informationem suam eatenus transmittere velit, serio committere et mandare dignata fuisset Eadem Excelsa Cancellaria;

Quia vero eadem salutari, et gratiosa Ejusdem Excelsae Cancellariae commissione per Inclytum Dominium Berencsiensem minus attentata, neque informationem suam in praesentiarum transmisisset, imo directe contra ejusmodi gratiosos ordines procedendo antedictum haebreum Polonicum Schmule (qui testantibus binis authenticis Testimonialibus minus rationis compos, verum plane simplex, et mente captus fuit) mortis supplicio subiiciendo; tandem die 18. Mensis Xbris executioni quoque demandasset, eundem vero Josephum Abraham haebreum praelit. Dni Comitissae subditum, licet quidem contra eundem nec ante, sed neque in Tortura quid revelasset, verum ex suspitione quapiam quasi vero duae ejusdem praeattacti executi Judaei Schmule praetensive complices 10 Annorum Puellae siquidem apud modo dictum Josephum Abraham in servitiis comprehensae fuissent, contra easdem tamen nihil rescivi voluisset, eundem Josephum Abraham 1^{mo} incarceratum 2^{do} (uti in instantia Excellmi Dni Comitissae Czobor limpidi remonstratum haberetur) erga Judaicae Szenicziensis communitatis praestitam fidejussoriam cautionem jam demissam, tandem 3^{tio}. Judlitter ex integro absolutum, post factam ejusdem Judaei Schmule executionem, noviter incarcerare voluit, qui etiam id ipsum rescians, sibi in tempore prospectum iri cupiens,

se ad praetit. Dominum Comitem, Dnum quippe Terrestrem suum semet conferendo, eundem vero minus in loco reperiendō, sub ignotis alicuius rectis, strictum ejusdem I. Dominii Berencsiensis procedendi modum metuens in praesentiarum commoraretur, ita quidem ut ob praetit. Dni sui Terrestris absentiam ejusdem innocentiam, et variis in occasionibus expertam integritatem animo pervolendo comiseratione ductus tum ex eo, tum etiam quod mihi et reliquis nonnullis haebreis liquido teneretur, et si eundem diutius exulem esse contingeret, mea quoque necessario amittere deberem, per hocque nimium quantum damnificaret. Nōmine praeattacti Josephi Abraham ipse supplicandum praesumpsi, prouti et Eidem Excelsae Cancellariae perquam humillime supplico, dignetur ejusdem Josephi Abraham innocentiae gratiose consulere, eundemque semel dimissum, et Judliter etiam absolutum gratiose manutenere, antedictumque I. Dnium Berencsiense ab ulteriori ejusdem persecutione serio inhibere, taliterque me et alios haebreos damnificari haud permittere. Justitia et aequitate id ipsum ex-postulantibus. Gratosam praestolando resolutionem per-severo.

humillimus subditus

Wolffgangus Schlesinger Judaeus.

Kivül: Praes. 18 Jan. 1725.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1724 Januarius Nrs. 96.

263.

Bécs 1725 január 19. A magy. udv. kancellária leküldi Schlosberg László a berencsi uradalom igazgatójának Schlesinger Wolffgangnak József Ábrahám nevében beadott kérvényét és kérdezi, miért nem adták vissza a már teljesen felmentett Ábrahámért letett óvadékpénzt, továbbá vajjon a kivégeztetett Schmule nem volt-e elmezavart? József Ábrahám ellen netalán hozott ítéletet hagyjának függőben.

Perillustris ac Generose Dne. Nobis observan.

Salutem et officiorum nrorum commendationem, He-

braeus Wolfgangus Schlesinger, nomine alterius Hebraei Josephi Abraham, praesentibus annexam demissam Instantiam Cancellariae huic Regiae Hungaricae Aulicae novissime introporrexít, quam eo fine praelibatae Dnaoni Vrae transmittimus, ut continentis ejusdem intellectis, et exacte ruminatis genuinam desuper informationem submittere; ac praeterea, cur praefato Josepho Abraham Judicialiter ex integro absoluto Literas Fidejussorias non restituerit? sufficientem dare, et an Hebraeus Schmule ultimo Supplicio affectus, sanae mentis fuerit, nec ne? Quantocyus perscribere, interea vero latam ne fors contra praefatum Hebraeum Josephum Abraham sententiam in suspenso relinquere, et tantisper a quavis ejusdem repetitione supersedere velit, et nec intermittat Eadem Dnao Vra. Quam in reliquo servet Deus etc. Datum Viennae die 19. Januarii Anno 1725.

Ad officia parati

N: N: V. Cancellarius, caeterique etc.

Ladislao Schlosberg.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1724 januarii nro 96.

Mellékelve van Ábrahám József elmezavarát tanusító két tót-nyelvű előljárósági bizonyítvány. 1. ddto. Dojcs 1725 december 28. 2. Hodonin (Göding) 1725 január 2.

O. L. Conc. Exp. 1725 Januarius Nrs. 96.

264.

1725 március havában. B. Szluha Ferenc, csúzi földesur felségfolyamodványban panaszt tesz Komárom megye hatósága ellen, mert Jakab Lebel mézsáros zsidó alattvalóját, akit ő egy ellensége által reája fogott, de be nem bizonyult, állítólagos istenkáromlás miatt — a kelleténél tán nagyobb — büntetéssel nyilvánosan már⁴ megsújtott, újból letartóztatták, öt hónap óta börtönben tartják és március 16-án halálra akarják ítélni. Kéri tehát a királyt, hogy rendelje el az öreg ártatlan zsidó azonnali szabadonbocsáttatását.

Sacratissima Caesarea et Regia Majestas;

Domine, Domine Clementissime.

Anno proxime praeterito sub finem Mensis Decembris contigit; quod Jacobus Lebl̃l Haebraeus, alias sub Protectione mea ab Annis quatuordecem existens, et in curia mea Csuziensi Comitatus Comaromiensi adjacente, pro subsistentia aliorum Judaeorum in dicto Pago copiosorum et sub protectione reliquorum Compossessorum habitantium Lanienam exercens ac ut decet, semet accomodans, cum Josepho Kampo, antehac Furio,*) aequae inibe Arendatore meo, in iurgia et contentiones exarsissent; inter quae, idem Josephus Kampo praeattactum Jacobum Lebl̃l, hominem alias aetate provectum, graviter adeo verberasset, ut totum, quem habuisset baculum in eodem verberando confregisset; inde factum; quod idem Josephus Kampo procul dubio, ad leniendam culpam suam suique excusationem, praeattactum Jacobum Lebl̃l, coram me, eotum in Bonis existente, detulerit, quasi vero idem, scandalosa inhonesta, et blasphemata verba contra Salvatorem Nostrum, protulisset, et (cum humillima deprecatione proloquor) Seis in sein Xstin coram eodem Josepho Kampo effutivisset et ex hac causa, zelo Fidei Catholicae ductus, a se verberatum fuisse asseruisset, ad cujus nudam delationem Eundem Judaeum, una cum constituto inibi Iudice Haebreorum ac aliis tribus, in praesentiam mei accersiri feci, praesentibus duobus Nobilibus, delationem eidem objecit, et facti gravitatem exaggeravi; qui licet semet excusasset, imo simpliciter factum negasset, idque contra se, ex rancore, et ad leniendam sui verberationem, metu indignationis meae a Josepho Kampo, confictum esse asserendo, Juramentum quoque suum obtulisset, et contra Josephus Kampo affirmasset; Ego vero majorem fidem Christiano adhibens, locum excusationi Judaei non dedi; et licet quidem evidentia facti, per nudam delationem probata non fuisset, attamen in exemplum etiam aliorum, et quod delatio Josephi Kampó, in toto Pago divulgata habebatur, dictum Judaeum ad 40 baculos, ante

*) őrmester, szállásmester.

Ecclesiam Catholicam subeundos, Jure Domini Terrestris condemnavi, et statim prima die Novembris dum Christiani ex Templo exivissent, astantibus supradictis aliis Judaeis in procinctu Viennam discessus mei, executioni mancipari feci:

Cujus praetensae Blasphemiae notitia, ad Vice Comitem Comariensis, Franciscum Gyulay delata, idem quoque Inquisitionem, defacto peragi, et praedictum Josephum Kampo Matremque ejusdem et tertium rusticum examinari fecit, finitoque examine, rem ad Congregationem Comitatus, pro Sexta Mensis Novembris, eotum celebratam, deferendo dictique Judaei comprehensionem et incarcerationem procurando, mihi hic Viennae existenti factum quidem per Literas detulit; cumque eidem rescripsissem; praetensum factum, licet non evidens, a me Jure Domini Terrestris, et ex Legum Indultu, ultra etiam legum vigorem, et fors saevius, quam par esset, pro aliorum exemplo, ad publicam notitiam punitum esse; adeoque mirari; quomodo, jam punitus comprehendi, et incarcerari potuit? siquidem, in casu etiam evidendae facti, ad duplicem poenam, Judaeus non obligaretur; excusavit quidem per alias Literas, punishmentem nec sibi, sed nec Comitatus notam fuisse; interim non curata, cum ex mea insinuatione, tum plurimum aliorum relatione, publice irrogatae poenae notitia, non ut praeattactum Judaeum, ad plurimas ejusdem supplicationes, et mei officialis Interpositionem, dimisisset; quin potius Sedem Judriam, pro eodem Mense Novembri praefigendo, dictum Judaeum ad poenam capitalem, amissionem videlicet vitae, citari ex carcere fecit; Quo termino adveniente, ingruenteque (ut dictum fuerat) Catarro, ipse V. Comes non comparuit, Verum itaque Sedriae Termino praetereunto, Judaeus quidem dimissus, at filius ejusdem loco Parentis semet offerens, in carcerem positus; et ut plures mortificentur, hoc quoque intra aliquot Septimanarum spatium dimisso; iterum secundus ejusdem filius loco Parentis et Fratris semet statuens in carcerem acceptus fuit; et ita per vices in causa praetensive Capitali fidejussionem, contra legum dictamen non admittente, processum est; tan-

dem pro sequenti Mense Decembri iterum Sedem praefixit, cui dum per Literas honorifice a me exaratas, delationem Judaei, coram me factam et subsecutam Judaei punitio- nem, Eidem Sedriae ad notitiam dedissem; et Judaei di- missionem expetissem, non ut dimissus fuisset, verum et Literas meas, velut penes Judaeum scriptas, fors ne re- sponso dignas V. Comes edixit: Qua etiam sede, propter defectum probae, in dilationem sumpta, iterum et ultima- rio pro 1^o Mensis Martii noviter terminus alius praefixus fuit: quo adveniente causaque assumpta existente, ad com- probandum negantis Judaei factum; tres testes praenun- cupatum videlicet Josephum Kampo, matrem illius, et unum rusticum, Procurator Fiscalis coram sede statuit. In quo- rum contrarium, proque sui indemnitate, Judaeus quatuor statuit testes et super eo, authentice examinari fecit: quod praeattacta Josephi Kampo Mater tempore jurgiorum et contentionis praesens non fuit; secundus vero rusticus, lin- guam germanicam qua Judaeus et Kampo loquebantur, plane ignoret, Josephusque Kampo, qua delator, accusator et Judaei verberator adeoque interessatus: sed et (dato, non admisso) mater ejusdem praesens fuisset, ad sublevandam Filii accusationem, adeoque ut Filius interessata, nihil pro- baret, consequenter elisa praetensiva proba, semet absolvi debere institit: Qui Vice Comes et Sedria, non ut prae- attactum Judaeum, jam in 5. Mensem partim in se, partim in filiis carceris squallore alternativo, et novo in modo pressum, absolvisset, et pro libero pronunciavisset: quin potius ulteriorem, contra eundem, de veritate dictorum, et an Mater Josephi Kampo praesens adfuisset, inquisitionem peragendam, ordinando, rursus pro 16. modo currentis Martii novam Sedriam praefixit: et per tam longum tem- pus, sine ullo prorsus fundamento, Judaeus premitur et Jurisdictio mea Dnalis gravatur nullaue, vel insufficiente proba, praetensus reus absolvi debet.

Quia autem Clementissime Domine vigore Articuli 42. 1563. in Articulo 42. 1659 renovati, Blasphemi, qui scilicet in Creatorem Deum, in Baptismum et animam, ac aliis si- milibus modis maledixerint et convicti fuerint: pro prima

blasphemia, virgis, pro altera vice repetita, baculis, pulsandi: Tertio vero iterata blasphemia qua homicidae et alii malefactores puniendi praescriberentur: Cujus poenae gradus, arculus 110. 1723 ac praecitas leges distinctim observandas confirmaret: Et siquidem idem Judaeus, Capitalis poenae; imo neque primi gradus, convinci potuerit, sed et jam à me, Domino suo Terrestri, ad simplicem, delationem, in exemplum aliorum saevius punitus esset: sicut nemo, pro uno (et vel maxime qualis modernus, ad simplicem delationem esset, praetensivo actu) duplici poena teneretur, idem Judaeus nec capi, multo minus in carcerem conjici valuerit, quin potius succumbente in proba, in se assumpta, Magistratu absolvi et pro libero ac indemni pronunciari debuisset.

Ea propter Matti Vae Sacratissimae humillime supplico, quatenus perspecta praeattacti Judaei innocentia, Ejusdem senili et attritae aetati, clementissima compati ex innataque sibi Clementia ac misericordia, non modo eundem ab illegaliter intentato Criminali Processu, immunem clementissime resolvere, verum etiam illico dimitti et benignas eatenus Protectionalis Clementissime largiri facere dignetur.

Quam Mattis Vrae Sacrae Clementiam Justus Deus renumerari, ego vero fidelibus servitiis meis humillime remunerari non intermittam; perseverando.

Majestati Vrae Sacrae

Humillimus, perpetuoque fidelis
subditus

Franciscus Szluha.

O. L. Ad Conc. Exp. 1725 Martius Nrs. 23.

265.

Bécs 1725 március 9. Iklódi báró Szluha Ferenc, magyar kir. udv. tanácsos felségfolyamodványa folytán elrendeli III. Károly király, hogy Komárom megye hatósága az istenkáromlással vádolt Jakab Lebel ügyét ezen rendelet vételétől számított 5 napon belül törvényszerűen elintézzze, a ho-

zandó ítélet végrehajtását azonban a király végleges elhatározásáig és intézkedéséig függőben tartsa.

Carolus 6. etc.

Reverendi hrabiles etc. Ex acclusis fidelis aequae nri Magci Báronis Francisci Szluha de Iklód, Consiliarii nri Aulico Hungarici demissi supplicis genuinis paribus uberius percepturi estis, Qualiter idem subditum suum hebraeum Jacobum Lebl ex fundamento praetensae Blasphemiae per praelibatum supplicantem ex Jurisdictione sua Dominali exemplariter punitum, eo tamen minus obstante in Carceres Comitatusenses conjectum, ibidemque in quintum jam mensem partim in se, partim in filiis carceres squallore alternative et novo modo pressum queruletur, qualemve eatenus medellam sibi ordinari demisse supplicet.

Quapropter Vobis harum serie firmiter praecipientes committimus et mandamus, quatenus acceptibus praesentibus, in praefixa pro 16. praesentis mensis Sedria Vra, aut ea nefors quibuscunque ex causis et rationibus dilata, in alia ad summum intra unam Quindenam ab harum exhibitione computando per vos praefiganda, causam hanc contra praelibatum hebraeum motam reassumere, eandemque, servatis de Jure servandis, secundum Deum et Ejus justitiam ac positivas Patriae leges finaliter terminare, Sententiae tamen per Vos ferendae Executionem in suspenso relinquere, ac de totius processus serie Mattem nram, medio Cancellariae nostrae Regiae Hungaricae Aulicae informare, ac ab ulteriori benigna Resolutione et Dispositione nra praestolari, huicque clementi Mandato nro morem gerere debeatis et teneamini. Nec secus facturi. Gratia in reliquo etc. Datum in Civitate nra Vienna Austriae die 9 mensis Martii 1725.

Cottui Comaromiensi.

O. L. Conc. Exp. 1725 Martius Nrs. 23.

266.

Buda 1725 március 20. Zenegg György Kristóf, a budai kerület kamarai felügyelője igazolja Günsburger Salamon budai zsidónak, hogy Budaváros tanácsa, dacára annak, hogy figyelmeztette Günsburgernek szerzett kamarai védelmére mégis bezáratta üzletét, mert a zsidókat saját törvénykezési jog alá szeretné vonni.

Dasz hierunter den Cral-Schuz stehende Jud Salamon Gunsburger mit Vorwissen der Cral-Inspection ein gewölb vermög der Schlesinger Familiae allergdigst ertheilten Kaÿs. Privilegien aufgerichtet, und da er solches eröffnet, und von seinen erhandelten Sachen verkauffen wollen, hat sich allhiesiger Statt Magistrat also gleich opponiret, und obbemelten Juden dasz gewölb durch den Statt-Raths diener spörren lassen, welches der bereiths benambste Jud instando mir vorgebracht, worauf intorsiret, wie dasz der Salamon Günszburger vermög ihme allergdigst ertheilte Privilegio unter dem Cral-Schutz stehe, allein dessen ungeacht noch zu Dato kein Effect erfolget, wodurch also nicht allein die Kaÿs. Privilegia laidiret, sondern auch der Cral Jurisdiction ein groszes Praejudicium einschleichen würde. Welcher und Keiner andern Ursachen, alsz weilen obbemelter Statt Magistrat die Juden unter ihrer Jurisdiction haben möchte, auch sonst wider übrige Schlöszingerischen Juden allhier bey der Cral Inspection kein Klagen eingeloffen seynd, Ihme Juden dasz gewölb gesporrt ist worden. Attestiere hiemit. Ofen den 20. Martii 725.

Dero Röm: Kaÿs. und Königl: Maytt:

N. H. Camer Rath und des ganzen

Ofner Districts Würckl: Cameral Inspector.

L. S. Georg Christoph zenegg
zu Scharffenstein.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1725 mensis Maji Nrs. 57.

267.

Buda 1725 március 25. Günsburger Salamon, a kamara védelme alatt levő zsidó folyamodványa Buda város tanácsához, melyben kéri, hogy a Vizivárosban, mint a privilegiált Schlesinger család rokona, megnyitott és egy városi altiszt által bezárt üzletét újból megnyithassa.

A városi tanács ezt nem engedi meg.

Wohl Edl-gestrenge

Hochgebiettunde Herren.

Obzwar einem Löbl: wohlweisen statt Magistrat mittelst verschiedenen eingegebenen Memorialien gehorsambst vorgestölt, welcher gestalten bereiths schon über 3 Jahr lang mit weib und Kunder mich allhier in Ofen wohnhafft niedergelassen, und da bisz dahin zur erhaltung und fortbringung mein- und der Meinigen meine anderwerthig-erworbener Mittel zimblich eingeprokht und zugesötzt, nunmehr auff zuelanglich media, wie mich kunfftig hin ferners Ehrlich ernöhren kenne, viel zu schauen, und zue bewerben, bemüssiget seye, zue dem Ende in gehorsambster submission gebetten hab, damit ein löbl: wohlweiser statt Magistrat in ansehung der ohnedem habenden Kay: allergnädigsten privilegii, krafft welcher die Schlesingerische- und derselben angehörige familia in ansehung der Ihro Kay: May: und dem Königreich Hungarn bey vorgewesten letzten verderbl: Inneren Kriegstrouben gelaisten sonderbahr Nutz- und ersprieszliche Dienste, auch so gar mit euszerister darsözung Iheres leibs und lebens eingebiessen aignes vermögens und mitels, aller orthen in Kay: Erbländer zur handlung, und wandlung, auch mit auffrichtung gewölbers wie die ander orthen privilegiert: Kay: Factor: und handels Juden, und auch die Christen selbst zue thuen befugt, im gantzen Königreich Hungarn und deren königl: freyen stetten, worinnen Juden wohnen zue dārffen tollerirt, und welche nicht ab antiqua consuetudine hiervon eximirt seind, zue kauffen, und zue verkauffen und also Ihrer handelschaft und nahrung denen Christen gleich zue treiben berechtigt, zue dem Ende

ob bene merito specialiter in Kays: allerhöchsten schutz und protection genohmen worden seind, ebenfahls um derleyhandels gewölber auffrichten zue dürffen, mir Hochgnädigst vergünstigen und erlauben möge, wie dan auch auf solch-mein vorhergegangene und widerhohlte bitt auch in ungzweiffentlichre Hoffnung, dasz Ein löbl: wohlweiser statt Magistrat dise unsere familie allerhöchst-ertheilte Kay's. gnade und freyheiten, die wür mittelst dar-sötzung unseres bluets und gantzen vermögens pro Caesare et Patria, so theuer und sauer erkaufft, nicht allein umb so mehrere reflexion, und billiches gehör geben werden, asz ich nichts zue schaden des publici intendiere, mithin wohl mich meines Juris und Rechts von dem allerhöchsten Oberhaupt bediene, auch keinem privato einige beintrech-tigung oder schaden verursache, mich beraiths umb ein dergleichen kleines gewölbel allhier in der wasserstadt in dem Cottischen Hausz beworben, und solches mit einigen wahren belegt, und versehen hab, allein es wurde in meiner abwesenheit vomhaus, den 9ten dises der raths diener herunder geschückt, und gantz unvermutheter weisz mir das gewölb zuegespört. Wan nun aber hierdurch sonder-bahr bey allberaiths anfangenden Josephi Jahr Markht, auff welchen haubtsächlich meine Hoffnung gesetzt, hier-durch ein unersötzlicher schaden zuegezogen wurde. Alsз gelanget an Einen löbl. wohlweisen statt Magistrat mein gantz gehorsbst-Instendigstes bitten, dieselbe geruhen die obangeführte kräfttig Kay's-privilegia, welche allezeit auff verlangen authentice zue produciren erbiethig bin, derge-stalten einzusehen, und zue regardiren, damit Ich deren nach dem allerhöchst: Kays: willen und mainung cum effectu genissen. mithin meine in conformitaet derselben Ehrlich anzuefangen gebettene handelsschafft und Nahrung ungehindt fortführen, wie folglich, dasz mir gespörte gewölb, zuemahlen bey gegenwerthigen Markht mir för-dersamb eröffnet und relaxirt werden möge, wie dan auch von solch-mein obschon geringes gewerb und handel-schafft gegen Einem löbl: wohlweisen statt Magistrat mich der gebühr- und gebräuchlich: Jährl: portions in allem der

billigkheit nach abzufünden, auch übrigens so zue verhalten verspreche, wie es Eines Jedenpflicht und schuldigkeit erfordern thuet. Und weilen dan auch die hochlöbl: H: Hoff-Cammer vermög an die allhiesig: löbl: Cameral Inspection als meine Instantz erlassene befehls die befolgung und genieszlassung der allerhöchst: obangezogenen Kays. privilegien selbst euffrig verlanget, so getröste mich hochgenaigster gewöhr, nebst fördersamber relaxation, und gedeýhlichere resolution, wohin mit aller submission mich gehorbst, Empfehle, und verharre.

Eines löbl: wohlweisen statt Magistrat gehorsambster

Sallomon Güntzburger

Kays: Cameral schutz Jud.

Kivül: Widerumben hinaus zugeben, und wie mann vermög allergnädigsten Kays: Privilegii, nicht verbunden, noch gesinnet ist, Einige Juden alhier zu gedulden, also mag Supplicant aus den Schlesing: Privilegio Selbst sich verdolmetschen laszen, dasz Solches auf dergleichen Privilegirte örther nicht gemeinet, sondern diese per expressum ausgenommen worden, wan übrigens Supplicant Sich mit waaren anderwärtig hin transferiren will, werden diese ihm nicht aufgehalten, ofen den 20. Martii 1725.

N. N. Burgermeister, Stattrichter
und Rath alda.

Orsz. Levélt. Ad. Conc. Exp. 1725 Majus Nrs. 57.

268.

Bécs 1725 április 16. Schlesinger Wolfgang bécsi privilegiált udvari zsidó hivatkozva családja részére nyert szabaddalmára, valamint már 1720 családja oltalmára kibocsátott kir. rendeletre, panaszkodik Buda magisztrátusa ellen és védelmet kér Günsburger rokona részére.

Excelsa Cancellaria Regio Aulica Hungarica

Domini Domini Gratosissimi Clementissimi!

Vestra Excellentia atque Illustrissimae Dominationes
ex adjacenti Caesareo Regioque benignissimo Privilegio A.
extractive et uberius in locis subductis gratiose desumen-

dum habebunt, quod ob nostro bene merito ego Wolffgangus et Israel Schlesinger fratres et consanguinei taliter per Regnum Hungaricae privilegiati simus, et cum nostris uxoribus, prolibus et Domestica Familia filiis et nepotibus in recta linea generationis descentibus, in omnibus illis locis ubi aliqui Hebraei cum Caesareo Regia aut gloriosae memoriae Praedecessorum annuentia tolerantur, degere, morari libere et secure, ubi libet, itinerari, mercari ac negotiari etc. possimus, atque valeamus. Jam vero non obstante nostro speciali Caesareo Regioque Privilegio inclytus Magistratus Budensis 17^{ma} octobris Anno 1720 tam persecutive violenter et intemperanter contra Samuelem Schlesinger procedebat, ut per praesens clementissimum Rescriptum B!*) (cujus obtentam latinam copiam jam tunc Budam pro informatione partis laesae transmisi, et transumptum in germanicum reservavi, quapropter me ad illud in Archivo repositum humillime revoco) attentatum procedere Magistratus Budensis Excelsa Cancellaria Regio Aulica Hungarica non tantum cum disgratiis inhibere, verum etiam rigorissime demandare debuerit, ne in posterum tales attentationes praesumantur, sed cum omnibus nostris rebus dictus Magistratus immediate nos restituat, et tam diu vigore clementissimi Privilegii et Mandatorum possidere minime impediatur, quam diu caeteris Hebraeis in Civitate Budensi facultas ibidem habitandi non denegata, seu desuper aliud a Caesarea Regiaque Majestate demandatum et expressa alia voluntas Caesarea ad mentionatum Magistratum intimata fuerit, interim libera et .secura habitatio Budae nullatenus inhibita, inquietata et molestata sit, aut esse debeat.

Ast non obstante hac justa, digna, atque rigorosa Caesarea Regiaque resolutione Inclytus Magistratus Budensis 9^{na} Martii hujus anni iterato uni de mea Familia et cognatis, nomine Salamoni Günsperger, uti hoc ex authentico Cameralis Inspectionis Budensis Instrumento

*) Az ezen ügyben küldött leiratot lásd itt sub Conc. Exp. 1720 okt. nro 28.

C. clare pateret, fornicem una cum mercibus, maxima ruina et damno occludi curavit, et ad hodiernum diem occlusum remanet, quae autem causa, seu potius dicendo passiones esse possent, haec et illae ex dicto Cameralis Inspectionis Budensis Instrumento C. gratiose discernendae venient, meus cognatus Salamon Günsperger non intermisit demissa Instantia D. ab inclyto Magistratu Budensi repetitis vicibus exorare, ut ille vigore superius allegatorum Privilegiorum et Rescriptorum imperturbate manere, et occlusum fornicem iterum apertum habere posset, sed dictus Magistratus absque ulla observatione Privilegiorum et rescriptorum superius A. B. retro signato modo ad demissam Instantiam D. sub dato Budae 20^{ma} Martii hujus anni his formalibus decretavit: iterum extradandum *et quoniam vigore Clementissimi Caesaris Privilegii (Magistratus nempe) non obligaretur, nec intentionatus esset, aliquem hebraeum ibidem tolerare, sic potest supplicans ex Schlesingereano Privilegio sibi ipsi interpretari, quod illud in similibus privilegiatis locis se non extenderet, sed talia loca per expressum exciperentur, si in reliquo supplicans cum suis mercibus se alio conferre vellet, illae merces ei non denegandae essent.*

Jam vero Vestrae Excellentiae atque Illustrissimae Dominationes ex hac Magistratuali decretatione facile atque gratiose agnoscere dignabuntur, qualis enorme praejudicium, et quam praejudiciosa violatio clementissimorum Privilegiorum et Rescriptorum A. B. familiae Schlesingerianae collatorum intenderetur, si secundum intentionem Magistratus Budensis procedendum foret, quoniam autem Caesarea Regiaque Privilegia, ob plurima merita obtenta tam obiter sumenda, nequaquam debeant nec possint, magna ex parte superioris Instrumenti C. appareret, hanc intentionem non ob manutenenda Civitatis Privilegia, sed ex praemeditata passione et persecutione, quod sub protectione Cameratica ibi degentes hebraei protectioni Civitatis non subsint, oriri, interea Excelsae Cancellariae Regio Aulicae Hungariae gratiose discernendum relinquo, an Civitas Budensis in possessione illorum Pri-

vilegiorum existat, ut secundum libitum privilegiatos hebraeos depellere, et tam persecutive amovere valeret, etsi talibus privilegiis mentionata Civitas gauderet, nihilominus tamen, benignissimum Rescriptum Caesareum B. in suam omnimodam observantiam deducendum, et non obstantibus forte Privilegiis Civitatis Budensis de non tolerandis hebraeis Magistratus ob dictum clementissimum Rescriptum B. nullatenus contra meum Privilegium A. aliquid attentare, seu quidquam incontrarium statuere potest, vel debet, praesertim ubi adhuc in dicto Rescripto B. expresse demandatur, ne absque expressa alia benigna voluntate suae Casareae Regiaeque Majestatis hoc in passu, et tam diu, quam diu alii hebraei ibi degant, attentetur, sed libere atque secure mei et meae familiae Budae in possessionibus manere possit et debeat. Cum autem sub protectione Excelsi Consilii Bellici atque Excelsae camerae Aulicae diversi hebraei ibidem eorum commercia absque ullo impedimento prosequantur, et de facto in queta possessione permanendi facultas admittatur, igitur de meis consanguineis et familia nati hebraei vigore meritorie obtentorum Privilegiorum A. eo magis tolerari et manuteneri deberent, quo id ipsum saepius allegatum benignissimum Rescriptum B. distinctis verbis et expressionibus intendit, et praecepit, inclytusque Magistratus absque ulterioribus mandatis Excelsae Cancellariae Regio Aulicae Hungaricae controvenire minime debuisset, praesertim si taliter Caesarea Regiaeque obtenta Privilegia contra leges et summam auctoritatem Caesaris et Regis in contemptum ducerentur, qui levi precio tam ab Excelso Consilio Bellico, quam Excelsa Camera Aulica solis protectionalibus gaudent, et fruuntur, quae vilior aestimatio, et conditio sicuti sanae rationi atque optimis Juribus repugnat, praeterea tam ponderosa ac de justo et aequo emanata Rescripta illusoria atque inania manerent, fideique publicae amplius concredendum non esset, per consequens ipsum Regnum in suis proventibus et praestatione ac collectione onerum publicorum maximum detrimentum pateretur, in simul contra has pessimas sequellas et nociva praejudicia plurima jura

adducenda forent, vi quorum tales damnosae privilegiorum et Rescriptorum violationes immediate prohibendae venient, ego tamen tam de iis, quam de aliis lamentationibus brevitate causa supersedendum censui, bene sciendo Excelsam Cancellariam Regio Aulicam Hungaricam aliunde nil pati, quod Sacrae Casareae Regiaeque Majestatis Summae authoritati Justitiae, et aequitati refragaretur, quo intuitu.

Ad Excelsam Cancellariam Regio Aulicam Hungaricam mea humillima et urgens est Instantia non dedignari ex superioribus allegatis desumere, quam intemperanter et praepotenter inclytus Magistratus Budensis meo gratiosissimo oblento Privilegio A. et emanato Rescripto B. per attactam occlusionem alicujus fornicis mei mecum privilegiati consanguinei Salamonis Ginspurger contravenire praesumat, per consequens ad mentem modo allegati Rescripti B. iterato, et sub comminatione majori demandare, ut non tantum dictum privilegiatum Hebraeum Günspurger suum fornicem aperire, et vi Privilegii admissa commercia atque negotia per Regnum Hungariae prosequi minime impediatur, aut imposterum contra mea Privilegia (quod Privilegium tam a Palatinali, quam Hungaricae Camera subscriptione etiam corroboratum est) et dictum benignissimum Caesareum Rescriptum B. quidquam attentet, vel praesumat, sed tam diu debite et observanter manuteneat, donec alii hebraei sub protectione Bellica et Camerali Budae comorantur, vel specialiter Sacrae Majestatis contraria voluntas, et desuper alia expressa intimatio ab altefata Cancellaria appareret et expediretur. Pro quo gratiosissimo fiat cum protestatione de damnis, sumptibus atque expensis et reservatis reservandis me submississime recomendo et permaneo.

Vestrae Excellentiae atque Illustrissimarum

Dominationum

Humillimus

Wolfgangus Schlesinger

Caesareus Aulicus privilegiatus

Hebraeus Viennensis.

A külfözet: Praes. 16 Apr. 725. Communicabitur Magistratui Budensi ex officio.

O. L. Ad Conc. Exp. 1725 Majus Nrs. 57.

269.

Bécs 1725 május 8. A magyar udvari kancellária mihamárábbi jelentést kér a budai magisztrátustól Günsburger Salamon üzlete bezárásának ügyében.

Prudentes et Circumspecti Dni Nobis observandi.

Salutem et officiorum nrör. Commendat.

Wolffgangus Schlesinger Caesareus Aulicus Privilegiatus Hebraeus Viennensis Tenore Supplicis sui Libelli Cancellariae huic exhibiti, qualiter nam de et super eo, quod Dnaoes Vrae praeterito mense Martio, fornicem Salamonis Günspurger Judaei Budensis, unius nempe de familia et cognatione memorati supplicantis, non obstante benigno Caesareo-Regio Privilegio, praefato Wolffgango et ejusdem fratri Israeli Schlesinger eorundemque consangvineis clementer impertito, una cum mercibus occludi et in praesentiam taliter occlusum servari fecerint, gravitur queruletur, quibusque ex motivis et rationibus, pro suimet ac etiam dicti consangvinei sui Salamonis Gunsburger penes praetactum Indultum suum Privilegiale fienda manutentione, fornicisque praevio modo occlusi abhinc ordinanda adapertione humillime supplicet, ex hicce copialiter annexo ejusmodi memoriali ac ad latus ejusdem adjacentibus Instrumentis uberius percepturae sunt Eaedem Dnaones Vrae.

Quae praemissa iisdem eo fine exofficio communicanda esse duximus, quatenus praescripto is negotio genuinam ac circumstantialem informationem Nobis quantocyus submittere noverint neque intermittant Eaedem Dnaoes Vrae. Quas in reliquo salvas diu et incolumes vivere atque valere cupimus. Datum Viennae Austriae die 8 Maji 1725.

Earund. Pruden. ac Circumspectarum.

Dnaonum Vrar.

Ad officia parati

N. N. Cancellarius, Caeterique

Cancellae Rae Hungae Aulicae Consilarii.

O. L. Conc. Exp. 1725 Majus Nrs. 57.

270.

Bécs 1725 június 25. Királyi rendelet a magyar helytartótanácsához, hogy figyelemztesse a pesti magisztrátust arra, ne engedje, hogy a pesti serfőzők céhe Keppisch testvéreket, a szerbiai császári serfőzde bérlőit, a pesti vásárra hozott áruik kirakásánál megsarcolja.

Carolus VI. etc.

Rendmi, Rendi et Fideles Nobis Dilecti. Tametsiquidem jam Anno proxime praeterito, Magistratui Liberae ac Regiae Civitatis Pesthiensis abhinc serio et districtim comissum fuisset, ut Braxatores ibidem degentes Caesaream Nostram Zythopaeiae in Regno nostro Serviae instructae locationem, temerario ausu turbantes et impediētes ad debitum obsequium reducantur; ex quo nihilominus memoratorum Braxatorum Contubernium Cehale temerarie denuo, ejusmodi Arendationem, sibi ex acclusis Literarum ab Administratione antelati Regni nri Serviae emanatarum Paribus uberius pateret, in eo impedire et labefactare niteretur, dum Magistris suis Contubernialibus, ne quis eorum vel unam polentae, seu hordei testi metretam, Hebraeis Fratribus Köppisch nuncupatis, utpote supranominatae Zythopaeiae Arendatoribus, ante Festum Sti. Georgii, sub poena unius aurii, pro quavis metreta in Communem Eorundem Comtus. arcam deponendi vendere praesumat, inhibuisset.

Quapropter Fidelitatibus Vris harum serie clementer comittimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus, medio Magistratus antelatae Civitatis nostrae Pesthinensis, in Authores noviter attentatae hujusmodi temeritatis, pro comperta facti circumstantia, Serio animadverti facere, factoque hoc, contra similes posteriores fors attentandos ausus stabile remedium ponere velint, ac noverint Eaedem Fidelitates Vrae. Quibus in reliquo gratia et clementia nra. etc. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae die 25 Junii 1725.

Consilio Regio Locumtenentiali
Radomis (?)

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1725 Junius Nrs. 54.

271.

Bécs 1725 június 28. Királyi rendelet a helytartótanácsához, hogy irassa össze megyénként a zsidókat, hely és szám szerint, mennyi adót fizetnek és kérjen véleményt a megyéktől, vajjon számuk ezentúl nem kevesbítendő.

Carolus VI. etc.

Rndimi etc. Posteaquam in una et alia reliquarum haereditariarum nostrarum Provinciarum e re boni publici esse videbatur, pro Judaeis si non ex integro exinde eliminandis, ad minus ad certum, et quidem talem numerum, qui publico non obsit, neque in ruinam et detrimentum fidelium subditorum nostrorum vergat, reducendis et restringendis, congruas dispositiones facere: Cavendum autem foret, ne taliter aliunde amandandi, in praefatum istum nrum Hungae. Regnum se se recipiant, ibidemque per Regnum oberrando et divagando, contribuentes Incolas exquisitis quibusvis modis et praetextibus enervent; imo illos etiam, qui de praesenti jam in antelato Regno nostro Hungae. subsisterent, ex praerecensitis rationibus ad minorem restringere fors conveniret.

Idcirco fidelitatibus vris benigne hisce intimandum et committendum esse duximus, quatenus in praemissis subversantem Boni Publici rationes sibi cordi sumere, ac tam quoad avertendam et praecavendam quorumvis extraneorum Judaeorum in Hungariam receptionem et admissionem, quam etiam Cathalogum Universorum in Regno de praesenti subsistentium Judaeorum cum specifica declaratione, in quovis loco moretur, a Cottibus praevis expetendo, in eo, an et qualiter iidem etiam pro futuro praedaclarato fine sint reducendi et circumscribendi, prout et an et quid modofati in Regno subsistentes Judaei in concursum Publicorum onerum hactenus praestiterint et contribuerint fidem et circumstantialem opinionem ac respective informa-

tionem Nobis demisse quantocyus submittere noverint et non intermittant. In reliquo etc. Datum in Citte Nra Vienna Austriae die 28. Junii 1725.

Consilio Locumten.

Jaszvicz.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1725 Julius Nrs. 3. V. ö. Magy. Zs. Szemle 1885. évf. 203. l.

272.

1725 július havában. Izsák Hirschl győri zsidó kéri a magy. udv. kancelláriát, hogy szólítsa fel a budai magisztrátust, hogy Michelstetter nikolsburgi zsidó adósának Budán lefoglalt áruira további fizetési haladékot ne kapjon.

Excelsa Caesarea Regia Hungarico Aulica Cancellaria.
Domini, Domini gratiosissimi.

Excelsae Cancellariae nuperrime humillime repraesentavi, qualiter apud Amplissimum Magistratum Budensem contra certum Judaeum Nicolsburgensem Michelstetter dictum in puncto liquidi debiti super bonis ac mercibus suis Budae existentibus sequestrum sub termino sex septimanarum subsecutarum indubitatae solutionis obtinuerim, quia vero metuissem ne per ulteriorem morae indulgentiam justa praelensione mea ac juribus frustrarer, Excelsae Cancellariae huicce de genu supplicavi, dignaretur mandatum praefato magistratui sonans pro celeri justitiae administratione expedire, quam gratiam de defacto assequi cum non valuerim, accidit, quod praeter opinionem dicto debitori meo alter sex septimanarum terminus indultus sit, exinde lucrum cessans et damnum emergens experior, metunendumque vel maxime habeam ne plures etiam illegales morae illi concedantur, idcirco Excelsae Cancellariae Caesareae regiae Hungarico Aulicae humillime supplico, dignaretur mandatum benignum resolvere et eidem Budensi Magistratui super

justitia administranda expedire, qui me gratiis et altae protectioni commendans humillima in submissione emorior.

Ejusdem Excelsae Cancellaria regiae Hungaricae Aulicae

Humillimus

Isaac Hirschl

Judaeus jauriniensis caesareus.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1725 Julius Nrs. 78.

273.

Buda 1725 július 20.

Conscriptio

Judaeorum

CONSIGNATION

deren sich in Ofen derzeit befündlichen Juden, deren Weiber, Kinder und Dienspotten, Ofen den 20 July 1725. alsz

Bey Hr. Szlatina: *Max Gabriel* mit seinem Weib und 4 Kindern; hardelt mit alten Eiszen, und erhalt sich damit.

Item alda: *Jacob N.* ein gewester brandwein brenner ist nicht hier; nur das Weib.

David Vermer zahlt den Hauszzünz vor sich nährt sich mit holtz und andern handl.

Bey dem Martin Nicola *Ziberle*, Ein jüdische Wittib mit 2 groszen heirathmäszigen Kindern, ernährt sich mit Hochzeit Kochen und Kindtbetterin zu warthen, auch der Tochter ihre Spitzen, die sie machlet, verkauffen thuet, der sohn auf dem Land handelt mit Cramerey wahren.

Bey dem Johann Örtner: *Jacob Teutsch*, mit seinem Weib, der Mann blind, dasz Weib erhalt ihm mit ihren spitzen Klöphlen; vor diesem warr er ein schul-Meister.

Bey dem Joseph Kramer: *Joachim Simon* mit seinem Weib und 2 Kindern tandlet mit alten Kleidern und alten Eyszen.

Bey H. Bilanszky: *Abraham Leebl* Rabiner mit seinen Weib und 4 Kindern, erhalt ihm die Judenschafft.

Item alda: *Jacob Majrwurbs* [Meier Worms?] mit seinem weib 1 Kind, 1 Knecht, 1 dienst-Mensch ist von Wertheimer von Wien sein bestölter, handelt auch mit unterschiedlichen sachen.

Bey der Wolffbrändlerin: *Simon Aron* schächter mit seinen weib und 5 Kindern, erhalten sich mit dem Schächten.

Bey dem Hansz Georg Schäbl: *Simon Götzl* mit seinem Weib 1 Jung, liiffert dermahlen seinen angeben nach Körtzen, auch Heyduckhen Mondour.

Item alda: *Leebl Michel Stötter* mit seinem Weib 1 lediger Kerl, sein Vötter, 1 dienstmentsch, ist mit dem Johel in die Compagnie-Handlung gestanden, itzo aber separirt und fahret auf die Märkhthe.

Item alda: *Izrael Zabarith*, ein alter Jud, handelt mit alten Eiszen, Zünn und Kupfer.

Bei dem Ehrhardt Neuner: *Leyderstorffer* mit seinen weib und 2 Kindern, 2 Diensbotten, 1 Jung, erhalt sich mit seinen noch auszuständigen schulden, und von seinen Brüdern von Wienn.

Item alda: *Geschel*, ein lediger Kerl, handelt mit alten Eiszen, Kupfer und wasz ihm vor die hand Kombt zu Kaufen.

Bei dem Urban Althueber: *Samuel schlöszinger* mit seinem Weib und 4 Kindern, 1 Wasz.

Item: *Ein jüdischer Schulmeister*, liefert seinem Angeben nach der Garnizon allhier Körtzen, Leilach und strozähk.

Bei Hr Göttl: *Carafa Moises* mit seinem Weib und drei Kindern, dantlet mit unterschiedlichen alten Eyszen und Kupfer.

Item alda: *Ein ledige Jüdin* suchet dienst.

- Bey dem Lepold Bauer: *Moiszesz Iszak* mit seinem Weib und 1 Kind, handelt mit Leinwath, silber, alten Eiszen und Kupfer.
- Item alda: *Gabriel schneider* mit seinem Weib 1. Kind, sein schwiger Mutter, erhalten sich auf denen Märkhten mit Kochen, und gegen Versatz Geld entleihen zu nehmen.
- Item bey dem Leopold Pauer: *Hirschl* ein Vagabundus, meldet gehen nacher Belgrad.
- Bey dem Ignaty Priszer: *Jacob Polackh*, mit seinem Weib, 2. Kindern, 1 Knecht, 1 Praeceptor, nehrtsich mit den brandwein brennen.
- Item alda: *Oria*, dessen Vetter, so seinem brandtwein verschleiszet.
- Item alda: *Marx Buti* „S-stitz (?)*) Brandwein brenner desz Jacob Polak.
- Item alda: *S scheujung* lediger Jud handelt mit unterschiedlichen Kaufmans wahren.
- Item alda: *Leebl Schlöszinger* mit seinem Weib Und 3 Kindern, handelt mit alten Eiszen, Kupfer und bley, wie auch von der Einkehrung deren frembden Juden.
- Bey Hr. Sauter Meister auf der Landstrasz: *Jacob Hirschl* mit seinem Weib und 2 Kindern, melder er lebete von seinen eigenen Mittlen.
- Bey dem stefan Todt: *Joachin bürgl* mit seinem Weib, und 3 Kindern, handelt mit Leinwath, und unterschiedlichen zeug, zwiern, bänth, neue und alte Knöpf, von alten Eiszen, Kupfer, Möszing und blech, hat in qualitate eines alten Eyszen liferanteus die Protection von dem Hochlöblichen Kayserl: Hof-Kriegs Rath; hat ohne Erlaubnusz des Raths ein offenes Gewölb.

*) Butschowitz (?)

Bey Hr. Cetto seel. Erben: *Salamon Gunszburger* mit seinem Weib 1. Kind, 2 Dienstbotten, handelt mit Leinwathen und andern unterschiedlichen wahren, hat ohne Erlaubnusz ein gewölß aufgerichtet, und ihm solches der Urszachen halber gestöhr̃t worden.

Item alda: *David N.* Ein Kostgänger, handelt mit unterschiedlichen Kaufmannswahren.

Bey der frauen von Puching: *Hirschl Iszack* mit seinem Weib und 6 Kindern, erhalt sich mit dem Brandweimbrennen in altöfen.

Item alda: *Joseph Simon* mit seinem Weib und 4 Kindern, 1 dienst Mensch, 1 Knecht, hat ein offenes gewölß ohne Erlaubnusz des Raths und brennd zugleich brandweinn.

Item in der Frauen von Puching hausz: *Jochl Hirschl* mit seinem Weib und 3 Kindern, 1 Mensch, handelt mit Kauffmanns wahren, hat ein Gewölß ohne erlaubnusz des Raths.

Item alda: *Jacob Leeb* mit seinem Weib und 4 Kindern, handelt bald da, und dort mit unterschiedlichen Sachen.

Item alda: *Jochl* sein äiden *Nahmens herzl*, ist nur dasz Weib da, erhalt sich mit denen spitzen Klephlen.

Item alda: *Hertzlin Meintzin* mit 2 Kindern, erhalt sich auch mit Klöphlen und wer ihr etwasz gibt zu verkauffen.

Item alda: *Ein lediger Jud*, so die Kinder lehrnet.

L. S.

Per me Joannem Baptistum
Roth Roth, Notarium Juratum.

1725 augusztus 9. A magyarországi zsidók panasza Buda és Pest magisztrátusai ellen, mert ezek tőlük a Dunán közlekedő repülőhidak használatánál nagyobb átkelési díjat követelnek, mint a keresztényektől.

Hochlöbl: Kays. Hoff Cammer.

Gnädigst: Hochgebiettende Herren Herren.

Ewer Hochgräffl. Excellenz und Gnaden in Tiefster Submission Höchstwehemüthigist beybringen sollen, welchergestalt der löbl. Magistrat deren königl: freyen Stätten Ofen und Peest im Königreich Hungarn bereits vor acht Jahren eine niemahlen erhört: geweste gewohnheit: dasz nemblichen ein Jeglicher Jud in hin, und hergehen über die daselbige fliegende Brückhen, in Sommer einen halben groschen und in Winther einen gantzen groschen geben solle, einschleichen lassen wolte; Nahdeme aber bey damahligen Comendanten, und Generalen weyl. Herrn Baron von Löffelholtz Seeligsten gedächtnus derohalben wür unsere Rechtliche Beschwärde eingewendet, und hierüber diese beede Königl. Stätten die schuldigkeit dieser eingeschlichen-lassen-seyn-wollen der zahlungs-gevohnheit mit Rechten nicht erweisen können, folgebahr solcher eingestellet, und uns Juden gegen gleiche Bezahlung mit denen Christen passiren zu lassen gesetzet, und auferlegt-welches auch biesher jederzeith ordentlich observiret worden, anjetzo aber, ungefehr eine halbe Jahrszeit hero diese niemahlen erhört-geweste zahlungs-gevohnheit widerumben auffgebracht, und daraus per Consequens, zweiffels ohne ein Jus Continuum gemacht werden will; Wan nun aber in Suma Sumarum aller orthen, alwo derley fliegende Bruckhen sich befinden, von Christen, Juden, und Türkhen Eine gleiche zahlung abgefordert, und gegeben wirdt, da-hero unsz solche dies orthes höchsbeschwersamblich fallet, allermaszen von darumben auch wür umb desto weniger etwas mehreres alsz die Christen zu geben schuldig seyn, bey welcher der sachen Bewandtnus zu Ewer Hochgräffl. Excell: und Gnaden dieszfahls unsere wehmüthigste zu-

flucht hiemit unterthänig zu nehmen unumbganglich bemüsziget werden.

Gelanget diesem nach an Ewer Hochgräffl: Excell: und Gnaden unser unterhanig: gehorsambst höchst-beweglichstes bitten dieselbe geruhen aus Weldtkündigen Justiz-Eyffer beeden Königl freyen Stätten Ofen, und Peest Decretando gnädigst anzubefehlen, womit wür samentliche Juden künftighin, gleichwie aller orthen gebräuchlich, sowohl Sommer- als Winthers zeith gegen gleiche Bezahlung mit denen Christen über die daselbige fliegende Bruckhen passiret werden möchten; zu gnädigster gewohrung dessen uns fuesfalligist Empfehlende Ersterben

Ewer Hochgräffl: und Gnaden

unterthänig-gehorsambste N. N.
die gesambte Judenschaft des
Königreichs Hungarn.

Kivül: Inclytae Camerae Hungaricae pro celeri, Domino Inspectori Camerali Budensi a Zenegg committendo Informatione, et perhibenda, circa Usum atque antehac, practicari Solitam cum Judaeis consuetudinem omnimoda rei veritate, amice communicandum.

Ex consilio Camerae Aulicae.

Viennae 9^{ma} Aug. 1725.

Joes. Georgius Strobel de Adelheim.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1725 Augusti 9.

275.

Bécs 1725 augusztus 9. Schlesinger Izrael panasza Buda magisztrátusa ellen, ki vejét, Günszberger Salamont, noha ő is privilegiált zsidó, a városban türni nem akarja.

Hochlöbl: Kays: Hoff Camer

Gnadigst: Hochgebiettende Herren Herren.

Ewer Hochgräffl: Excell: und Gnaden geruhen dero-selben gehorsambst vortragen zu lassen, und ist Selbten ohnedem gnädigst bekandt, welcher gestalten von Ihro Kays: und Königl: Maytt wür beede Bruder Wolff und Israel Schleszinger vor wegen Unszerer dem Durchleuch-

tigsten Ertzhausse von Osterreich, ohne Ruhm unterthänigst zumelden, sowohl mit Bluddt, alsz guth unermüheteten jeder zeith Treu und eÿffrigist geleisteten diensten durch allergnädigstes Privilegium, welches von Einer Hochlöbl: Königl: Hungarischen Hoff Camer, zugleich auch von (Titel) Ihro Excell. Herrn Herrn Palatino ordentlich confirmiret worden, dahin allermildreichst begnadiget seyn, dass nicht nur allein wür, sondern auch unszere Kinder, und Töchtern Männer — mithin unszere gesambte Freundschaft, durch das gantze Königreich Hungarn aller orthen freÿ, und ungehindert unsz setzen, und unszeren Handl und wandl ruhig treiben sollen, können und mögen; Nachdem nun meiner Tochter Mann, Salomon Kintzbürger in der Königl: freyen Statt Ofen sich gesetzt, und daselben in conformitate dieser unszeren allerhöchstgedachten Kays: Privilegiorum sich zu seiner unumbgänglichen nahrung ein kleines Handlungs-gewölß auffgerichtet, folgbahr der löbl: Statt Magistrat zu Ofen mehrhochernanten Kays. Privilegiorum ohngeachtet ihme Salomon Kintzbürger sothanverrichtetes gewölß nebst samentliche darin sich befindenden Handlungswaahren, ohne einiger an ihn vorherergangener Verordnung, mithin zweifelsohne blose und alleinig ausz einer wieder denselben unverschuldeter dingen gefasten Passion schon vor Sechs Monathen verstören laszen, und ihn in grosze schäden und Umkosten verleuthert (?) imaszen von deroselbst gnädigst zu erwägen, dasz derley so lange Zeithen verstörte waahren unumbgänglich verderben müssen; Wan nun meiner Tochter Mann, berührter Salomon Kintzbürger unszer nechster Freund seÿe, flüszet also unhintertreiblichen herfür, dasz auch Selbter in Conformitate dieser unserer allergnädigster Kays. Privilegiorum durch das gantze Königreich Hungarn sein Handl und wandl aller orthen freÿ, und ungehinderter treiben könne, folglicher demselben durch die indebite beschehene verstörrlassung seines gewölßes die so grose schäden, und Umkosten frivole causiret worden, und zumahlen die meisten unter der Judenschaft so gar keine, vielweniger derley Kays. Privilegia zu genüzen haben, daselben sich befinden und

dannoch bey ihren Handlung frey gelaszen und geduldet werden, allermaszen dan ich bey so gestellten sachen zu Ewer Hoch Gräfl: Exc. und Gnaden gehorsambst zu recurriren veranlasset werde.

Gelanget Solchemnach an Ewer Hochgräfl: Excellenz und Gnaden mein unterthänigst: gehors- Rechtbilliges Bit- ten, dieselbe geruhen, womit meiner Tochter Mann, offt- bemelten Salamon Kintzbürger nicht nur allein sein ge- störtes gewölß alsogleich wiederumben eröffnet, und anbey die ihme hierdurch frivole causirte schäden, und Unkosten guttgemacht- sondern auch Selbter alsz ein würklich Privi- legirter Mann künfftighin bey seinem Handl und Wandl frey, und ungehinderter gelassen werden möchte, das be- hörige an den löblichen Magistrat zu Ofen Decretando gnä- digst, und Ernstgemäsz ergehen zu lassen, getröste mich gnädigster gewehrung dessen, dahin mich fueszfälligst Empfehlend verharre

Ewer Hochgräfl: Excell: und Gnaden

unterthänigst-gehorsambster

Israel Schleszinger Jud.

Kivül: Inclytae Regiae Camerae Hungaricae pro demandanda Informatione, et praecipienda Justitiae Administratione, habita Privilegiorum omnimoda ratione, amice communicandum.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1725 Augusti 9.

276.

Bécs 1725 október 9. A magyar kir. helytartótanács jelen- tése folytán az udvari Cancellária kéri a bécsi haditanácsot, hogy ne engedje meg, hogy a lipótvári parancsnok emberei a galgóczi hidnál minden pár ökör után 12 krajcár vámot szedjenek, és hogy a karkóczi vám zsidó bérlője a Vág folyó- nál minden tutaj után 24 krajcárt behajtson.

Sacrae Caesareae, Regiaeque Mattis Excelso Consilio Aulae Bellico amice insinuandum Regium Hungaricum Locumtenentiale Consilium altefatae Suae Matti novissime

demisse repraesentasse: Quod Dni Commendantis Leopoldo-
poliensis homines a Singulo pari boum, per pontem Galgo-
czensem ad vendendum pelli solito, viginti Denarios, seu
duodecim Cruciferos desumere necdum cessent; propterea
etiam Judaeus Arendator Telonii Karkoczensis sub protec-
tione Inclytae Camerae Aulicae existens, ad fluvium Vagum
ibidem a Singulo Rati quadraginta Denarios, seu viginti
quatuor cruciferos et alia adhuc accidentia, cum Militum
Praesidiariorum assistentia exigere continuet.

Ex quo autem Puncto 7^{mo} benigni Regulamenti, istius-
modi exactiones sub illatorum Damnorum refusionis
multa, aliaque condigna animadversione prorsus vetitae
et pro abolitis habenda forent, Judaei vero ab arendatione,
seu exactione quorumvis Teloniorum in Regno Hungariae
per publicum Legis Articulum nempe 15. novissime Diae-
tae arcerentur, et quidem tali cum declaratione, ut quosque
Judaei a quibuscunque Teloniis non amoveantur, eousque
nemo in tali loco Telonium solvere teneatur.

Ea propter praelibatum istud Aulae Bellicum Consi-
lium hisce peramice requiritur, quatenus pro exigentia
etiam praeallegati benigni Regulamenti, praespecificatam
12 Xciferorum a singuli par boum per Pontem Galgoczen-
sem pelli solitorum exactionem dicto Dno Commendanti
serio et efficaciter interdicere, in illum autem casum, qui
is eadem ulterius continuare attentaret, poena quoque
contextu praecitati benigni Regulamenti statuta et prae-
scripta in eundem animadvertere, et neque Militarem as-
sistentiam praenotato Judaeo, ad ulterius illegaliter conti-
nuandas praerecensitas exactiones deinceps dandam ordi-
nare velint.

.....

Ex Consilio R. C. Hgco. Aulicae
Die 9 8bris 1725.

277.

Bécs 1725 november 16. III. Károly király értesíti a magyar kir. udvari tanácsot, hogy az előterjesztés folytán már történtek intézkedések, hogy nemcsak a karkóczi vámtól, hanem minden más vámtól a zsidó bérlők eltávolíttassanak.

Reverendissime etc. Erga nuperam Fidelitatum Vestrarum repraesentationem in eo factum, quod hebraeus Karkociensis telonii Arendator inde nec dum sit amotus, per competentes instantias eae sunt loco factae jam sunt dispositiones, ut tam praefatus, quam etiam alii ibicunque intra regni ambitum existentes, similique negotiationes camerales exercentes hebraei inde amoveantur, clementer confisi Fidelitates Vestras, quoad realiter et effective amovendos istius modi hebraeos ex regnicolarum quoque bonis, sicque omnimode effectuantam praescitum tam novissimae, quam etiam in Anno 1715 terminatae Dictae Articulum serias dispositiones facturas. Quibus insimul gratia et Clementia Nostra Caesarea Regia benigne propensi manemus.

Datum in Civitate Nra Vienna Austriae die 16 mensis novembris Anno 1725.

Carolus.

Adamus Acsády
Episcopus Veszpremiensis.
Josephus Koller.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1725 November Nrs. 25.

278.

Bécs 1725 december 18. Az udvari kamara kihallgatta Márkus Hirschl bécsi zsidót az esztergomi primással kötött zabszállítási szerződése ügyében.

Illustrissime, Spectabiles etc.

Percepto eo, quod de quopiam Contractu cum pie defuncto Domino Archi-Episcopo Strigoniensi, Cardinale de Saxonia inito, subministratam Judaei hujati Marco Hirschl avenam tangente sub nupere finiti Mensis Novem-

bris mediante rescripto insinuatum erat, dictus Hebraeus ad officinam rationariam Aulicam vocatus, id responsi dedit, nullibi exactionem hac in re posse haberi aut capi notitiam, quam ipse ibidem in loco, et praecise quidem ex Domino Georgio Paluska, utpote per cujus manus tam haec avenae subministratio, initusque Contractus, quam omnia nomine Cardinalitio actitata, atque tractata transierunt, adeoque Dominus Paluska illic facile de statu hujus rei interrogari poterit, omnimodam Informationem ac notitiam daturus. Caeteroquin praetitulatas Dominationes Vestras optato vivere desideramus. Dabantur Viennae die 18 Decembris Anno 1725.

N: Sacrae Caesareae Regiaeque Mattis
Praeses Vicepraeses etc.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1725 Decembris 18.

279.

*Bécs 1726 január 5. Márkus Hirsch bécsi zsidó Zittkovszky
Istvánt választja ügyvédjének.*

Anno 1726 die 5^{ta} Mensis Januarii, Ego Marcus Hirschl Judaeus Viennensis, hic in Archiducali Civitate Vienna Austriae, coram Illustrissima et Reverendissima Dominatione Vestra, constituo, et eligo Regni Hungariae Procuratores in genere, in specie vero Perillustrem ac Generosum Dominum Stephanum Zittkovszky.

Jaszvicz descripsit.

Kivül: Praesent. 5 Jan: 726

Expediatur.

Adamus Acsádi
Eppus Acsádi.

O. L. Conc. Exp. 1726 Januarius Nrs. 8.

280.

Bécs 1726 február 1. A magyar kir. kancellária kéri Pozsony megyét, hogy kutassa meg, vajjon a cseh kir. kancellária által Brünne idézett Beer Salamon szeredi lakos odabocsáttatására nézve nem valami akadály fennforog.

Illustrissimi etc.

Salutem etc. Quoniam in passu Inclyta Cancellaria Regia Bohemico Aulica, Regiam pariter hanc Cancellariam Hungco Aulicam novissime requisiverit, ex acclusis Correspondentialis Ejusdem Insinnati paribus uberius percipient praetitulatae Dominationes Vrae.

Cujus continentis intellectis Eadem in eo hisce requisitas simul et hortendas esse duximus; quatenus id, num Hebraeus Salamon Beer nuncupatus Szeredini etiam nunc subsistat, quantotius investigari curare, de illo eruto tam desuper, quam et de eo, num quoad id, ut praefatus Hebraeus modalitate in praeannexo Insinuato uberius deducta Brunae se sistat ex parte illorum, quibus is de praesenti ne fors subjectus foret, quaequam subsit quaestio et difficultas, dictam hanc Regiam Cancellariam indilate certiore reddere velint et noverint. In reliquo etc. Viennae die 1. Februarii 1726.

Cottui Posoniensi.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1726 Februarius Nrs. 77.

281.

Bécs 1726 február elején. Spitzer Ábrahám bécsi lakos kéri a magyar udvari kancelláriát, hogy mivel ő beteg, küldjön hozzá minél előbb jegyzőt, hogy előtte felhatalmazhassa azt a férfiút, ki őt február 12-én a pesti kir. táblánál képviselhesse.

Excelsa Regia Hungarico-Aulica Cancellaria.

Domini Dni. et Patroni gratiosissimi.

Siquidem pro 12 praesentis Pestinum per Inclytam Tabulam Regiam certificatus existerem, ob valetudinarum

autem Statum meum eo comparere, Procuratorem demum lege praescripta modalitate personaliter constituere haud valerem. Hinc eidem Excelsae Cancellariae per demisse supplico dignetur unum ex Dns Juratis Notariis suis (Pericula in mora existente) pro exaudienda ejus Plenipotentiaria, simul et Procuratoria Constitutione ad me hic in Archiducali Civitate Viennensi constitutum, quantolius gratiose exmittere. Gratosam praestolando resolutionem persevero.

Ejusdem Excelsae Cancellariae

Servus humillimus

Abraham Spiczter Haebreus

O. L. Ad Conc. Exp. 1726 Februarius Nrs. 22.

282.

Bécs 1726 február 8. A magy. kir. kancellária által a beteg Spitzer Ábrahám bécsi zsidó lakoshoz kiküldött Marczell Zsigmond jegyző jelenti a kancelláriának, hogy Spitzer Ábrahám előtte báró Neumann Józsefet nevezte meg, mint felhatalmazottját a pesti királyi tábla előtt, ügyvédjének pedig Enestj Imrét.

Excelsa Cancellaria Regia Hungarico Aulica Domini Domini Gratosissimí.

Humillime Eidem Excelsae Cancellariae refero; Qualiter posteaquam Ego penes gratosam Ejusdem Exmissionem ad Instantiam Abrahami Spiczter Hebraei factam Anno 1726 die vero 8. Mensis Februarii nunc currentis, pro excipienda Plenipotentiaria, simul et Praecuratoria Constitutione exivissem, dictumque Hebraeum in Domo Griechisches Hausz, inque Platea auf dem Alten Bauer Marck situata, sic nuncupatis ac in propria sua habitatione existentem et comorantem accessissem. Ex tunc Idem hic Viennae in Civitate hacce, interiori Anno, Die, Locoque datarum praesentium coram me personaliter adstans pro 12. praesentis Pestinum per Inclytam Tabulam Regiam in causa certa certificatus exi-

stens, ob valetudinarium autem statum suum eo comparere, et Juribus suis debite invigilare haud valens in omnibus causis suis in Regno Hungae habitis et earum Articulis tam per ipsum contra alios, quam per alios quospiam contra ipsum motis et movendis Magnificum Liberum Baronem Carolum Josephum Neüman in suum verum legitimum et indubitatum usque ad tempus revocationis elegit, constituit, et ordinavit Plenipotentiarium. Dando et attribuendo Eidem plenariam et omnimodam agendi, tractandi, faciendi et concludendi, Procuratores quoque toties quoties opus fuerit, constituendi et revocandi facultatem. Ratum, gratum atque firmum se habiturum appromitendo, quidquid per Eundem Plenipotentiarium in emolumentum, dictum, factum, tractatum, conclusum et administratum constitutum item, atque revocatum fuerit. Ac praeterea etiam Procuratorem in specie utpote Emericum Enesey alios vero in genere Procuratores in Regno Hungariae Juramento adstrictos pariter usque ad tempus revocationis constituit et denominavit. Quod dum Eidem Cancellariae demisse referendum habui, me Ejusdem gratiis et favoribus humillime recommendans persévéro.

Ejusdem Excelsae Cancellariae.

Humillimus Servus

Sigismundus Marczell praefatae
Cancellariae Rae Hungo Aulicae
Notarius.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1726 Februarius Nrs. 22.

283.

Bécs 1726 február 14. A magy. udv. kancellária azt írja a pesti magisztrátusnak, hogy privilégiumaik mellett sem tiltathatják el a zsidókat attól, hogy a kir. táblánál tárgyalandó peres ügyeik elintézése alatt Pesten tartózkodhassanak, arra azonban vigyázhatnak, nehogy ilyen ürügy alatt Pestre jövéen, más ügyekben is eljárjanak.

Prudentes etc.

Salutem etc. Acceptis earundem Lileris, circa Judaeos Pestinum promovendarum ibidem Causarum suarum venire necessitatos, sub 9^{na} currentis datis ad easdem Dnationibus Vestris ex officio hisce rescribendum esse duximus: Fundamento benignorum Caesareo Regionum Privilegiorum, dictos Judaeos causas suas active vel passive coram Inclyta Tabula Regia Judria promovere satagentes ab ingressu praefatae Civitatis et ibidem trahenda mora neutiquam arceri posse, invigilare tamen poterint, Dominationes Vrae ne sub praetextu promotionis Causarum Pestinum venientes et ibidem commorantes alia quoque negotia pertractent. In reliquo etc.

Viennae Die 14. Februarii 1726

Magistratui Cittis Pestiensis.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1726 Februarius Nrs. 85.

284.

1726 február 21. Schlesinger Wolffgang felhatalmazza Izsák Hirschlt arra, hogy őt a Bugessy Pál utódjai elleni ügyben képviselhesse és szükség esetében ügyvédet is választhasson.

Anno 1726 die 21 Febr. Hebraeus Wolffgangus Slesinger in certa causa et acquisitione sua contra et adversus haeredes et successores Egregii condam Pauli Bugessy (?) in Regno Hungariae mota et ventilata constituit pro suo Plenipotentiarario alterum Hebraeum Isacum Hirsli cum facultate etiam Procuratores constituendi et revocandi. Et in casu necessitatis alium loco sui Plenipotentiarium substituendi.

O. L. Conc. Exp. 1725 Februarius Nrs. 74.

285.

Bécs 1726 március havában. Wertheimer Wolf bécsi udvari zsidó kéri a királyt, mivelhogy január 2-án gr. Pálffy úriszékén szolgabíró nélkül és emberének kellő instructiója hiánya mellett tárgyalt ügye sehogysem fejeződött be, kegyeskedjék elrendelni, hogy szolgabíró és esküdtbíró kiegészítésével új bírósági tárgyalást tartsanak.

Sacrtma Caesarea Regiaque Majestas,

Domine Dne naturaliter clemtme.

Sacrae Matti Vrae de genibus humillime repraesentare cogor, qualiter die 2. proxime retroactis mensis Januarii, Anni currentis 1726 in Sede Dominali Excellentissimi ac Illrmi Dni Comitiss Nicolai Pálffy, Regni Hungariae Palatini (Titulus) ad Instantiam Creditorum Köpössianorum Judaei videlicet in Fundo Oppidi subarcensis Posoniensis in ejusdem nominis vocabulo vocitato Comitatu adjacentem Domum possidentis Judicium impensum sit. Pro quo termino, quantumvis medio hominis mei ad invigilandum Juribus meis ego quoque comparuissem; Quia nihilominus idem homo meus ob minus sufficientem Instructionem prout par erat, iisdem Juribus meis prospicere non valuisset, causaque summarie inter extraneos etiam absque Judicis Nobilium praesentia suo modo et ordine, in priorum tamen indubitatorum Jurium meorum nequaqua terminata fuisset. Quia vero positivae Hungariae leges in ejusmodi casibus Partibus laesis beneficio novi Judicii succurrerent. Pro eo in humillima subjectione Sacrae Matti Vrae de genibus supplico, quatenus Sma Matas Vra, secundum innatam Sacrae Matti Vrae clementiam laesis Juribus meis memorato beneficio novi Judicii providere, ac J. Cottui Posoniensi super eo clmtme committere et mandare dignaretur, ut medio exmittendi dicti Cottus Judicium antelatus Comes, qua Dnus Terrestris non tantum respectu Debitorum meorum Köpössianorum, verum etiam concreditorum meorum coram Jure uberius denominandorum, in reale Dominium dictae Domus Köpössianae Executione mediante introduc-

torum in praesentiam Judlium et Jurassorum praespecificati Comitatus Posoniensis quoad prioritatem et potioritatem Juris admissa etiam Appellatione solita ad Comitatum et suas competencias ad Impensionem Judicii admoneatur, idemque Judici aliter admonitus impendat. Cujusmodi Gratiam humillimis subjectissimis meis servitiis demereri adnissurus, persevero.

Sacrae Mattis Vrae

Subditus humillimus

Wolff Verthaimer

Aulicus Judaeus.

O. L. Ad Conc. Exp. 1726 Martius Nrs. 18.

286.

Bécs 1726 március 11. III. Károly meghagyja a nádornak, hogy Wertheim Wolf ügyét szolgabíró és esküdtbíró hozzávonásával bocsássa új bírósági tárgyalásra.

Carolus VI. Dei gratia electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniae, Hispaniarum, Hungariae, Bohemiaeque etc. Rex.

Spectabilis, et Magae Comes, Fidelis Nobis sincere dilecte, Hebraeus Wolff Verthaimer nuncupatus, qualenam pro obtinendo Novi Judicii Remedio Nobis demisse introponnigi fecerit, Instantiam, ex acclusis ejusdem Paribus uberius percipiet Fidelitas Vra. Ex quo autem Novum Judicium praefato Instanti illo uti volenti denegari nequiret, Sedem etiam Dominalem in praesentia Judicis Nobilium et Jurati Assessoris Comitatus illius in quo institueretur celebrare conveniret.

Eapropter Fidelitati Vestrae clementer hisce committendum esse duximus, quatenus praefato Supplici, et Novum Judicium admittere, et ad illud Judicem Nobilium quoque cum Jurato Assessore adhibere velit, et non intermittat. Eadem Fidelitas Vra. Quam in reliquo Gratia nostra Caesareo Regia benigne, jugiterque complectimur. Datum

in Civitate nostra Vienna Austriae, die 11. Mensis Martii
Anno 1726.

Carolus.

Adamus Acsády
Eppus Veszprimiensis.
Josephus Koller,

O. L. Conc. Exp. 1726 Martius Nrs. 18.

287.

*Bécs 1726 június 9. A győri sópénztárban elkövetett rablás-
sal vádolt kismartoni zsidókról szóló periratokat az udvari
kamara átszármaztatja a királyi jövedelmek igazgatójának
avval az utasítással, hogy bírói vagy esetleg szokott úton
kényszerítse azokat a zsidókat a kincstár kártalanítására.*

Illustrissime, Spectabiles, ac Magnifici, Generosique
Domini, et Amici Nobis honorandi, Salute, Servitiorumque
nostrorum praemissa promptitudine.

Adjacentia Acta Processum contra Judaeos Eisen-
stadiensens Robariae Jaurini in Salis Cassa patratae impli-
citos formandum, cum opinione, et voto Camerae hujus
Aulicae Consilarii, et Procuratoris, praetitulatis Domina-
tionibus vestris eo fine accluduntur, ut Causarum Regalium
Directori Domino Grassalkovics committantur, ea cum or-
dinatione, quatenus Actis bene perpensis praefatos Judaeos
ad indemnisationem Aerarj per viam Juris, si tamen ratio-
nes sufficientes videantur, modo consueto conveniat, et
compellat, de successu vero, de tempore in tempus suam
Relationem ad Cameram hanc Aulicam submittere debeat.
In reliquo praetitulatas Dominationes vestras diu salvas, et
incolumes vivere comprecamur. Viennae die 9^{na} Junij
Anno 1726.

N. N. Caesareae Regiaeque Mattis Praeses, Vicepraeses,
ac reliqui Camerae Aulici Consilarii.

Kivül: Ad Processum contra Judaeos Eisenstadiensens Robariae
Jaurini in salis Cassa pertractae implicitos formandum, transmittun-
tur Acta, cum Dno. Directore communicanda.

Egy mellékelt kis cédulán: Hanc Expeditionem absque allegatis Accessoriis reperit in officio A^o 1737 resolutus Vice Registrator Deáky nond. registratam, quam idem registrando ad suum locum competentem reposuit.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1726 Junii 9.

288,

1726 október első felében. Dávid Sámuel, tatai zsidó, kit azért letartóztattak, mert üzletében lopni akaró fiút megvert és ez azután az utcán meghalt, elítéltetése előtt esedezik a királyhoz, kegyeskedjék elrendelni, hogy az esetről jelentést terjesszenek föl hozzá és büntetése végrehajtását függesszék fel, mert nem biztos, hogy a fiú az ő ütése folytán halt meg.

Sacra Caesarea Regiaque Mattas Domine Domine mihi clementissime.

Posteaquam recenter praeterito mense Septembri fornix meus in oppido Tata existens per malevolos fures expilatus, et universis fere rebus meis mercantilibus spoliatus fuisset, egoque eatenus graviter damnificatus in summo maerore et consternatione exstitissem, contigit brevi ex post tempore unum juvenem in eundem fornitem ad me venire et unum tabaci infundibulum vulgo Pipam a me emere, aliud vero subtrahendo furari, quod dum advertissem, eundem Juvenem aggrediendo unico tantum colapho affeci, et taliter ex praeattacto fornice meo expuli, qui dum taliter expulsus abinde suas vias discessisset, in platea transeundo ad unum lapidem prae foribus cujuspian domus existentem semet deposuit et ibidem intra breve tempus etiam mortuus est, an ob praemisum colaphi ictum, vel alia morte naturali, hoc me lateret; propter quem fatalem et inexpectatum casum ego illico per Dominium, sive Magistratum Tatensem captus per accurentem populum vix non interemptus et taliter sub custodia Domini Tatensi carceres deductus et in vinculatus sum, actuque taliter ibidem detineor, cum gravi meo damno et praejudicio manifesto. Cum autem Augustissime Domine nec usque in diem hodiernum sciri possit, an idem Xtianus juvenis ex sola per me sibi propter comisum

furtum infixo colapho, aut vero ob alias circumstantias tam innopinate mortuus sit, et propter incertum quempiam casum nemo poena legali vel capitali feriri possit; Hinc ne Magistratuale mei iudicium et ne fors exinde ferenda executio quandotenus cum gravi mei injuria praeciperetur, Matti Vrae Scrmæ eatenus humillime supplico, quatenus Eodem praemisso Dominio, sive Magistratui Tatensi clementer committere et demandare digneretur, ut idem super praemisso inopinato casu Mattem Vram Sacrmam genuine informet et executionem super me ferendi iudicii sui usque ad ulteriorem benignam Mattis Vrae Sacrmæ dispositionem suspendere debeat et teneatur, ut taliter ego indemnitati meae magis prospicere possim. Quam Mattis Gratiam ego quoque humillime promereri satagam perseverend.

Mattis Vrae Sacrmæ.

Perpetuo fidelis et humill. subditus

David Samuel?

O. L. Ad Conc. Exp. 1726 October Nrs. 20.

289.

Bécs 1726 október 11. III. Károly király megparancsolja Komárom megyének, hogy a tatai uradalom börtönébe zárt Dávid Sámuel bűnügyét revisió alá vegyék és ha elítélik, a büntetés végrehajtását addig függőben hagyják, míg az esetről pontos és körülményes jelentés felterjesztése után a királyi döntés le nem érkezett.

Rendi, Hrabiles et Fideles Nobis dilecti. Judaeus David Samuel — Cognominatus, nunc in carceribus Domini Tata Cottui isti Comaromiensi adjacentis constitutus ac detentus, coram Majestate nostra in quonam humillime supplicet, ex hisce copialiter annexo demisso Ejusdem memoriale uberius percepturi estis. Circa quem in eodem Supplici Libello denotatum, uti exponeretur, inopinæ mortis casum, non dubitamus, quin juxta benignas jam antea in praefato Regno nostro Hungariae factas ac consequenter

etiam in isto Comitatu Vestro publicatas dispositiones nostras, accurata cadaveris inspectio et investigatio ad hoc, ut subsequatae mortis causa exinde elici et facilius cognosci queat, instituta fuerit. Hinc vobis hisce benigne committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus antelatum casum, medio Dominii Tatensis, si idem Jure gladii gauderet, judicialiter revideri curare, secus vero Vos Eundem dijudicare ac desuper Sententiam ferre, Executionem tamen Ejusdem in suspenso relinquere, ac Majestati nostrae genuinam circumconstantialem Informationem submittere ac ab ulteriori eatenus subsequutura benigna Resolutione nostra praestolari debeatis et teneamini. Secus n. facturi. Gratia in reliquo. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae die 11. octobris 1726.

Cottui Comaromiensi.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1726 October Nrs. 20.

290.

Bécs 1726 október 18. A király arról értesülvén, hogy poszonyi zsidók a só mázsáját 1½ garassal olcsóbban árusítják, felszólítja a magyar helytartótanácsot véleményadásra, hogy miképen lehetne elejét venni a királyi jövedelemnek ennek folytán beállló csökkenésének és vajjon nem lehetne azon zsidókat a sókereskedéstől egyáltalában eltiltani.

Carolus etc.

Reverendissimi etc. Ex demissa Repraesentatione Camerae nostrae Aulicae informamur. Posonii a Judaeis ibidem degentibus quaestum salis libere exerceri, Centenariumque illius uno, et altero grosso levius statuto pretio venundari imo emptoribus quoque quodam temporis intervallo commodari, ex indeque salis proventus nostros non modicum diminui.

Quod ipsum Fidelitatibus Vris eo fine hisce communicandum esse duximus, ut super eo, qualiternam modo praevio emergens Regionum Proventuum nostrorum diminutio

praecaveri possit, et an non dictos Judaeos, cum et alioquin liber salis quaestus Regnicolis duntaxat admissus existat, in futurum a modofato salis quaestu, simpliciter arcerere ac inhibere conveniat, mentem et opinionem suam nobis incunctanter perscribant. In reliquo etc. Datum in Citte nra Vienna Austriae die 18. 8bris 1726.

Consilio Locumten.

Exoffo

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1726 October Nrs. 30.

291.

*Bécs 1726 október 25. A magyar helytartósági tanács fel-
szóllíttatik, hogy a Szereden lakó Beer Salamon ügyében
már február 1-én kért információt két hét alatt beküldeni
el ne mulasszon.*

Illustrissimi etc.

Salutem etc. Posteaquam sub 1^{mo} Februarii hocce corrente Anno praetitulatis Dominationibus Vris significassemus, quatenus id, num Haebreus Salamon Beer nuncupatus Szeredini etiam nunc subsistat, quantotius investigari curare, ac illo eruto, tam desuper, quam et de eo, num quoad id, praefatus Haebreus, uti ab Inclyta Cancellaria Regia Bohemico Aulica desiderabatur, Brunae se sistat, ex parte illorum quibus is de praesenti subjectus foret, quaequam subsit quaestio et difficultas, hanc Regiam Cancellariam Hungco Aulicam certiore reddere velint: Hoc autem in passu nullam ad praesens usque Informationem accepissemus, praefata interim Cancellaria Regia Bohemico-Aulica effectuationem praeattacti prioris Insinuati sui alterius etiam adurgeret.

Eapropter praelatis Dominationibus Vris denuo hisce ex officio intimandum esse duximus quatenus haec, quae Contextu praeallegatarum priorum Literarum nostrarum sciri desiderabantur, indilate indagare, desuperque dictam hanc Regiam Cancellariam intra decursum duarum Septimanarum ab hodierno dato computandarum informare

velint et non intermittant. In reliquo etc. Viennae Austriae
25 8bris 1726.

Comitatui Posoniensi.

Ex officio mittenda per postam.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1726 Octobre Nrs. 84.

292.

Bécs 1726 november 22. A helytartósági tanács az udvari kamarának hozzá intézett kérdésére azt feleli, hogy azáltal, hogy a pozsonyi zsidók a söt olcsóbban árusítják, a nép nagyobb mértékben fogyasztja és így, mivel az eladók a söt csak kincstári sóraktárakban kaphatják, a királyi jövedelmet nemcsak hogy nem csökkentik, hanem növelik.

Sacrae Caesareae Regiaeque Mattis Inclytae Camerae Aulicae ad Ejusdem sub 5. Octobr: proxime praeteriti datam insinuationem peramice reinsinuandum.

Super modo arcendi Judaeos a salis quaestu fuisse petitam Inclyti Consilii Regii Locumtenentialis Hungarici opinionem quod altefatae Suae Majestati desuper novissime rescipit: Praefatos quoque Judaeos salem non alibi quam in Depositoriis Suae Mattis, pretio ibidem statuto comparare posse, eundem vero taliter comparatum, uno et altero grosso, uti perhibetur, levius statuto pretio venundare solere, certum autem esse, quod, quo plures, quaestum cum sale exerceant, tanto major in Depositoriis Regiis salis districtio, inde vero, majus etiam pro aerario Regio lucrum proveniat, quo leviori vero pretio per quaestores sal venundetur, tanto facilius etiam emptoribus, potissimum miserae plebi accadat, consequenter utrobique utile potius et commodum, quam detrimentum, ex hujusmodi quaestu accedat, hinc cur iidem Judaei ab exercendo hoc quaestu velut nec aerario Regio, nec Publico nocivo, imo potius utili, simpliciter arceri deberent, rationem non viderit, et hoc idem etiam de commodatione salis, velut semper ex depositoriis Suae Mattis procurandi, humillime intelligi, quod autem sal idem, non in hoc,

vel illo, verum tertio Depositorio eruatur, id officialibus quidem in Depositoriis, per quaestores praeteritis, propter rariorem librationem, et per manus eorundem distractionem, aerario autem Regio nihil exinde decederet, cum illud, quod Posonii exempli gratia remaneret, per quaestores in alio Depositorio comparari deberet, quaestores autem ad localitatem adstringere tanto minus conveniens foret, cum illud liberum quaestum turbaret, exinde vero magnum aerario Regio damnum emergere valeret. Quibus taliter communicatis, manet praelibato isti Aulicae Camerae etc.

Ex Consilio etc.

Viennae 22. Novembris 1726.

Urmény.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1726 Novembrer Nrs. 78.

293.

Bécs 1726 december 9. A bécsi udvari kamara a cseh udvari kamara ismételt megkérésére, hogy Beer Salamon szeredi lakost egy peres ügyben Brünnbe küldjék, azt válaszolja, hogy ez ellen gróf Eszterházy József, kinek Beer alattvalója, nehézséget támaszt, mert ha valakinek rajta követelése van, az először a gróf jurisdictiója alá tartozik, ha azonban csak szembesítésről van szó, akkor küldjenek oda- és visszautazására salvus conductuslevelet.

Inclytæ Cancellariæ Regiæ Bohemico Aulicæ ad Ejusdem sub 15. Januarii et 30. Septembris in eo, quatenus Judæus Salamon Beer nuncupatus, intuitu certæ prætensionis, quam Caspar Kail Brunæ arestatus apud eundem, vigore cujusdam acceptatæ assignationis et Literarum Cambialium se habere asserit, Brunæ coram Judicio in causa præfati Kail delegato se sisteret, datas insinuationes per amice reinsinuandum.

Dictum Judæum Szeredini omnino subsistere, ac Dominali Jurisdictioni Domini Comitis Josephi Eszterházy subesse, qui eundem in Moraviam mittere difficultat ideo,

quod ipsemet subditorum suorum, adeoque etiam praefati Judaei Jurisdictionatus Magistratus existens, si quis contra eundem legitimam praetensionem haberet, desuper Jus et Justitiam impendere paratus foret.

Quod si tamen antelatus Judaeus ad confrontandum duntaxat cum memorato Kail, non autem Judicium quodpiam intuitu praedeclearatarum praetensionum recipiendum, Brunam mitti desideraretur, velit Inclyta haec Cancellaria Regia Bohemico Aulico super securo ejusdem Judaei Brunam itu et inde iterum in Hungariam reditu Salvi Conduc-tus Literas expedire, easdemque Regiae huic Cancellariae Hungco Aulicae mittere, ut habitis illis Judaeus quidem in Moraviam mitti praepjudicium tamen quodvis Jurisdictioni Hungaricae exinde inferendum praecaveri possit. In reliquo manet praelibatae isti Cancellariae Regiae Bohemico Aulicae Regia itidem haec Cancellaria Hungco Aulica.

Ex Consilio etc.

Viennae 9. Xbris 1726.

Ürmény.

O. L. Conc. Exp. 1726. December Nrs. 62.

294.

Bécs 1726 december 13. Királyi rendelet a helytartótanács-hoz, hogy a már régen kívánt véleményezést a zsidók további bevándorlásának megakadályozásáról és jelenlegi számuk csökkentéséről haladéktalanul beküldjék.

Carolus VI etc.

Reverendissimi etc. Meminerint Fidelitates Vestrae quidnam Iisdem, quod avertendam quorumvis extraneorum Judaeorum in Hungariam receptionem, imo submittendam circa illorum etiam, qui actu jam in Hungaria subsisterent reductionem fidelem opinionem, taliter promovendum hoc etiam in passu subversans publicum bonum, sub 28 Junii Anno adhuc praeterito clementer commiserimus.

Et siquidem modo praevis submitti desideratam infor-

mationem et respective opinionem, ad praesens usque non accepissemus, ubi tamen ab Expeditione praeallegati benigni Rescripti nri medius secundus fere annus evolutus haberetur,

Idcirco Fidelitatibus Vestris ulterius hisce benigne praecipimus et mandamus: ut praeallegatam informationem et respective opinionem pro ulteriore eatenus subsequutura benigna resolutione ac dispositione nostra incunctanter submittant. In reliquo lisdem etc. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae Die 13 Decembris 1726.

Orsz. Levélt. Act. Part. 1727 Octobris Nrs. 43.

295.

Pozsony 1727 január 8. Simon Michel a pozsonyi magisztrátusnál Pichler Ernő ellen indított perében hozott ítélet ellen fellebbezést jelent be és perújítást kér.

1727 8. Januarii. Sequens Simonis Michl Judaei partim Instantia partim vero nova actio coram A. Mag. perfecta improthocollarique comissa est!

Ampl. Mag. Dom. Dom. Grat. Col.

Memínisse dignabitur Id. A. Mag. Qualiter non ita pridem evoluta A. 1724. Die 8va Mensis Maji coram A. Mag. incaminatus, ac Contra et adversus Circumsp. Dn Ernestum Pichler per me motus Processus Judiciaria Definitiva Sententia terminatus et ob id. quod definitiva Sententia nequaquam contentatus sim, medio Procuratoris mei cum tota Processus seria Appellationis extiterit. Quia nihilominus Eidem Appelatae cedendo viam Novi mihi reservaverim: Ea propter humillime apud Ampl. Mag. instantiam duxi, quatenus ad exigentiam legum signanter Titl. 77 Par. 2 in conformitate Artic. 33 novissimae Dietae Poson. novum simplex ob praetactam Appelatae Cessionem gratiosissime resolvere ac eundem Dom. Pichler cum praefixione competentis Terminii in praesentiam sui citari et certificari fa-

cere dignetur. Cujusdem Gratiam indignis Servitiis meis demereri admisurus persevero Ampl. Mag.

Servus Humillimus
Michael Simon Judaeus
Subarcensis.

Protoc. Action. Cittis. Poson. 1726—1729 pag. 285. Kaufmann D.
H. Heines Ahnensaal 189—190. I.

296.

Bécs 1727 január 13. A magyar udvari kancellária a budai magisztrátustól néhány folyamodó budai zsidóról információt kér.

Prudentes etc.

Salutem etc. Judaei in accluso Memoriali subscripti, quonam in passu humillimum ad Suam Majestatem sumpserint recursum, ex eodem Memoriali uberius percipient Dominationes Vestrae.

Quod cum iisdem eo fine communicandum esse duximus, ut super eo, an, et qualiter Jurisdictio Cameralis, quoad antelatos Judaeos sit fundata, qualiter item iidem Judaei successive coram foro Militari Jure conventi extiterint, et in quibus Terminis negotium hoc ad praesens usque substituerit? Regiam hanc Cancellariam Hungco Aulicam cum remissione, praeannexorum genuine ac circumstantialiter informet. In reliquo etc. Datum Viennae Austriae 13. Januarii 1727.

Magistratui Cittis Budensis.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1727 Januarius Nrs. 76.

297.

Pest 1727 február 25. A helytartótanács kérdésére Pest város tanácsa jelenti, hogy királyi privilégiumánál fogva zsidók városuk területén nem lakhatnak és csak az éjjeltől meglepve, vagy ha a kir. táblánál dolguk van, tartózkodhatnak a városban.

P. P.

Dignabitur quidem Idem Excelsum Locumtenentiale Consilium a nobis petere specificationem omnium in gremio nostri reperibilium et existentium Judaeorum, debemus autem loco illius Exselsum Idem Locumtenentiale Consilium humillime informare, quatenus hucusque nullum Judaeum admiserimus, haud ignorantes, quam nociva gens esset Christianis, idque vigore benigni Caesareo-Regii Privilegii arbitrio Magistratus per expressum relinquentis Hebraeos admittere vel non admittere, imo neque pernoctare hic quemquam passi sumus, nisi in casu necessitatis, ubi vel nocte praeventus esset, vel coram J: Tabula ad agendum haberet, quia tamen causa cessante amplius de nocte in civitate non toleratur, felices nos reputantes, quod libera sit ab ejusmodi Incolis et inhabitatoribus civitas; qui de reliquo nos demisse recommandantes permanemus.

Excelsi Ejusdem Locumtenentialis Consilii
Ad Excelso Consilio Locumtenentiale

Pesthini die 25 Februarii 727

Humillimi obsequissimi
N. N. Judex et Senatus
Lib: Reg. Cittis Pesthinis.

Szfv. Levélt. Intimata a. a. (1727) Februar Nrus. 1626.

298.

Bécs 1727 március 18. A király megtudván, hogy előbbi rendelete ellenére zsidók egyes nemesek védelme alatt a bányavárosok közelében tartózkodnak és kereskednek, meghagyja a helytartótanácsnak, hogy komolyan intsék az illető megyéket, hogy azon rendeletnek kellően eleget tegyenek.

Carolus etc.

Reverendissimi etc. Ex demissa repraesentatione Camerae nostrae Aulicae informamur: Quod non obstante benigna ordinatione Regia in eo, ne Judaei intra districtu

Liberarum et Regio-Montanarum, Civitatum nostrarum, ab indeque in circuitu ad septem miliaria ullo tempore comparere, vel sedes suas figere, aut ullo pacto ibidem sub statuta eatenus capitali poena morari ausint, intervenita, et a nobis etiam sub 26. Junii 1724 comitatibus in quibus praefatae vicitates sitae habentur, iisdemque vicinis intimata, praefati Judaei circa dictas montanas civitates iterato divagentur, imo in nundinis etiam publice negotientur, ac insuper quidam nobilium iisdem et residentiae locum et protectionem praebeant: Prouti in Saag occasione praeteritarum nundinarum Festi Sancti Emerici, tentoria sua fixerunt, et dum montanarum nostrarum civitatum negotiatores eatenus apud loci provisorem protestati fuissent, Judaei patentes literas Judicis nobilium Adami Kelyó liberae divenditionis indulsoriales produxerunt.

Cum autem hoc in passu et vilipensio benignorum Regionum Mandatorum et ratio securitatis proventuum nostrarum Regionum, quatenus Auri et Argenti conflatio, subtractio et clancularia coëmpcio facile irrepere posset, subversetur.

Idecirco fidelitatibus Vestris clementer hisce praecipimus et mandamus, ut Comitatus praerecensitos ad observandam effective in gremio eorundem, modo praevio interventam benignam ordinationem nostram debitamque eatenus paritionem exhibendam serio et districtim admoneant. In reliquo etc. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae die 18 Martii 1727.

Consilio Locumten,
ex offio.

299.

1727 március 27. Auszterlitz Helena, Michel Simon pozsonyi zsidónak felesége kéri a királyt, hogy kegyeskedjék elrendelni, hogy a közte és Berno Kristóf örökösei közt már hét év óta húzódó költséges pernek valahára véget vessenek.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas,

Dne Dne Naturaliter Clementissime.

Lamentabiliter una ac genibus supplex Sacrae Matti Vrae repraesentare compellor. Qualiternam in Causa mea sub nomine Domini Terrestris mei, Exllmi ac Illmi videlicet Nicolai Pálffy ab Erdöd, Regni Hungariae Palatini, contra et adversus Egregium condam Joannem Christophorum Berno, respectu violenter detenti pignoris mei, ante septem ab hinc annos mota et suscitata per partem Incattam., primum visa adhuc ejusdem Comite variis subterfugiis et exquisitis sub coloribus involuta; tandem Principali Incatto fatis cedente per ejusdem quoque successores et haeredes diversis sub praetextibus per duorum circiter annorum evolutionem suspensa et impedita, post multifarias ad Instantiam meam peractas inquisitiones facto per me ad Sacram Mattem Vram humillimo recurso de die 19. Mensis Augusti Anni recenter retroacti 1726 Benignum Relaxatorio-Continuatorium, Egrio Ladislao a Schlosberg, qua J. Cottus Posoniensis ordinario V. Comiti sonans obtinuerim Mandatum vigore cujus, esto quidem Idem V. Comes primum pro 14. Mensis Novembris Anni retroacti 1726 in Lram Ramque Civitatem Tyrnaviensem praefixisset terminum. Ac dum pro eodem cum Advocato Posonio adducto comparuissem, ad interpositionem Potentioris cujuspiam, in ipso praesenti Termino ejusdem Extensionem causam continuatura comparens experiri coacta fuisset, iterum alium pro 10 Decembr. anni praedecarati recenter retroacti praefixum, ad varias interpositiones pariter in diem 27. Januar. anni currentis 1727. Eo demum ob id, quod universi haeredes citati non extiterint, in 4^{am} Martii Posonium rejectis existentibus, post Procuratis Revocationem

Causam per prius jam ab Adjudicata mihi finalis Juramenti depositione dependentem, iidem Haeredem Bernoiani ad primam comparitionem reduxissent, ac exinde Triplicem unice ad Temporis Protractionem directam in priori processu ut plurimum attactam et superatam exceptionem, per quinque aut sex dierum decursum interposuerunt; qua rescissa meritoriam suam responsionem, uti antequam revocassent, ita et post revocationem adornarunt. Quare me ad prius adjudicatum Juramentum cum retulissem, ob publica J. Cottus negotia, sine ulteriori quidem Citatione, Continuatio et Revisio causae meae in 5^{ta}m affuturi Mensis Maji Anni currentis rejecta quidem extitit; quia tamen factae in praesens usque Terminorum extensiones, variis subter fugitivis praetextibus mihi adeo dispendiosae, onerosaeque acciderunt ut pro solis Certificatoris Exhibentium Diurnis, me prope Centum florenos expendisse evenerit, aliis vero Processualibus Expensis Acquisitionem jam pridem superantibus, adeo afflicta et exhausta sim, ut intervenientibus nefors, pluribus ad huc Terminorum extensionibus Me a justissimae causae meae prosecutione, ex eo supersedere oporteat, quod Causatarum Expensarum, ipsam Acquisitionem hic et nunc jam superantium ratio ea esset, ut Judici aliter restringi, et limitari, in paratis erogari, occasione vero executionis per assignationem Fundorum compensari soleant. Hinc ob ejusdem Judicii subterfugitivas extensiones evenit, quod acquisitio justissima per in litem factas erogationes diminuatur, Ego vero parato aere, quod in litem impendo, post innumerabilium Terminorum extensiones, molestias et fatigia fundum nefors ad placitum dominantis Incatti emere quodammodo compellar. Justo igitur dolore compulsa, de genibus in humillima subjectione supplex eatenus insto, quatenus Sma Maas Vra pro innata sua Clementia Terminum 5^{tae} Maji in causa mea praefixum, ita Clementissime rati habere dignetur, ut eo adveniente Caa mea peremptorie revidenda, taliter post 7 Annorum decursum in prima Instantia determinanda et decidenda. Ac in casu Triumphi condigna quoad causatas mihi expensas per procedentes Judices ratio habenda, be-

nignissime committatur. Gratiam et Clementiam hujusdi
jugiter fidelis demeritura persevero.

Sacrae Mattis Vrae

Ancilla humillima
Helena Auszterlitz Judaei
subarcen. Poson. Michl Simon
Conthoralis.

Kivül: Praes. 27. Mart. 1727. Per Antonium Rimanóczy.
Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1727 Martius Nrs. 75.

300.

*Bécs 1727 március 28. III. Károly Auszterlitz Helena zsidónő
folyamodványa folytán megparancsolja Schlosberg László
pozsonymegyei alispánnak, hogy az oly régi peresügyét to-
vábbi késedelem nélkül jog és igazság szerint befejezze.*

Carolus etc.

Egregie Fidelis nobis dilecte. Helena Austerlicz Haebrea
in causa sua a compluribus jam Annis absque eo, ut Juri et
Justitiae conformem finem obtinere potuisset, vertente, quo-
nam in passu humillimum ad nos sumpserit recursum, ex
accluso ejusdem Memorialis uberius percipies.

Erga cujus etiam demissam Instantiam tibi serio hisce
praecipimus et mandamus, ut, cum et alioquin muneris, ac
strictae obligationis tuae existat, universis coram te causan-
tibus celeriori, et in sumptibus compendiosiori, quo fieri
poterit modo, intemeratam Justitiam administrare praefatae
supplicantis causam a tanto jam tempore inprocessuatam
pro Juris et Justitiae exigentia, absque ulteriore mora, aut
protractione termines. In reliquo. Datum in Citte nostra
Vienna Austriae. Die 28 Martii 1727.

Lad. Schlosberg V. Comiti Poson.

Dombay.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1727 Martius Nrs. 75.

301.

Bécs 1727 április 7. Sámuel Simonnak, a pozsonyi Simon Michel fiának, császári szabadalmi levele.

Wir Karl der Sechste von GottES Gnaden, Erwehlter Römischer Keyser etc. etc.

Bekennen öffentlich für Unss, Unsere Erben und Nachkommen mit diesem Brief und Thuen Kund jedermanniglich, dasz bey Uns Samuel Simon Jud, allerunterthänigst angebracht, wie dasz seines Vatters Simon Michels Freyheit zwar auf ihn gediegen, Selbige aber mit der Zeit erlöschen wäre, dahero selbiger sich umb weiterer Meriten befliszen, zu dem ende zu Unszern Abgesandten an dem Ruzsischen Hof sich begeben, und gedachten Unsrem Abgesandten getreu- und ersprieszliche Dienst geleistet, in ansehung deren auch hohe recommendationes erworben hatte; Diesemnach Uns gehorst, gebetten, dasz Wir ihm ein Privilegium auf Zehen Jahr unter denen allhiesigen Schuz-Verwandten Juden mit allen deren praerogativen zu stehen Allernädigst zu ertheilen geruhen möchten.

Wan Wir dan Gnädigst angesehen dieses allerunterthänigsten Supplicantens Unserm an den Russischen Hof abgeschickten Gesandten gelaistet-nuzbare Dienste, welche auch Theils Unsrem Camerali zu guten gekommen und billich in Consideration gezogen die für ihn eingelangte hohe recommendationes:

Alss Haben Wir mit wohlbedachtem Muth, guten Rath und rechtem Wiszen ihm Jud Samuel Simon die sonderbare Gnad gethan, und denselben samt seinem Weib, Kindern, und nöthigen Bedienten in Unsren besonderen Keyser- König- und Landesfürstlichen Verspruch Schirm, Schutz und Glait allernädigst an- und aufgenommen, also und dergestalten, dasz derselbe bis Ende des Siebenzehn Hundert Sechs und Dreyssigsten Jahrs in Unserm Schuz und Schirm seyn und in Unserer haubt- und Residenz-Statt allhire, oder wo sich Unser Kayserliches Hoflager im Heyl. Römischen Reich oder anderen Unseren Erb Königreich-

Fürstenthumb und Landen befinden wird, gleich denen anderen privilegirten Juden sich aufhalten, und ungehindert männigles die Jüdische Ceremonien und Mosaisches Gesaz, sowohl in Lebens- als Sterbsfällen, wie bishero alhier gepflogen worden, jedoch in aller still und ohne Ärgernisz deren Christen exerciren, zu dem seinen Handel und Wandel mit Unserem Aerario und dem Hof in allen fürfallenden Geschäften, und sonsten auch mit dem Geld-Negotio und Jubellen üben und treiben möge: Übrigens aber derselbe sich der hiesig-Schutz-Verwandten Judenschafft neu-gemacht- und etwo weiters machenden Ordnungen in allweg zu conformiren habe: Benebens durchgehends einen aufrecht-Ehrbar- und untadelhaften Wandel führen, hierzu ebenfalls seine Hauszgenossen ernstlich anweisen, dannenhero keine liederliche oder Suspecte Personen aufhalten, weder denenselben Unterschleif geben, oder auf andrer weis mit selbigen sich Verstehen, noch einige frembde Juden herein ziglen, seinen Bedienten keinen absonderlichen Handel Verstatten, endlich sich alles Betruges und VerVorthlung bey scharffer Straff, und gestalten dingen nach, bei Cassirung dieses Unsers Gnädigsten Indulti gänzlichen enthalten solle.

Im Fall auch Vor Verflieszung obbewilligter Schuz Jahren er Samuel Simon mit Todt abgienge, solle dieser Schuz- und Gnaden-Brief mit allen Clausulen auf die hinterlassende Wittib und deren Hauszgenossen, bis sothane Jahr würrlich expiriert, Verstanden seyn.

Gebietten darauf allen und jeden Unsrer nachgesetzten Christ- und Weltlichen Obrigkeiten, was Würden, Stands oder Weesens die seynd, insonderheit aber N: Burgermeister, Richter und Rath dieser Unserer Residenz-Statt Wienn hiemit Gnädigst und wollen, dasz Sie obgedachten Juden Samuel Simon sambt seinem Weib, Kindern, hauszgenoszenen und nöthigen Bedienten, bei diesem Unserem ihme, wie obgemeldt, bis zu Ende des 1736^{ten} Jahrs Gnädigst ertheilten Schutz, Schirm und Protectorio allerdings unangefochten seyn und bleiben, ihn derenselben ruhig und ungekränkt freuen, gebrauchen, nuzen und genießen

laszen, dabey selben schirmen und handhaben, darwider keiner dings beschwären oder anfechten, noch das jemand anders zu Thuen gestatten, in keine weis noch weeg, als lieb einem jedem seyen Unsere schwere Ungnad und Straff, darzur eine Poen nemblich: *Zwainzig Marck Löthigen Golds* zu Vermeiden, die ein jeder, so oft er freventlich hierwieder Thätte, Uns halb in Unsrer Camer und den andern halben Theil dem beleydigten unnachlässlich zu bezahlen Verfallen seyn solle. Das mainen Wir ernstlich, mit Urkund dieses Brieffs, besigelt mit Unserem anhangenden Keyserlichen Insigl, der geben ist in Unsrer Residenz-Statt Wienn den Siebenden Monats Tag Aprilis im Siebenzehn Hundert Sieben und zwanzigsten, Unserer Reiche, des Römischen im Sechzehenden deren hispanischen im Vire und zwainzigsten, deren Hungarisch- und Böheimischen auch im Sechzehenden Jahr.

Carl.

Jo: Bapte Gr. v. Colloredo.

Ph. Ludw. Gr. v. Sinzendorff.

Ad mandatum Sac: Caes.
et Cathae Majt^{is} proprium.

Matthias Benedikt Finsterwald.

Bey der Röm: Kay: May: Obristen Hof-Marschall-
Amts Kanzley Vorgemerkt den 4^{ten} Julii 1727.

Wenzel Joseph Keil
Registrator daselbst.

(Kaufmann D., H. Heines Ahnensaal 229—232, a bécsi zsidó
községi könyvtárban levő eredeti okmány után.)

302.

Laxenburg 1727 április 29. A király felszólítja a helytartótanácsot, hogy a megyékben és városokban lakó zsidók számát helyük és adózásuk megjelölésével összeírassák és egy éven belül felterjesszék.

Carolus VI.

Reverendmi etc. Fideles Nobis dilecti.

Ex demissa Fidelitatum Vestrarum repraesentatione, de 8^a Mensis Januarii Anni currentis ad Nos data, quidnam eaedem, tam quoad praecavendam, quorumvis extraneorum Judaeorum in Hungariam admissionem, ac receptionem, quam illorum etiam, qui de praesenti in Regno subsistant, ad certum et talem numerum, qui Publico non obsit, reductionem statuendum existiment. Quo in passu, antequam positive quidpiam determinari et statui posset,? Fidelitatibus Vestris ex superabundanti benigne committendum esse duximus, quatenus in conformitate prioris benigni Mandati Nostri in universis Regni Comitatibus et Civitatibus eas materia in praedecarata facere velint dispositiones, ut ad summum intra unius mensis decursum a dato praesentium computandum specifica, dictorum Judaeorum in Regno existentium Conscriptio (in quantum videlicet in praedecarata Fidelitatum Vestrarum repraesentatione connotati non essent) cum declaratione Loci et publicorum onerum, per eosdem hactenus praestitorum absque ulteriori mora instituantur et Fidelitatibus Vris, ac medio earundem Nobis demisse reportetur. Gratia in reliquo etc Datum in Castro nro Laxenburg die 29. Apr. Anno 1727.

Consilio Regio Locumtenentiali

Ex Officio.

Orsz. Levélt. Act. Part. Nrs. 43 1727 Apr. 29.

Laxenburg 1727 május 26. Beer Salamon szeredi zsidó lakos részére kiállított kir. szabad menetlevelet Pozsony megyének átteszik avval a királyi parancssal, hogy minél előbb küldjék Brünnbe.

Carolus etc.

Reverendi Honorabiles etc. Quonam fine Haebreus Salamon Beer Szeredini alias degens, Brunam sisti desideretur, ex Literis Regiae Cancellariae nrae Hungarico-Aulicae sub 1^a Februarii et 25 Octobris Anno proxime praeterito ad vos datis uberius percepistis; Et siquidem desuper repraesentatum fuisset, a parte Comitum Josephi Esterhazy, intuitu Juris Gladii Szeredini habiti quaestionem eatenus, obverti, quamvis de antelato Haebreo talis notitia supervenisset, quod idem Nicolspurgi in Moravia natus, proindeque nativitate sua ibi subditus, et ob Contracta Debita abinde profugus factus sit, ad tollendam nihilominus omnem hoc in passu formare queuntem quaestionem, pro praefato Haebreo accludimus hisce benignas Salvi-Conductus Literas, vobis una Clementer injungentes, ut cum iisdem antelatum Haebreum Brunam ad sistendum se delegato ibidem Judicio, in Causa Kayliana, quo citius, et quidem intra certum a Vobis eatenus statuendum Terminum, expediatis, et tam de facta hac ordinatione, quam subsecuta eatenus obtemperacione Mattem nram medio Regiae Cancellariae nrae Hungarico-Aulicae incunctanter, non expectando videlicet generalem, vel particularem istius Comitatus nri congregationem, verum mox, ut hoc percepto et in Executionem sumpta fuerint humillime informetis. Gratia in reliquo etc. Datum in Certo nostro Laxenburg. Die 26 Maji 1727.

Comitatui Posoniensi
ex offio.

1727 május havában. Gróf Berényi Péter Nyitra megye hatóságától ismételten fölszólíttatván, hogy a királyi rendeleteknél fogva a tapolcsáni birtokán lakó zsidókat eltávolítania kell, kéri most a királyt, hogy hagyják meg azokat neki, mert ő annakidején a jószággal együtt az ottani zsidóktól származó jövedelmet is megvette a királyi kamarától, és eltávolíttatásuk neki nagy kárára lenne.

Sacrae Caesarea Regiaeque Majestas,

Dne Dne clementissime.

Majestati Nostrae Sacrae humili de genu repraesentare necessitor; Qualiter posteaquam iterata Excelsi Consilii Locumtenentialis Rescriptum Judaeos a Montanis Civitatibus circum circa ad septem Milliarum amovendos innuente ad Inclytum etiam Comitatum Nitriensem penetrassent, licet quidem occasione accepti primi Rescripti dictus Inclytus Comitatus oppidum etiam meum Nagy Tapolcsán a Civitatibus Montanis, notanter autem Loco Uy Banya sex duntaxat Milliaribus distare praetendisset, distantiam nihilominus dictorum locorum ad invicem talem intercedere, quae circa Festum etiam S. Joannis Baptistae, ubi videlicet dies longissima esset, intra unam diem difficulter perfici posset, ulterius etiam ibidem manere, et reliqui posse adinvenio, ita tamen, ne iisdem trans fluvium Nitriam, qui penes dictum oppidum defluit, sub vitae et bonorum amissione ex currere licitum sit, et transire. Quam quidem praeviam dicti Comitatus ordinationem, dum taliter observandam sperassem, altero praemissa in materia Excelsi Consilii Regii Rescripto ad eundem Comitatum novissime superveniente, idem Comitatus modo praevio interventam ordinationem suam immutatam esse, consequenterque dictos Judaeos ex antelato oppido meo Nagy Tapolcsán amoveri debere, mihi intimavit.

Quia vero Imperator Augustissime ad hoc, ut ex oppido Nagy Tapolcsán ad antelatum Locum Montanum Uy Banya perveniatur unam, vel longissimam etiam diem requiri innegabile esset, consequenter praetensa eadem sex Milliarum merito pro duodecim etiam computari posse; imo si etiam

tam longa distantia non obstante, quoad excursionem per eosdem Judaeos ad Montanas Civitates practicari possibilem, praesumptio quaequam dari posset, eandem circumscripto per Inclytum Comitatum perprius adinventam simpliciter tolleret, ad hoc enim, ut quis ex oppido Nagy Tapolcsan ad Montanas Civitates profiscatur, fluvium Nittriam de necesse transire deberet. Ideo ne dicti Judaei (a quibus obveniens proventus occasione etiam illi dum videlicet ego Dominium meum Nagy Tapolcsan gravi profecto aere, ab Excelsa Mattis Vestrae Sacrae Camera Aulica mihi comparassem Conscriptionem Cameralem ingressus) cum gravi admodum damno et praejudicio meo ex dicto oppido meo amoveantur, verum ibidem ulterius etiam taliter, prout in primordiis per Inclytum Comitatum circumscripti erant, relinquuntur, dicto Comitatu Nittriensi benignissime comittere, taliterque me fidelem suum subditum, in statu et possessione Bonorum, et Jurium meorum, prouti eadem mihi per antelatam Majestatis Vestrae Sacrae Camera tradita, et per me apprehensa fuerunt, clementissime conservare dignetur Majestas Vra Sacra. Quam Gratiam humillimis, perpetuoque fidelibus servitiis meis demereri adnitar; manendo

Majestatis Vestrae Smae.

Humillimus perpetuoque fidelis subditus
Comes Petrus Berényi.

O. L. Ad Conc. Exp. 1727 Majus Nrs. 123.

305.

Királyfalva 1727 május 18. Gróf Pálffy János arról értesülvén, hogy a nyitra- és tőrőcmegyei zsidók még a bányavárosokhoz közel fekvő helyiségekben is tovább maradhatnak, kéri az udvari kancelláriát, hogy ebben a kedvezményben részesítsék az ő bajmóci zsidáit is; ha azonban ez lehetetlen, akkor adjanak nekik néhány heti haladékot, hogy a nemeseknél levő követelési és tartozási ügyeiket lebonyolíthassák, máskülönben ez éppúgy saját, valamint az illető nemések tönkrejutására vezetne.

Illustrissimi et Reverendissimi etc!

Apprime constabit praelibatis Dominationibus Vris Judaeorum ad Montanas Civitates pro residentium autoritate Regia abinde comissa amotio; quoniam autem Iudaei Nyitriæ, in Tapolesán ac in Thuriensi degentes, ultronei quoque in iisdem locis residere posse dicerentur, hinc, ut simile beneficio mei etiam Bajmoczienses Judaei (quorum conditio et locatio cum memmoratis Judaeis consimilis est) frui possint Excelsae Camerae enixe recomendo. Casu quo vero idem ipsis per absolutum denegaretur, ut ab involutione tam activorum quam passivorum cum nobilitate in Partibus Bajmocziensibus residente, contractorum debitorum de pleno enodari possint, dignetur Excelsa Cancellaria iisdem per aliquot hebromadas duraturus inducias favorabiliter admittere. Secus etenim sine sui aut dictae nobilitatis notabili ruina, similia debita complanare et Bajmoczio intra praefixum ab I. Cottu Nitriensi terminum recedere haud valeant. De reliquo etc.

Sub dato Királyfalva die 18 Maji 1727.

Earundem Supratit.

Dominationum Vestrarum.

Servus paratissimus
Comes Joannes Pálffy.

O. L. Ad Conc. Exp. 1727 Majus Nrs. 123.

306.

Bécs 1727 május 29. A magy. udv. kancellária átteszi az udvari kamarához gróf Berényi Péter és gróf Pálffy János folyamodványait, melyekben zsidai részére további tartózkodási engedélyt kérnek.

Sacrae Caesareae Regiaeque Mattis Inclytae Camerae Aulicae ad Ejusdem nuperam respectu arcendorum a Districtu Hungaricarum Montanarum Civitatum Judaeorum denuo factam Insinuationem peramice reinsinuandum.

Post expeditum idcirco desideratum Regium Rescriptum recurrisse Dominum Comitem Petrum Berényi, et pro retinendo in Oppido Nagy Tapolcsan Judaeis hisce annexum Memoriale introporrexisse: Dominum vero Joannem Comitem Palfy Croatiae Banum in Casu, quo Baimoczý hactenus subsistentes Judaei ibidem ulterius relinqui penitus non possent, adminus in eo institisse, quatenus memoratis Judaeis induciae aliquot adhuc hebdomadarum concederentur, quo intra illarum decursum ab involutione tam activorum, quam passivorum etiam cum nobilitate in partibus Bajmocziensibus residente, contractorum Debitorum enodari possint, Secus enim sine illorum aut dictae nobilitatis notabili ruina similia debita complanari et intra praefixum terminum iidem Judaei Bajmoczio recedere, haud valebunt.

Super quibus dum praelibatae istius Aulicae Camerae amicum sensum Regia haec Cancellaria Hungarica Aulica praestolaretur, insimul Eidem ad quaevis officia munia prompta manet ac parata.

Ex consilio etc.

Viennae 29 Maji 1727.

Radovics.

O. L. Conc. Exp. 1727 Majus Nrs. 123.

307.

Laxenburg 1727 június. A magyar helytartóság felszólította, hogy a lopással vádolt, láncravert és a vizsgálat alatt Csehországból Magyarországra szökött Antscherl Jakabot elfogassa.

Carolus 6. etc.

Reverendissimi, Reverendi etc. Fideles Nobis dilecti. Ex demissa Cancellariae nrae Regiae Bohemicae Aulicae Repraesentatione informamur, quod quidam Judaeus Jacobus Antscherle nominatus, ex Marchionatu nro Moraviae oriundus, de Praedocinio in Regno nro Bohemiae perpe-

trato gravatus et incaptivatus, ex carceribus Also-Mautensibus, ubi in Vinculis detinebatur, pendente Inquisitione profugerit, ac prout fama fert in Regnum nrum Hungariae, signanter autem Posonium se receperit. Cum vero publici intersit, ut praedictus Judaeus, qui noviter, post fugam suam ab aliis facinorosis de complicitate gravatur, rursus recaptivetur.

Ideo Fidelitatibus Vestris descriptionem praefati fugitivi Judaei hisce transmittimus, ac una benigne-comittimus et mandamus, quatenus super eo, ut praefatus Judaeus, sive is Posonii, sive alibi in dicto Regno nro Hungae latitaret, arestatur, congruas suo loco dispositiones quantocyus inslituere, ac ut primum ejusdem incarcerationis subsecuta fuerit, desuper Mattem nram demisse informare, in reliquo autem eundem sub bona custodia asservari curare noverint Eaedem Fidelitates Vrae. Quas in reliquo etc. Datum in Castro nro Laxenburg die (?) Mensis Junii, Aº Dni 1727.

Consilio Regio ex officio.

Ürmény.

O. L. Conc. Exp. 1727. Junius Nrs. 27.

308.

Pozsony 1727 július 19. A helytartótanács jelentést tesz a zsidók összeírását parancsoló kir. rendelet eredményéről.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas

Domine Domine Clementissime!

Quamquam Regium hoc Locumtenentiale Consilium, erga interventum Benignum sub 29^{ma} abhinc praeteriti Mensis Aprilis emanatum Majestatis Vestrae Sacrae Mandatum Comitatibus et Civitatibus illis, qui et quae specificam Judaeorum, in gremio sui degentium conscriptionem, nec dum submisissent, peremptorie denuo intimasset, ut eandem cum declaratione Loci et Publicorum onerum, per eosdem hactenus praestitorum, absque ulteriori mora, reportent: In praesentiarum tamen, propter illos et illas, qui

et quae nullos in gremio sui existere a priori et abinde, rescripsissent, quive et quae satis adaequate informassent: reliqui vero, qui adhuc-dum mancam Eorundem conscriptionem, quive et quae ultro etiam moniti isthincque hodierno cursore, ex superabundanti monendi, hactenus plane nullas submisissent? ex hicce humillime annexa Tabella, Ejusdemque Accessoriis clementer informare dignabitur Eadem Majestas Vestra Sacra.

Quam et quae, dum Idem hocce Regium Consilium, quoad restantes in praeannexis specificatorum Comitatum et Civitatum Relationes acceperit, interimaliter etiam demisse repraesentarent: Se Se altissimis Majestatis Vestrae Sacrae Caesareo-Regiis Gratiis et Clementiae profundissime subiicit: Datum ex Consilio Regio Locumtenentiali Posonii, Die 19. Mensis Julii, Anno 1727. Praesentibus ad Latus Comitis Palatini Praesidis, Consiliariis, Comitibus Joanne Pálffy, Georgio Erdődy, Thoma Nádasdy, Francisco Eszterházy, Nobilibus Joanne Antalsics, Gorgio Paluska, Georgio Fekete et Emerico Madarász, celebrato.

Majestatis Vestrae Sacrae Caesareo-Regiae.

humillimi perpetuoque Fideles Subditi.
Praeses, et reliqui Mattis Vestrae Sacrae

Consilii Regii Locumtenentialis Hungarici Consilarii.
Comes Nicolaus Pálffy

Georgius Fabiankovics

Orsz. Levélt. Act. Part. nro 43.

309.

Pest 1727 július 26. A kiküldött cs. kir. kamarai bizottság hivatkozva több törvénycikkre közli a pesti magisztrátussal, hogy nincs joga a zsidóktól dupla hajódíjat szedni és a Pesten éjjelen át tartózkodóktól 1 tallért követelni, hanem taksálják őket úgy, mint más felekezetieket.

Sacrae Caesareae Regiaeque Mattis Domini Domini Clementissimi delegatae Caesareo-Regiae Cameralis Comissionis noe. amplissimo, liberae ac Regiae istius Civitatis Pestiensis Magistratui ac toti Communitati intimandum: Tametsi Inclyla Camera Regia Hungarica mediantibus literis suis sub dato 15 Julii Anno proxime praeterito 1726 ad demissam Communitatis Judaicae instantiam exaratis, praememoratam istam civitatem de et super eo, serio addoratum (így) [adhortatam] fuisse, ne Judaeos isthic necessitatis causa pernoctantes, ullo modo aggraveret, aut mulctaret, neve ipsos ad majorem taxam, quam alios negotiatores in trajecto pendendam adigeret, non obstante tamen hac seria Camerali adhortatione, recurrit vicissim eadem Communitas Judaica ad memoratam Regiam Cameram, id suppliciter exponendo, quod toties quoties aliquem ipsorum necessitatis causa isthic pernoctare contingeret, a singulo ipsorum Singulus Tallerus desumeretur, sed in hujate Naulo quoque ad duplicem taxam deponendam adstringerentur; Ninitur (?) quidem Regia haec civitas usui et consuetudini ex benignis Privilegiis per paragraphum autoritatis etiam solius erit Magistratus, Judaeos in medium sui admittere, vel non admittere etc. de prompto inhaerere, per hoc tamen inferri nequit, ut transeuntes aut quaesturantes, negotia isthic habentes, nequeant per noctem tollerari vel in nundinis publicis negotiari, aut vero propter causas suas active, vel passive coram Regia Tabula habitas morari, et quia eadem gens quaestui dedita esset, per hoc etiam indubie quaestum Publicum et commercium interturbari contingeret, contra cujusmodi proventum Regionum turbatores, in vectigali Regio puncto videlicet duodecimo Argumento articuli 16. 1609 poena quoque sancita haberetur, ac demum praetensus usus, hic loci subsistere nequiret, siquidem memorata Judaeorum communitas in debitis instantiis semetatenus aggravatam passim exposuisset, quantumque in ipsa fuerat, praetensum eundem usum semper impedivisset, adeoque legalem usum eadem civitas inferre minime valeret, duplicem taxae desumptionem in hujate Trajectu hucusque praticare solitam, quod attinet praememorata ista

civitas se fundere videtur in articulo 2^{da} 1578, qui Articulus de subsidionali duntaxat contributione, non autem duplicis taxae in trajectibus desumptione sonaret, ac huic quoque Articulo per 26. 1647. Ex toto praejudicatum habetur, sed et quantitatem exactionis Articulus 12. 1566 quippe per Articulum 1723 confirmatus praescriberet. Innui proinde antelato Magistratui, ac toti Communitati liberae istius, ac Regiae Civitatis Pestiensis, quatenus praemissorum habita reflexione supplicanti Judaeorum Communitatem, a modo deinceps ad exigentiam praecitatorum Articulorum (ita tamen, si quispiam eorundem isthic pernoctare voluerit, eatenus semet apud judicem insinuare teneatur) ad instar aliorum quaestorum et negotiatorum tractare velit, neque inconsuetum et duplum Nauli Vectigal, aut vero a pernoctatione, vel ingressu, quampiam taxam, ab iisdem, quoquo pacto amplius desumat, nisi fiscalem eatenus processum experiri velit. Cui in reliquo comisso haec Regia, ad quaevis officia prompta permanet

Per delegatam Caesareo Regiam
Cameralem Comissionem.

Pestini die 26 Julii A^o 727.

Praemissas binas Decretorum Comissionalium copias ex suis originalibus minutis, per me descriptas, eisdemque per omnia conformes esse, praesentibus attestor.

Posonii 23 Aug. A. 1729.

Josephus Vásárhely
Inclytæ Regiae Camerae Hungaricae
Prothocollista.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1740 Aprilis Nrs. 21.

310.

Bécs 1727 augusztus 11. Oppenheimer Eliás, hamburgi zsidó felségfolyamodványára kir. elfogatási parancs adatott ki Preszburger Ábrahám Simon prágai zsidó ellen, ki Prágából nagy adósságok hátrahagyásával megszökött.

Carolus VI. etc. Fidelibus nris, Rendis Hrabilibus, Spli-bus ac Mgcis Egriis item et Nlibus Supremo et V. Comiti-bus, Judlium et Jurassoribus totis denique Ursittibus. Prae-latorum, Baronum, Magnatum et Nlium quorumcunque Comitatum nec non Prudentibus ac Circumspectis L. Re-giarum Civitatum nrarum, ac etiam oppidorum quorum-cunque Judicibus, Magris Civium, Caeterisque Juratis Ci-vibus et Senatoribus, ita reliquis quorumcunque Locorum Magistratibus et Justitiariis praefati Regni nostri Hungariae cum praesentibus requirendis, Salutem et Graam. Exposi-tum est Matti nrae nôe et in persona Eliae Oppenheimer Judaei Imperialis Civittis Hamburgensis, Qualiter Abra-ham Simon, Preszburger dictus, antehac in Regia Civitte nra Pragensi, in praefato Regno nro Bohemiae existens, degens atque commorans gravium Debitorum et Onerum involutionibus obnoxius, et jam facultatibus lapsus, in elu-sionem et defraudationem Creditorum suorum, consequen-ter memorati quoque Exponentis, e loco domicilii sui pro-fugisset, taliterque modofatos Creditores graviter damni-ficare nil pensi duxisset. Ob hoc supplicatum extitit Matti nrae noe et persona memorati Eliae Oppenheimer, debita cum Instantia humillima, quatenus Eidem in praemissis de oportuno Juris, Personalis quippe detentionis et incaptiva-tionis remedio clementer providere, vobisque superinde benigne committere et mandare dignaremur, nec patere-mur, eundem et alios concreditores justis suis Juribus im-provise destitui. Cum autem justa petenti non sit denegan-dus assensus; Et alioquin etiam sensu Legum Patriarum, signanter autem Ali, 92 Ulad: Regis Decr: hujusmodi ma-nifesti et profugi debitores, ubique detineri, et ex parte eorum per competentes Magistratus Judicium et Justitia administrari, damnificatisque satisfactio impendi possit ac

valeat, Juribus etiam bonae vicinitatis, respectu Extraneorum id exposcentibus. Proinde Vobis quibus supra, et Vrum singulis harum serie firmiter praecipientes, benigne committimus et mandamus, quatenus dum et quando, cum praesentibus requisiti fueritis, aut alter Vrum fuerit requisitus, vigore praesentium nrarum ubicunque praelibatus Abraham Simon Judaeus, Presburger dictus, in Tenuto, subque Jurisdictione Vra repertus fuerit, eundem, una cum rebus penes se habitis, vel aliter rescendis et manifestandis illico modis et viis omnibus cum locorum et Comitatum etiam gentibus et populari assistentia detinere et incaptivare, ac pro exigentia Legum, Judicium ex parte ejus ac Justitiam repetito supplicanti administrare ac eundem profugum tamdiu, donec suprafato Exponenti plenari et ex integro satisfecerit, vel Eidem sufficientem cautionem, aut securitatem procuraverit in aresto detinere, hancque benignam comissionem et voluntatem nram, pro homagiali Vra erga Mattem nram obligatione, debito effecturi mancipari facere debeatis et teneamini. Secus non factur. Praesen. perfectis Exhiben. restitutis. Datum in Citte nra Vienna Austriae 11 Aug. 1727. Regnorum etc.

Mellékelve Oppenheimer Eliás folyamodványa.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1727 Augustus Nrs. 39.

Hasonló, majdnem azonos szövegű körözünyet bocsátottak ki Presburger Abraham Simon ellen Auszterlitz Baruch prágai hitelezője kérvényére. L. Conc. Exp. 1727 aug. nro. 48.

311.

Bécs 1727 augusztus 11. A magyar udv. kancellária orvoslást kér az udvari haditanácstól a komáromi helyőrség parancsnokának a várost megkárosító eljárása ellen, ki a várostól pénzért szerzett kereskedési joggal bíró zsidóknak nem akarja megengedni, hogy áruikat eladhassák.

Sae Cae Raeque Mattis Excelso Aulae Bellico hisce amice significandum; Civitatem Comariensem, medio Consilii Regii Locumtenentialis, Altefatae Suae Matti Ssae demisse repra-

sentasse; quod posteaquam Eadem Civitas certos duos Judaeos, Simon Leb et Daniel Aron nuncupatos, in medium sui admisisset, iisdemque ibidem fornicem et quaestum, erga annuos centum florenos Comunitati pendendos, per continuos quinque annos, cum mercibus exercendum, praeteritis abhinc mensibus contractuale cessisset et elocasset. Evenisse, quod dictum Judaeum Simonem Leb Praesidiarius ibidem Centurio Molles, ad se vocatum in persona detinere et inarestari fecerit, neque exinde prius, quam resignata sibi praevie originali, cum Civitate eadem, inita conventionem dimiserit. Et quia dictis Judaeis nec in praesens etiam, merces suas in Civitate jam depositas, distrahere militares admitterent, per hoc vero mentionatum contractum impedirent, et Civitatem annuo 100 flor. proventu destituerent, hoc vero in publicum ejusdem Civitatis et Incolarum contribuentium damnum vergeret,

Istinc praetitulatum Consilium Aulae Bellicum amice requiri, quatenus congruam in praemissis remedium ordinare, et laesis satisfactionem impendi facere haud gravatim velit. Cui in reliquo etc.

Cancellaria R. H. A.
Viennae 11 Aug. 1727

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1727 Augustus Nrs. 106.

312.

Óbuda 1727 augusztus 11. Az óbudai zsidók összeírása.

Anno 1727 Die 11 et subsequentibus Mensis Augusti, secundum praescriptum gratiosi Excelsi Consilii Locumtenentialis Regii Mandati instituta est Conscriptio Judaeorum in Processu hocce Pilisiensi, pro nunc degentium, modo, et ordine sequentibus.

OPPIDUM VETUS BUDA.

Isak Abraham uxoratus, habet filios Hirsl Isak et Moyses Isak, Consanguinem apud se nullum, servum Judaeum

Joseph Joachim uxoratum. Habitat in domo Joannis Schnaider, cui ab Hospitio solvit annue fl. 18. Dominio vero Excellmae nimirum Dominae Relictae Petro Zichianae titulo protectionis et inhabitationis fl. 8. De reliquo nihil. Residet hic ab annis circiter 12.

David Wellis uxoratus, habet filium nomine Abraham, servum Judaeum, nomine Mendel. Habitat apud Josephum Volf, cui solvit fl. 20. Dominio vero titulo praelibato fl. 8. De reliquo nihil in particulari. Residet hic aequae a 12 circiter annis.

Jacob Lebel uxoratus, habet filios nomine Marcus recenter uxoratum, et Simon, servum habet Judaeum nomine Valent. Habitat apud Antonium Zinger, cui solvit fl. 22, Dominio vero fl. 8. De reliquo in particulari nihil. Habitat ab Annis 15 hic.

Marcus Mandel, habet filios nomine Lebel, et Joachim, Fratrem item uxoratum Hirsl Mandel, alium fratrem coelibem Lééb Hirsl. Prior habet filios David Mandel et Jacob. Servilem puerum Judaeum Michel. Habitat apud Vitum Kochot, cui solvit ab hospitio annue una cum fratribus fl. 30. Dominio ad praesens nihil, cum recenter advenisset ex Vörösvár, Loco hujusce Processus. Comitatu vero titulo taxae hic nihil, verum in praelibato Vörösvár solvebant fl. 7.

Lebel Isák uxoratus, habet nullum filium, nullum consanguineum, habitat apud quendam Frank Müllner, cui a domo solvit annue fl. 8. Dominio vero fl. 5. Residet hic ab annis circiter 2^{bus}.

Antoni Jakub uxoratus, aequae nihil habet apud se. Habitat apud Nicolaum Raizinger, cui solvit censum a domo annue fl. 12. Dominio autem fl. 8. Residet hic ab annis circiter 12.

Eliza Aron uxoratus, habet pariter nihil. Habitat apud Michael Raizinger, cui solvit fl. 6.50 d. Dominio vero fl. 3. Residet hic ab annis duobus.

Jokl Jakab, uxoratus, nihil habet. Habitat apud Andream Bajer cui solvit fl 10 et Dominio fl 5. Habitat hic ab annis 12.

Jakub Minkovics uxoratus, habet filios Jakab, Simon, David. Habitat apud Joannem Kaim, cui solvit fl. 12. Dominio vero fl. 3. Residet hic ab annis duobus.

Marcus Lazarus uxoratus, habet filios David, Salamon et Gabriel, apud Josephum Piger habitat, cui solvit a domo fl. 10. Dominio vero titulo protectionis et mansionis fl 3. Residet hic ab uno circiter anno.

Joachim Hirsl uxoratus, habet Bernard et Hirsl filios. Habitat apud Michael Raizinger, cui solvit fl 6.70 d. Dominio vero uti alii eo titulo fl. 3. Residet hic ab annis duobus.

Gabriel Lazarus uxoratus, habet nullum filium. Penes se habet parentem nomine Gabriel. Habitat apud Bernardum Höller, cui solvit fl. 10. Et Dominio fl. 3. Residet hic ab annis circ. 14.

Jacobus Flesch uxoratus, habet filium nomine Juda Budae residentem uxoratum, Habitat apud Josephum Jacussics, cui solvit fl 8. Dominio vero ad praesens nihil. Residet hic ab annis circ. 14.

Jacub Samuel uxoratus, habet filium nomine Hirsl, habitat apud Simonem Elzon, cui solvit fl. 10. Dominio autem fl. 3. Habitat hic ab anno uno.

Isak Hirschl uxoratus, habet David et Filep filios. Habitat apud praedictum Simon Elzon, cui solvit fl 10. Dominio autem fl. 3. Habitat hic ab uno anno.

Abraham Klozer, uxoratus, habet filium Jakub. Habitat apud Nicolaum Saib, cui solvit a domo fl. 11. Dominio vero fl. 5. Residet hic ab annis quinque.

Salamon David uxoratus, habet filium Davidem. Habitat apud *Sinonem* Kiszomer, cui solvit fl 11. Dominio vero fl. 3. Residet hic ab annis duobus.

Joseph Práger uxoratus, habet filios Filip, Lazarus, Abraham, Bernard et Joannes. Habitat apud Laurentium Pinter cui solvit fl. 9. Dominio vero fl. 5. Recenter venit huc Vetero-Budam.

Marcus David uxoratus, habet filium Joseph. Habitat apud Christianum Oltmann, cui a domo solvit fl 12. Dominio vero ad praesens nihil. Ab annis 6 hic habitat. Est Judaeorum Sachterus.

Isak Juda uxoratus. Praeceptor puerorum, habet Moysen et Judam filios. Habitat apud Relictam Catharinam Stajer, cui solvit fl 8. Dominio vero aequae nihil.

Silik Joachim* uxoratus, habet filium Moysem. Habitat apud Paulum Mozer, cui solvit fl 10. et Dominio annue fl 5.

Jidl Jacub uxoratus est absque prolibus solitarie, Habitat apud Jos. Esz, cui ab hospitio solvit fl 10. Dominio autem fl 5. Ab annis quatuor hic residet.

Praespecificati Judaei in Commune solvunt in gremium istorum Pest, Pilis et Solt articulariter unitorum Comitatum titulo taxae flnos. 30. praeterea nihil.

Orsz. Levélt. Acta. Partic. Ns. 43. Conscriptiók. Büchler M. Zs. Szemle 21. évf. (1904) 413—415. l.

*) Selig.

313.

Bécs 1727 augusztus 19. Gróf Berényi Péter és gróf Pálffy János zsidáik megmaradásának érdekében benyújtott kérvényeik ellenére a király amellett maradt, hogy Bajmóczból és Tapolcsánból a zsidók eltávolítandók.

Carolus VI. etc.

Rendmi etc. Posteaquam Nos benigne resolvissemus, ut Judaei ad septem Milliarium Spatium a Montanis Civitatibus nris ob rationem securitatis Proventuum nostrorum Caeso Regionum arceantur, tametsi quidem ex post fidelis aequae nr Splis ac Mgcus Comes Petrus. Berený, pro retinendis in oppido Nagy Tapolcsan Judaeis coram Nobis humillime supplicasset; fidelis autem noster Nobis sincere dilectus splis ac Mgcus Comes Joannes Pálffy ab Erdöd (Tit.) in eo, ut casu quo subsistentes hactenus Bajmoczý Judaei ibidem ulterius relinqui penitus non possent, eis saltem aliquot adhuc hebdomadarum indutiae, intra quo nempe temporis spatium, ab involutione tam activorum, quam passivorum etiam cum Nobilitate in partibus Bajmoczensibus residente Contractorum Debitorum enodari possent benigne concederentur demisse institisset, Ex quo nihilominus priori benigne in hoc passu interventae Resolutioni nrae ulterius quoque inhaerentes, omnino velimus, ut memorati Judaei ex praedictis oppidis Nagy Tapolcsán et Bajmocz removeantur. Hinc Fidelatibus Vris benigne committimus, quatenus benignam ejusmodi voluntatem et ordinationem nostram debito effectui mancipare noverint et non intermittant. Quibus in reliquo etc. Datum in Civitate nra Vienna die 19. Aug. 1727.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1727 Aug. Nrs. 62 és Idealia Judaeorum fasc. 1. de itt Berényi helyett „Szerényi“ áll, a mi bizonyára tollhiba.

314.

Ibidem *Emanuel Wolff* ex Vestfalia oriundus, consors ejus Preindella oriunda ex Amsterdam, solvit annum censum D^o Curiae flor. 116, agit Buchholterum ab annis 12 apud haebreum Viennensem Löv Openhajmer dictum, habet duas filias Hindl et Saram, unum famulum nne Joachim et cocam Eleonora deget ibidem ab annis 4.

In Curia Czaparianna.

David Svob natus in Horpurg, consors ejus Lija Poseniensis pro hospitio Josepho Dux solvit f 300 exercet quaestum 3^{ae} classis cum rebus minutioribus, habet unam cocam Chiedl dictam Nikispurga oriundam, inhabitat locum ab annis circiter 20.

In eadem *Lebl Schachter* Nikispurgo oriundus, lanio haebraicus, Consors ejus Hanila ex Austria oriunda, solvit inquilinatum annuatim Josepho Dux f 30 manet ibidem ab annis 40.

Ibidem ejusdem *Gener Peer* et consors ejus Kindl, uterque Posenii oriundi, quaestum nullum exercet, solvit Josepho Dux haebreo annuatim qua inquilinus f. 10 habet unam filiam nne Elee, servitorem nullum, manet ibidem ab annis 38.

Ibidem *Hirschl Jaffe*, Ludimagister haebraicus, oriundus Frankfurto, solvit inquilinatu annuatim Josepho Dux f 30, habet filios 2 nne Lebl et Nathan, filiam unam nne Leham, inhabitat locum ab anno uno et medio.

In Curia Kőszingeriana.

Josephus Volff, oriundus ex Lanczhutt in Bavaria et consors ejus Rosina Posenii nata, solvit D^o Curiae annuatim f 30, exercet quaestum cum equis, habet unum filium nne Lebl, filias 3. Belam, Feggellam et Mariam, item

unam servilem nne Debore ex Moravia oriundam, unum praeceptorem nne Salamonem Pragensem, inhabitat locum ab annis 7.

In Domo Coloniali Suae Excellae Palatinalis.

Inquilinus Gersztl Hirschl, natus Stomfae, consors ejus Sara Poseniensis, quaestum nullum exercet, primo advenit in Hungariam et Posonium habet respirium unius anni, nihil solvit Excelso Dominio.

Ibidem Zacharias Samuel natus in Moravia, uxor ejus Pessel, nata in Aibnicz nne Mi[n]dl, solvit Excelso Dnio annum censum f 6 ₰ 55. Celarius apud Marcum Simonem, inhabitat locum ab annis 30.

Ibidem Hirschl Michl, oriundus Neostadio, consors ejus nne Rahel Pragensis, nihil solvit ab inquilinatu, ex quo esset apud parentem, quaestum nullum exercet, vivit ex usuris pecuniarum suarum ad interesse elocatarum, habet filiam unam nne Raichl, cocam unam nne Golde ex Moravia, nutricem unam Marinam ex Bohemia oriundam, inhabitat locum ab annis 2bus.

In Domo Salamonis Laiderstorffer Coloniali haebrei.

Volff Faischl Vormatia oriundus, uxor ejus nne Bela oriunda ex Pringen (Bingen) ad Rhenum, agit notarium Judaicae universitatis, solvit annuatim Possori Domus f 30, habet filios 2 nne Maier et Ancsel filias item 2. Frajdl et Hannam, unam famulam Resl ex Moravia, manet ibidem ab annis 5.

In Domo Coloniali Hebraeae Viduae Semle Slesingerin.

Jacobus Mautner ex Polonia, cum filio Marco exercet quaestum ad diversas partes Regni cum diversis materialibus 1^{ae} classis, solvit Possori Domus annuatim f 20 manet ibidem ab annis 30.

Ibidem Isak Kalman famulus Communitatis ex Austria oriundus, consors ejus Eszter, Marchelenio oriunda,

solvit Possori Domus annuatim f. 16, quaestum nullum exercet, manet ibidem ab annis 38.

Ibidem *Vidua nne Szadl* (Fradl?) oriunda ex Hungaria, solvit ab inquilinatu Possori Domus annuatim fl 16, manuali labore vivit, inhabitat locum ab annis 40.

Ibidem *Israel Herlinger*, natus Viennae et consors ejus Gentl Poseniensis, solvit Possori domus ab inquilinatu f 50, exercet quaestum cum rebus aureis et argenteis, ut sunt annuli et similia, habet famulam unam nne Szalde, inhabit. domum ab annis 30 constanter.

In domo Kőpösiana *Ahrenpergh* oriundus ex Imperio, consors ejus nne Szemla Poseniensis, solvit censum annum D^o Domus f 50, agit Ludimagistrum, habet filios 2. Beer et Jacobum, ancillam unam ex Imperio oriundam, inhabitat locum ab annis circ. 10.

In domo Leb Petlham coloniali *Leman Hercz*, inquilinus Poseniensis et consors ejus Leonora Viennensis, agit Puchhalterum Viennensium Judaeorum solvit Possori Domus annuatim f. 100, habet filios 4 Mojsem, Lazarum, Jacobum et Eliam, filias 2. Fuglam, Genthe, unum Ludimagistrum nne Hirschl ex Polonia, duos famulos nne Isay et Isak, ancillam unam nne Szemff ex Svevia, nutricem unam nne Szentl, Stomfensem, cocam unam nne Czirl ex Pratis Marianis, item ancillam unam Resl ex Imperio, inhabitat locum ab annis quatuor.

In Domo Modrensis haebrei inquilinus Salamonis Krotto Patruelis *nne Gerczl*, Praga oriundus et consors ejus nne Sara, aequae Pragensis, solvit domus possori f. 12, quaestum exercet cum rebus minutioribus, habet ancillam unam nne Rebecca Nikispurgha, inhabitat locum ab annis 10.

Ibidem *Joachim Majer* Poseniensis, consors ejus nne Eszter oriunda ex Rohonecz, solvit Domus Possori annuatim f 30, quaestum nullum exercet, habet filium nne

Schapsl, filios 3, Resl, Matl et Rebeccam, ancillam unam nne Kresl, inhabitat locum ab annis 30.

Ibidem *Aron Austerlicz* oriundus Kis Martonio, consors Rebecca, Posoniensis Domus possori nihil solvit, ex quo consanguineus esset ejus, agit Educillatorem vini, habet 2 filias Malche et Hannam, unam cocam nne Hodus ex Moravia, famulum unum nne Gebl (Lebl?) aeque ex Moravia oriundus. Inhabitat locum ab annis circ. 16.

In domo Gansapeary Christiani Petroviczky, *Adamus Israel* Posonio oriundus, consors ejus Lea ex Madersdorff, solvit D^o Domus annuatim f. 30, agit subquaestorem, habet filios 5, Judam, Marcum, Aron, Isak et Lazarum, filias 3. Sedl, Elkele et Annam. Inhab. l. a. a. circ. 30.

Ibid. *Vidua Semle* cum filio uno Posonio oriundo nne Marco, ex misericordia per alios intertenetur, inhabitat locum ab annis 20.

Ibidem *Marcus Daics* oriund. Nikispurga, consors Hindl, nata Posonii, solvit D^o domus ann. f. 12, quaestum nullum exercet, habet filium 1 Lazarum, filias 2 Pli-mel et Sprincz, inhabitat l. ab annis 8.

Ibidem *Simon Jacob* oriundus Veszprimio et consors ejus nne Eszter, solvit D^o Domus annuatim f. 20, quaestum nullum exercet, habet filium unum nne Eliam, filias 4 Marinnam, Hindl, Rachel et Vaisl, inh. a. a. 16.

In Domo Colonicali Lazari Valentin.

Josua Nathan ex Prosznitz et consors ejus Sara ex Nagy Levardt, agit Ludimagistrum, solvit annuatim Possessori domus f 37, habet filios 3 Nathan, Davidem et Izak, ancillam unam nne Saram. Inhabitat locum ab annis 8.

Ibid. *Vidua Svarcz* vocata, nata in Köpcsin, agit ancillam penes Communitatem solvit possessori Domus f 12,

filium unum habet nne Joachim, item unum nepotem nne Moysem, inhabitat locum ab annis circ 20.

In Domo Simonis Monshaimer Colonialis Inquil. in victu apud Kopl Gabriel, *Samuel Leoni*, oriundus ex Holberstott. Inhabitat circ ab annis 4.

Ibid *Bernardus Berencs* oriundus ex Schoszburg, consors ejus nne Rahel oriunda ex Trebics, agit Ludimagistrum, solvit possessori domus annuatim f. 20, habet filium nne Faivel, filiam quoque unam Chele, apud eundem ejusdem servus nne Hodus, ancillam unam nne Chidl ex Moravia, habitat locum ab annis 6.

In Domo Hirschliana colonocali *Salamon Blos*, oriundus Nikispurga et consors ejus Eszter Poseniensis, agit subsequestorem aliorum, nihil solvit ab hospitio, sed concurrit in supportatione onerum cum reliquis Colonialis, habet filios 3 Leibl, Zacharias et Isak, filiam unam Resl, habitat in loco ab annis 8.

In Domo Prandneriana *Samuel Leff*, oriundus Haijdlperga, consors ejus Resl Mandl, Poseniensis, exercet quaestum 1^{ae} classis panno et aliis materialibus, solvit possori. domus censum annualem f. 60, habet duas filias Evam, Eszter, 2 ancillas Idl et Haja, oriundas ex Moravia. Inhabitat locum ab annis 4.

In Domo Timmelmajeriana *Abraham Mandl* Poseniensis consors ejus Eszter aequae Poseniensis, quaestum exercet cum patre suo Davide Mandl, solvit possori domus f. 40, habet Davidem famulum, ancillam oriundam Oroszvarino, inhabitat locum ab annis 2bus.

Ibidem *Michael Jacob* oriundus ex Holics, consors ejus nne Cserny, oriunda ex Köpcsin, agit Ludimagistrum, solvit possori domus annuum censum f. 30, habet filium nne Lebl, filias duas Eszter et Perdl, inhabitat locum ab annis 3 bus.

In domo Coloniali Tonsoris Joannis *Isak Menczlin vidua*, nata Posonii quaestum nullum exercet, solvit censum

- Do Domus, annuatim f. 16. habet filium Salamonem, filiam unam nne Jandl, inhabitat locum ab annis circ 20.
- Ibid. *Joachimus Lebl* oriundus ex Moravia, uxor ejus Böhle, oriunda Posonia, agit Ludimagistrum solvit Do Domus annum Censum fl 15, habet filium Mojsem, filias 2. Saram et Evam. Inhabitat locum ab annis circ. 10.
- In domo Jacobi David *Michaël Dévén* oriundus ex Imperio, consors ejus Resl Posoniensis, solvit Censum annum Do domus f 60, quaestum, agit 3. classis cum aromatis, habet unum privignum nne Herschl, unam cocam nne Hindl ex Moravia. Inhabitat ab anno uno.
- In domo Colonicali *Kokhaiszl Josephus Petlthaim* Posoniensis, consors ejus Judit ex Silesia oriunda, agit Ludimagistrum, solvit censum annum possori Domus f 20, habet 3 filios Natl, Salamonem et Faijtl, filias duas Itl et Machle, inhabitat locum ab anno medio.
- In domo Hangos *vidua Fogl* oriunda Frankofurtho, nullum exercet quaestum, solvit Possessori Domus annum cesum f 100, reliqua contribuit in medium Communitatis ad instar reliquorum colonorum, habet filium nne Mojsim et filiam nne Eleonoram, famulum unum nne Chaufman, oriundum ex Puttenheim, item famulum nne Samuelem ex Prondács (?), incillam unam nne Peliemla oriundam Vormatia, item alteram nne Chelam ex Frankonia.
- In domo Oppidum ejusdem Fronk, *Rafael Betlehem* Posonio oriundus, consors ejus Szandl Nikispurga et solvit possori Domus f. 10. agit Tabellarium Judaeorum, habet filios duos Mojsem et Marcum filias 3. Rebecca, Eva et Annam. Inhabitat locum ab annis 25.
- In domo Plank (Kock?) *Hajszl dicta Moyses Faith* ex Bohemia consors ejus *Sela Menczlin* Posonio oriunda solvit Domus possessori censum annum f. 75. Quaestum exercet cum pellibus turcicis, habet filios duos

Hirschl et Salamonem, filias duas Pessl et Genendel, cocam unam ex Moravia, famulum unum nne Bendict Praga oriundum, Ludimagistrum unum nne David ex Trebics oriundum. Inhabitat locum ab annis 8.

Ibidem *Adam Faith* oriundus Kis Martonio, consors ejus Eszter Posoniensis. Solvit possessori Domus annum censum f. 30, quaestum exercet 3^{ae} classis cum rebus materialibus, habet filios 3. Fajsl Isak et Salamonem, filias duas Gitl et Mindl, manet ibidem ab annis 15.

In Domo Epiphary Grajtl.

Haebreus *Samuel servitor Marci Ornstein* haebrei, oriundus Posonio et consors ejus nne Rachel oriunda ex Fürth, nullam prolem habet. Inhabitat locum ab annis circiter 8.

Vidua Edl agit Sub Inquilina apud Judaeum Jacobum Theben oriund. Posonio ex elemosina vivit, ab inquilinatu solvit f 5. inhabitat locum ab annis circiter 40.

In hospitali Judaeorum nne *David Liberer* oriundus Praga, consors ejus Marianna, oriunda ex Imperio, habet filiam nne Evam. Inhabitat locum ab annis circiter 8.

Judaeus *Leebl Bachrach* in domo Chyrurgi oppidani in Czukerlandl, Inquilinum agit, oriundus ex Durlach, consors ejus Sadl oriunda ex valseaufen (?), solvit ab inquilinio Domus possessori censum annum f 50, quaestum nullum exercet, habet filios 3. Simonem, Joachimum et Samuelem, filias duas Sendl et Gittl, cocam Gittl oriundam ex Brod, inhabitat locum ab annis 15.

Ibid. *Leeff* Ludimagister oriundus ex Vincsova in Polonia, consors ejus Eszterl oriunda ex Nikispurgh, habet filiam Sadl, inhabitat locum ab anno circiter uno.

In Domo Ignatii Omeszmayer.

Volff Gerschl, sartor, oriundus ex Bohemia ex Pumszl, consors ejus nomine Salda, oriunda Posonio, solvit Pos-

sori Domus censum annuum f 30, habet unum filium nne Michaellem, unam filiam Sprincze, unam cocam Gittl ex Gicze, unum praeceptorem Zusman ex Pumsl, inhabitat locum ab annis 30.

In Domo ejusdem oppidani Kockhaiszl.

Josephus Nafftali oriundus Nikispurga, consors ejus Salda aequae Nikispurga, solvit D^o Domus annuum censum fl 30, habet unam puellam serviilem Sandl vocatam Nikispurga et inhabitat ab annis circiter 6.

In Domo Marci Schlesinger, Marcus Jurist ex Imperio, consors ejus Rebecca ex Polonia, solvit censum annuum, famulum Joachimum, apud ejus Gener nne Nathan, Frankofurto oriundus, ejus consors Gittl ex Moravia oriunda, inhabitat locum ab annis 6.

(Magy. Kir. Orsz. Levéltár, Acta Particularia Nro. 43. 1727 Okt. nro 56.)

324.

1728 április 8. A budai zsidók III. Károly királyhoz fordulnak segítségért Buda város tanácsának őket kiutasító rendelete ellen.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas

Domine Domine naturaliter Clementissime.

Ad Thronum Clementiae atefatae Mattis Vrae Sacrae flexo poplite praevoluti, humillime una ac lamentabiliter repraesentare cogimur Matti Vrae Sacrae qualiter hisce recenter retroactis diebus Libera et Regia Civitas Budensis hoc et id nobis demandavit, ut omnes, qui ibidem domicilium fiximus, quantocyus de domibus et negotiis nostris disponere, exindeque nos mox in festo S. Georgii et illico totaliter discedere debeamus, neque ulteriores ibidem moras nectere praesumamus, imo etiam eos dedit dictae Civitatis Magistratus singulis civibus ordines, ut deinceps nullum penitus Judaeum in domum suam erga

etiam censum solvendum, sed nec hospitio excipere et recipere audeant: Quod tanto gravius et afflictius ut nobis accadat, necesse est, ex quo in dicta Civitate Budensi a tempore factae per victricia Augustissimae Domus Austriacae arma ejusdem civitatis gloriosae revindicationis e manibus et potestate Turcae, majores et antecessores nostri ibidem se stabiliverint, nosque ibidem nati et educati, quaesturam nostram solitam, quam nobis sudore vultus diunoctaque comparavimus exiguam, pro loci illius exigentia et qualitate, requisitis cum sumptibus jam aliquantulam instructam derelinquere cogamur cum manifesto mercimoniorum nostrorum comparatorum distractionis impedimento.

. Quia vero Clementissime Domine Domine! hoc ipsum non modo nobis postremo, uti praemissum, cederet ruinae, sed etiam aerario Mattis Vrae regio quotannis quadringenti et decem florini, per nos titulo vulgo Toleranz-geldt hactenus soluti, omnino ex post, stante nimirum praedecarata Civitatis determinatione, decederent, quos rursus pro futuro anno Inspector ex parte Camerae Mattis Vrae Ssmae Districtui isti Budensi praefectus actu a nobis vult exigere.

Proinde Summefatae Mattis Vrae Ssmae genuflexi supplicamus, quatenus praemissa, tum videlicet extremam nostram, quae nobis casu in praemisso immineret manifeste, ruinam, cum etiam aerarii Mattis Vrae quoad annuos quadringentos decem florenos decrementum, benignam in considerationem summere, nosque jam antea in Clementissimam Ejusdem Majestatis Vrae Protectionem receptos, ulterius etiam in eadem conservare, et a supradicta Magistratus Budensis determinatione nobis summe praejudiciosa, nos benigne eximere, libertatemque et facultatem, quam hactenus habuimus, priorem ibidem morandi et solita nostra mercimonia tractandi, in status quo relinquere Mattas Vra Sacra clementissime dignetur. Pro qua Ejusdem Clementia aeternum manemus.

Sacratissimae Majestatis Vestrae.

humillimi et indigni subditi
Judaei Budenses.

Kívül a felzetten: Praesen. 8. Apr. 1728.

Sacratissimam Caesaream Regiamque Majestatem Dominum Dnum naturaliter Clementissimum humillima Instantia. Pro benigna nostri Protectione ut intus, Introsertorum Judaeorum Budensium. Per Antonium Rimanóczy.

Ad Magistrum pro Informatione.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1728 Aprilis Nrs. 40.

Mellékelve van a magyar udv. kancelláriának felszólítása Buda város tanácsához, hogy erre az ügyre vonatkozólag információt küldjenek fel.

325.

1728 április havában. Hirschl Márkus zsidó kéri a királyt, kegyeskedjék felfüggesztetni az ellene kiírt végrehajtást, melyet a bazini magisztrátus, dacára annak, hogy az ítéletet felebbezte, ellene elrendelt.

Sacratissima Caesareo-Regia Majestas.

Domine Domine Clementissime.

Cum perpetua Fidelitatis Subjectione, Altefatae Majestati Vrae Sacrae repraesentare necessitor: Qualiter non ita pridem retroactis temporibus, successores Paulovicsiani contra Michaellem Nagy, qua actualem certae Domus Richterianae in Libera Regiaque Civitate Baziniensi adjacentis Tentorem et Possessorem, Idem vero Michael Nagy contra me qua Evictorem suum coram memoratae Civitatis Baziniensis Magistratu certum Judicium suscitasset Processum, in cujus decursu respectu totalis acquisitionis suae triumphantes, per me veluti partem succumbentem, ad eminens Revisionis Forum Personalis videlicet Mattis Vrae Regiae Praesentiae Locumtenentem provocati fuissent, causaque maturioris Revisionis gratia, non tantum eo intra Dominium appellata, verum etiam per eundem Magistratum Baziniensem transmissa exstisset: Et licet nec in praesens usque remissa haberetur; Idem tamen Magistratus non obstante quod a Revisione Fori Super-Revisorii et Remissione Sententiae praestolandum veniret, latam suam in partibus Sententiam in Executione sumere exmittendosque fine eo exmittere vellet ac niteretur, damno et praejudicio meis

gravibus admodum et manifestis. Quia vero praeattacta Magistratualis sententia remedio Apellationis (veluti prae-missum esset) vulnerata, non alias, quam prius revisa, approbata, ac debita modalitate in suam competentiam remissa, vires et effectum sortiri quiret; Executionem vero peragendarum in casu appellationum Sententiae Iudicii Super-Revisorii Regula essent; Legitimam demum Processum cursum manutenere Majestatis Vestrae Regiae incumbet authoritati.

Proinde Mattem Vestram Sacram demissime exoro, dignetur praefato Magistratui Baziniensi medio hic sub A. annexi clementissime resolvendi Inhibitorii Mandati demandare et committere: Quatenus causa praeinserta in statu appellationis constituta, ab omni quocunque modo attendanda executione, exmittendorumque eatenus exmissione supersedere, ac a Revisione Fori Super-Revisorii et Remissione Sententiae praestolari debeat ac teneatur. Quam Vrae Smae Mattis clementiam humillimis perpetuoque subjectis fidelibus servitiis meis demereri annitar permanendo Mttis Vrae Sacrae

humillimus perpetuoque fidelis
subditus

Marcus Hirschel
Judaeus

Orsz. Levélt. Ad. Conc. Exp. 1728 Aprilis Nrs. 57.

326.

1728 április 8. Áron Jakab, József Hirschl és Gerson Mesritscher zsidók, kiket állításuk szerint, hamisan betöréses lopással vádolnak és hónapok óta ártatlanul a börtönben sínylődnek, esdekelve kérik a királyt, hogy mielőtt tortúra alá kerülnének, vizsgálta meg ügyüket a magyar udvari kancellária által.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas,

Domine Domine Clementissime.

Majestati Vestrae Sacratissimae humillime repraesent-

tare necessimur; Qualiter nos ob praetensum spoliū crimen, quod in domo cujusdam Cauponis in Possessione Csatay Comitatus huic Poseniensi adjacente situata nocturno tempore patrasse dicimur, jam ab aliquot Mensibus captivi in vinculis detineamur, asserens idem caupo, quod per septem armatos nocte intempesta expilatus, inter eosdem nosmet quoque fuisse agnoverit, cum tamen, praeterquam quod unus Septuagenarius existens ne armis quidem ferendis par sit, sufficientibus etiam Testimonialibus evictum esset, nos eodem tempore, eademque hora, cum expilatio facta fuisse fertur, in Domicilio nostro Possessione Réte, dictoque Comitatus Poseniensi adjacen. existente, adeoque uno pene milliari in praefata possessione Csatay distante, pacificos, imo dormientes repertos extitisse. Et esto quidem ob praetactum praetensum spoliū crimen in oppido Samariae, ubi videlicet etiam num Carceribus squalidissimis afficeremur, Tortura nobis adjudicata haberetur; Cum nihilominus tamen per Inclytum huncce Comitatum Poseniensem id denuo revidendum foret, ubi ne fors ob praecipitantiam, quae Justitiae noverca esset, vel odium etiam Judaismi nos miseros praecipitari contingeret. Ad Majestatem proinde Vestram Sacratissimam, qua unicum post DEUM afflictorum Asylum confugientes, humillime supplicamus, quatenus benigno ad Vice-Comitem praelibati Comitatus Poseniensis dirigendo Mandato, Eidem Clementissime comittere et mandare dignaretur, ne sententia per modo dictum Comitatum ferenda Executioni mancipetur, priusquam Excelsae Majestatis Vestrae Sacratissimae Cancellariae Regio-Hungarico-Aulicae tota Processus series genuinaque de omnibus, et singulis submissa fuerit informatio. Pro qua Caesareo-Regia Clementia perseverabimus.

Majestatis Vestrae Sacratissimae

Humillimi, perpetuoque fideles
subditi

Ahron Jacob. Josephus Hirschel
et Gerson Mäsritscher, Judaei captivi.

Kivül: Praes. 8. Apr.

Orsz. Levélt. Ad. Con. Exp. 1728 Aprilis Nrs. 82.

327.

Bécs 1728 április 9. A magyar udv. kancellária meghagyja Pozsony megye alispánjának, hogy Áron Jakab, József Hirschl és Gerzson Mezeritscher bebörtönzött zsidók ellen kivallatást semmiképen ne alkalmazzanak és az ellenük emelt vádat revízió alá vegyék.

Perillustris ac Grose Domine Nobis observande.

Salutem et officiorum nostrorum Commendationem. Ahron Jacob, Josephus Hirschl et Gerson Mäsritscher Judaei captivi, qualenam demissum medio supplicis sui libelli Suae Majestati Sacrae Dno Dno nostro clementissimo intitulati, fecerint recursum ex hisce annexis genuinis Ejusdem memorialis paribus uberius perceptura est praetitulata Dominatio Vra. Quo in passu Ejusdem ex officio intimandum esse duximus, quod si post primitus adinventam, et supplicantibus adjudicatam Torturam nova Revisio coram Sedria Inclyti Cottus Posoniensis instituta non fuisset, eandem Revisionem in Sedria institui et celebrari facere, interea vero primitus respectu Torturae latam contra ipsos sententiam exequi facere neutiquam velit Dnao Vra. In reliquo servet Deus supratitulatam Dominationem Vram salvam diu et incolumem. Datum Viennae Austriae die 9. Aprilis 1728.

Ad officia parat.
N. N. Cancellarius etc.

Mellékelve egy cédula ezen felirattal: Mandatum D. V. Comiti Cottus. Poson. ex officio transmittendum, casu quo idem V. Comes Samariae non est. Judlium, vel Jurassor aperiatur et exequenda exequatur.

Ugyanezen ügyben április 26-án újból hasonló tartalmú mandatum ment Schloszberg László pozsonyi alispánhoz.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1728 Aprilis Nrs. 62 és Aprilis Nrs. 82.

328.

Pozsony 1728 április 20. Sigray László és Simon Hirschl közt fennforgó vitás ügyben választott bíróság által hozott döntő határozat.

Anno 1728 Die 10. Martii, in Causa Perillris, ac Grosi Dni Ladislao Sigray re ut A. contra Judaeum Simonem Hirsl, ut praetensum J. intuitu certarum Campsorialium mota: praesens Arbitrarium Judicium, ex parte quidem A. ipso A. ex parte vero J. Dno ipsius Terrestris, Excellmo quippe Dno Comite Nicolao Pálffy ab Erdöd Regni Hungae Palatino (Tit.) medio Perill. ac Grosi Dni Pauli Jeszenak, deposcentium, consequenterque in illud consentientium siquidem causa praesens, pro tunc certas, legitimasque ob rationes, vigore alterius Deliberative sententiae, ad dies, legales ferias Paschales subsequentes relegata extitisset, illisque tandem recurrentibus, eadem causa Die 20^{ma} Aprilis reassumpta et continuative prosecuta existente, auditisque sufficienter ab utrinque Partibus.

Deliberatum est.

Siquidem Pars A. Praetensionem ter mille florenorum contra praetensam Partem I. formaret; esto quidem non nisi bis mille florenos, semet numerasse hactenus comprobare (absque contradictione) potuisset. Quoad florenos vero reliquos mille, Pars quidem A. totidem (inclusis etiam flor. 300 pro Interesse imputatis) semet numerasse; praescripta vero Pars I. florenos non nisi 352 inclusis autem florenis 300 pro Interesse imputatis florenos 652 solutus esse affirmasset. Quo vero ad florenos 348 exceptionem non numeratae pecuniae allegasset, id ipsumque authenticis etiam Recognitionibus Pars I. id totum non suo, verum Patris sui Simonis, quippe Michl nomine semet egisse, taliterque Instrumentum duntaxat praevisio in passu fuisse assereret; Sed et Judaeus Cajus (?), coram praesenti Judicio personaliter constitutus 1000 florenos, non Simoni Hirschl, verum Patri ejusdem Simoni Michl ex commissione ipsius Partis A.

semet, in duobus Terminis numerasse declarasset. Pars e contra A. Testimoniis tam Dni Georgii Moder, civis Posoniensis, florenos 1000 ex assignatione ejusdem Partis A. non Simoni Michl, Patri, verum Simoni Hirschl filio, ad rationemque ipsius, semet numerasse, scripto attestantis, quam et Dni Weingruber civis itidem Posoniensis, nomine dicti Simonis Hirschl Partem A. super Exolutione centum viginti quatuor floren. admonentis edoceret. Taliterque semet ambo in perceptionem dictae Pecuniae immisissent? Summam liquidatam, utpote florenos 2652. tantum (ea sub conditione: si Simon Michl, uxor Levia, et Simon Hirschl filius, Hebraei solenne juxta Ritum ipsorum in Synagoga eorundem Jurementum super eo deposuerint: quod ex restantibus ad florenos 3000 trecentis quadraginta octo florenis Pars A. florenus centum, ipsis non deposuerit) In una quidem medietate, per filium Simonem Hirschl, in altera vero per Patrem Simonem Michl Parti A. exolvendam venire. Actum Posonii Diebus et Anno ut supra.

L. S.

Ladislaus Szöreny El. Ep. Dulcinen. mp.

L. S.

Adalbertus Sándor mp.

Judices Arbit.

Praesentem copiam cum suo vero et genuino originali collatam, eidemque in omnibus punctis et clausulis conformem esse repertam testor. Viennae die 6. Men. Junii 1728.

Adamus Niczký Inclytae Tabulae Partium Regni Hungariae Transdanubien. Districtualis Judicae

Assessor L. S.

Orsz. Levélt. Ad. Conc. Exp. 1728 November Nrs. 15.

Bécs 1728 április 22. A király megtiltja, hogy a bazini magisztrátus a Hirschl Márkus ellen hozott és felebbezés alatt levő ítéletét végrehajtsa, hanem várja be annak visszaérkezését a felülvizsgáló bíróságtól.

Carolus VI. etc.

Prudentes et Circumspecti Fideles Nobis dilecti. Marcus Hirschel Judaeus qualiter nam coram Nobis queruletur in eo quod licet Ipse in certa causa Paulovicsiano-Nagyiana, contra eundem coram Foro Vro Magriali promota succumberet, sententiam vram, maturioris Revisionis gratia ad suam Competentiam suo modo appellasset, Caaque eadem per Vos etiam eo transmissa extitisset, ac etiam nunc ibidem in Foro Revisorio haereret, nihilominus tamen Vos non expectata ejusmodi Caae Appellatae Remissionae, Sententiam Vram in partibus latam, Termino etiam, sex hebdomadarum et trium dierum. jam eatenus praefixo, Executione mancipare velletis, ex hisce annexo demisso Ejusdem Memoriali uberius percepturi estis. Quo in passu Vobis hisce benigne committimus et mandamus, quatenus comperto eo, quod memorata Pars succumbens, Appellatam praevio modo interpositam intra fatale tempus, nempe trimestre spatium prosecuta fuerit; Vosque eandem ad Forum Revisorium transmiseritis, et consequenter mora et culpa non subsecutae hactenus ab inde Causae Remissionis in antelatum Supplicantem derivari non possit, Eundem praetacta Executione nullatenus gravare, verum a Remissione praenotatae Causae et Sententiae Vrae ulterius quoque praestolari debeat et teneamini. S. n. f. Gratia in reliquo etc. Datum in Civitate nra Vienna Austriae die 22 Aprilis 1728.

Jaszovicz.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1728 Aprilis Nrs. 57.

330.

Laxenburg 1728 május 10. A Helytartósággal közöltetik, hogy Pest vármegyének a fogságban tartott Jakab Israel szabadon kell bocsátani.

Carolus VI.

Rendmi etc. Ad demissam Fidelitatum Vrarum Repraesentationem ratione Judaei Jacob Israel in Carceribus Cotus Pestiensis constituti, sub Dato 16^{ae} praeteriti Mensis Januarii Nobis factam, hisce benigne rescribendum esse duximus, ut idem captivus liber dimittatur, eidemque serio injungantur, ne diutius in praefato Regno nostro Hungariae subsistat, verum eo, unde ipse oriundus esset, in Ducatum nempe nrum Silesiae semet recipere debeat. Quod ipsum Fidelitates Vrae dicto Comitatu ulterius ad effectum intinere noverint. Gratia et clementia nra etc. Datum in Castro nro Laxenburg die 10 Maji 1728.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1728 Majus Nrs. 28. és 75.

331.

Bécs 1728 június 1. A magyar udvari kancellária megkeresi az udvari haditanácsot, hogy parancsolja meg Komárom parancsnokának, ne vonja az ottani zsidókat katonai joghatósága alá, mert komoly nyomozás kimutatta, hogy azok a belháborúk előtt mindig Komárom megye jurisdictiója alá tartoztak.

Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis Excelso Consilio Aulæ Bellico, ad Ejusdem, adhuc de Dato 22. Mensis Septembris, Anni praeteriti in puncto duorum Hebraeorum, ut pote Simonis Leeb, et Danielis Aron per Citem Privilegiam Comariensem pro exercendo quaestus admissorum, Statui Militari ibidem subesse praetensorum hisce amice reinsinuandum. Statim praeattacto Mense Septembri Anni evoluti Consilio Regio Locumtenentiali de, et super eo, ut nimirum idem sedulo inquiri curet, an videlicet Judaei Comaromii degentes et quaestum exercentes sub Status Mili-

taris, Protectione et Jurisdictione prioribus temporibus extiterint? et nunc etiam existant? commissum fuisse. Abindeque altefatae Suae Matti Sacrae demisse repraesentatum extisse, quod peracta eatenus seria inquisitione, ex plurimum Nobilium quoque Personarum fassionibus palam elucesceret, ante . . . ?) tumultus intestinos in dicta Citty residentes Judaeos non a dicto Militari Statu, verum vel ab ipso Magistratu Comitatus Comaromiensis, vel vero Civico, pro varietate nimirum Domicilii eorundem dependentiam habuisse, atque in medium, vel Comitatus, vel Civitatis, juxta vires et qualitatem facultatum suarum, ipso facto contribuisse.

Ea propter Excelsum istud Consilium Aulae Bellicum in eo denuo amice requiri, quatenus praeattactae fundate peractae inquisitioni, et diuturno pro antelata Citty Comaromiensi usui acquiescere, ac idipsum a modo in posterum, in praeattactam, quod Judaeos ibidem commorantes habitam Jurisdictionem praedictus Status Militaris quoquomodo sese immittet, eandemque turbet, haud gravatim ordinare velit. In reliquo etc.

Cancell^a Regia Hungarica Aulica.
Viennae 1 Junii A^o D. 1728.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1728 Junius Nrs. 66.

332.

Galántha 1729 január 1. Gróf Eszterházy Ferenc a galánthai zsidóknak örökbérbe ad egy szobát imateremnek és egy telket temetőnek.

En aláb meg irt Groff Galanthay Ferenc, necognoszálom intus, hogy Galanthay Hászom nál lévő Sidóságnak s asz kik hozzajok jönnek, attam ugyan egy szobátt a több szobáikon kívül, asz kiktül Arendátt füzetnek, asz mely egy szobatt Oratoriumnak tartanak, asz mely egy szobatul esztendőnként valamikor Galanthai Tisztartóm kívánni fogja tartoznak kész penzüll tiszzen kétt forintott füzetni Szá-

momra. Azonkívül engedetett Temető hellül nekik ugy más-honnan lévő s itt asz helységben meghalálozoknak is ugyan-ász meg említett kurián hatuljára es hászom folyásában lévő kertemnek legkülső szegletében egy darabka föld, oly okkall conditioval, hogy valameddig sok mostainak tudni illik, vagy következendők említett hászomnal, avagy másutt is itt Galanthán az én Jurisdiktiom és protektióm alatt lesznek, az említett kimutatott és assignáltatott Temető helynek való darab földitull esztendőnként való cenzust minden esztendőben a dato-Presentium computálván ött ött Rhénes forintokatt közönségessen oda temetendő halottjaiktóll minden testül személy szerint ötven ötven pénzt vagyis Rhénes forintot füzetni tartoznak. Assecurálván eeket, hogy aszén engedelmemnek Szabad usussában mindenek ellen eeket megh oltalmazom. Melynek erősségére és állandóságára ezen engedelmemről Kelt levelett subskribáltam s megh pöcsétöltem.

Galánthán Die 1 Januarii 1729.

Groff Eszterhazy Ferencz.

L. S.

1729.

Contraktum G. Francisci Eszterhazy Oratorium et coemeterium Judeis Galanthensibus pro deputato Annuus Census extradantes. Tasca 60 o. S. 8 a 354.

M. Zs. Szemle 1928. évf. 160. l. Közölte dr. Friedmann Jónás.

333.

Bécs 1729 március 28. Királyi parancs, hogy Gábriel Wolf rablás és lopás miatt bezárt, azután a börtönből kitört és valószínűleg Pozsonyba szökött zsidót bárhol letartóztatassák.

Carolus 6. etc.

Rdissimi etc. Demisse repraesentatum est Nobis a Regio Nro Pragensi Appellationum Tribunali; Qualiter non ita pridem, quidam ex capite Robariae et furtorum in Regia Citate Nra Neo Pragensi arestatus Judaeus Nomine Gabriel Wolf

abinde effracto carcere et disruptis vinculis profugisset, et siquidem praefatus Judaeus testantibus actis Inquisitionabilibus Posonii in fundo subarcensi, vulgo Czukermendl nominato, varias ultra 500^{tos} florenos valentes merces haberet, eaque de causa minime ambigendem esset, quin is pro his mercibus levandis eo sit venturus. Ea propter Fidelitatibus Vestris penes hicce annexam profugi ejusdem Judaei Descriptionem a supra dicta Regio Nro Tribunali huc humillime transmissam, benigne comittimus et mandamus, quatenus praenominato profugo Judaeo attendi curare, ac ubi idem deprehendi poterit, incaptivari facere, ac ipso sub bona custodia asservato, desuper nos illico informare, merces vero et res illius in sequestrum mox sumendas ordinare, et earundem specificationem Nobis quantocius humillime transmittere non intermittant Eaedem Fidelitates Vrae. Quibus in rel. etc. Datum in Civitate Nra Vienna Austriae die 28 Marcii 1729.

Consilio Regio
ex offio.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1729 Martius Nrs. 30.

334.

1729 április havában. Quantion Péter és hitelezőtársai kérik III. Károly királyt, hogy Auszterlitz Mayer és Hirschl kismartoni adósaikat, kik nem akarják nekik a váltóadósságokat megfizetni, azonnal elfogassa és vasra veresse.

Allerdurchlauchtigster Grosmächtigster und Unüberwindlichster Römischer Kayser, auch zu Hispanien, Hungarn und Böhheimb König etc.

Allernädigster Kayser, König und Herr, Herr!

Ew. Kay. und Königl. Cathol. Mayt. geruhen sich allerunterthänigst vortragen zu lassen, welchergestalten zwey als Handlungs Consorten miteinander in Compagnie stehende Juden zu Eyszenstadt, Nahmens Hirschel und Mayer Austerlitz, welche auf die wirklich bey handen habende (ohne diejenige, welche gleichfalls, theils noch zu laufen

haben, uns aber bis dato, wegen Kürze der Zeit noch nicht haben eingeschickt werden können) laut Beylage A. B. von sich ausgestellte Wechselbriefe uns die darin enthaltene Summen schuldig: wir aber ohngeachtet mehrmaligen Solicitirens, da gedachte Wechselbriefe bereits schon vor einiger Zeit expiriret seynd, von selbigen unsere bezahlung nicht überkommen können, von einem anderen Juden zu Eysenstadt Joachim Froschl (?) genannt wegen einer ihm gleichfalls schuldigen Wechselpost in die Klage genommen worden seyn, nachdem aber gedachter Jude Froschl von seiner Fürstl. Herrschafft v. Esterházi auf sein eingereichtes Klag. Libell die Vorbescheidung erhalten, dasz dero Verwalter zu Eyszenstadt die beklagte 2 Juden Hirschl und Mayer zur Contentirung des eingeklagten Wechselbrieffes executive anhalten solle, so hat zwar derselbe, weilen sich die Schuldner in der Güthe nicht zur Bezahlung verstehen wollten, so mit würcklicher Arrestirung angehalten, allein der Fürstl. Eyszenstädtischer Inspector Rohrer, so just dazumahl in Eyszenstadt zugegen war, hatte propria autoritate vermuthlich aus anderen Nebenabsichten alles contra-mandirt, die Wacht leer hinweggeschickt, mithin den Fürstl. Befehl ganz fruchtlos gemacht. Nun ist aber landkundig, dasz mehrerwähnte in dem Handlungs Negotio beysammen stehende 2 Juden, nicht allein bey dem Anfang ihrer Handlung von ihrem Vermögen, Heyraths Gut und dergleichen einnahmhafteres Capital wenigstens pr. 15 mille fl. zusammengebracht, sondern da sie besonders aus Mähren und anderswoher Tücher und allerhand Kauffmans-Waaren beschrieben, während ihrer Handelschafft ohnegefahr 4 Jahre lang hindurch jederzeit einen guten Verschleisz und Losung gehabt, sonsten aber keinen Unglücksfall oder casum fortuitum, wodurch selbige in ruin hätten gerathen können, jemahls erlitten, folglich nicht anders zu vermuthen ist, als dasz sie annoch bey guten Mitteln stehen, und etwan ihre zusammen gemachte baare Gelder auf die Seiten gebracht, und anderswohin transferiret haben müssen, nunmehr aber unter dem gewissenlosen Praetext, alsz wenn sie unschuldiger weise in das Verderben gerathen und fallit wor-

den wären, die wenige Sachen, die sie noch zu Eyszenstadt haben, per Cessionem bonorum abtreten, und statt der empfangenen baaren Gelder ihre hin und wieder bey solchen Leuthen, wo etwan ein oder andere schon gestorben, oder verdorben seyn, noch ausständige wenigimportirend und ungewisse Schuld Posten überlassen, mithin durch solche Finessen ihre treuherzige Creditores mit List hintergehen und ansetzen wollen, zu welchem Ende sie dann obgedachten Inspectori würckl. ihre Billanz eingehändigt haben, und das von ihnen eingegebene Falliment in 20.000 fl. bestehen solle; Gestalten anjezo alle beyde zum gedachten Eyszenstadt gantz frey und sicher herumgehen, und durch ob-erzählte von dem Fürstl. Inspector unternommene Animosität so keck geworden, dasz sie ihre Creditores anstatt der Contentirung gleichsam nur auslachen und spotten. Wann nun aber dergleiche insolente Aufführung und verstellte Boszheit, sofern von hoher Obrigkeit nicht zeitlich ein ernstliches Einsehen geschehen sollte, zu einem meisterlichen Exempel dienen, und andere liederliche Unterthanen dadurch angefrischet werden wurden, dasz selbige, so oft einer seine Schulden nicht bezahlen will, nachdeme solcher seine Baarschafft bey Seits gebracht, sich freywillig vor fallit erklären, seine Gläubiger hinter das Licht führen, auff solche Art aber ein Unterthan dem anderen in Ruin stürzen und endlich eine landes-verderbliche Consequens um so gewisser hieraus erfolgen müszte, weilen denen Unterthanen aller Credit, welcher die Seele des Handlungs Negotii ist, benommen, wegen ermangelnden Credit aber, wenig oder gar keine waaren mehr eingeführt, so fort die Kays: Mauth und andere Gefälle würckl. geschwächt, folglich dem Publico zum höchsten Schaden des commercium gehemmet würde. Zumahlen aber Ew. Kays. und Königl. Mayt. aus allerhöchster Macht all solchem zu besorgen stehenden Unheyl zeitlich vorzubiegen von Selbsten allergnädigst um so viel mehreres geneigt seyn werden, da so wohl denen gemeinern, als besondern Rechten, und in specie der Kays. Wechselordnung gemäsz in denen Fallimentsfällen, wenn besonders kein Casus fortuitus und probable Ursach des entstandenen Fal-

liments erwiesen wird, man auf den Falliten zu inquiren, und nach befund der Sachen wohl gar criminaliter gegen ihn zu verfahren pflaget; dergleichen Exempel aus Ew. Kays. und Königl. Cathol. Mayt. Allerhochsten Befehl bey ein und andern Negotianten schon vorhin alhier statuiert worden. Sintemahlen aus oben allerunterthänigst-beygebrachten wahren Umständen, anders nicht zu muthmaszen ist, als dasz unsere Debitores ein ansehnliches Capital in fraudem Creditorum auf die Seiten gebracht; indem unmöglich, dasz sie ihr eignes Capital nebst denen aufgenommenen Geldern, welches zusammen sich auf 25000 fl extendirt, in so kurzer Zeit consumirt haben sollten, mithin selbige noch gar wohl solvendo seyn müssen; nebst allen deme ein verfallener Wechselbrief ohnehin paratam Executionem nach sich zieht. Als

Gelaget an Ew. Kays. und Königl. Cathol. Mayt. unser allerunterthänigst-gehorsamstes Bitten, allerhöchst dieselbe geruhen allergnädigsten Befehl zu ertheilen, auf dasz Eingangs benannte 2 Juden Hirschl und Mayer Auszterlitz ob summum in mora periculum sogleich in die Eysen geschlagen und in Verhaftt so lange gehalten werden, bis selbige Uns die oben A. B. allegirte, und die noch ferners producirende Wechselbriefe una cum Interesse et expensis baar bezahlt und richtig gestellet haben werden. Zu allergnädigster Gewährung uns allerunterthänigst empfehlen.

Ew. Kays. und Königl. Cathol. Mayestät

allerunterthänigst allergehorsamste
Petrus Quantion und N. N. etwelche
Wechsel Creditores.

Orsz. Levélt. Ad. Conc. Exp. 1729 Aprilis Nrs. 3.

335.

Bécs 1729 április 4. III. Károly megparancsolja Sopron megyének, hogy Quantin és hitelezőtársainak segítségére legyen Auszterlitz Mayer és Hirschl kismartoni zsidók váltó-adósságainak behajtásánál.

Carolus VI. etc.

Rendi Hrabiles etc. Petrus Quantin et alii nonnulli Campsoriales Creditores hujates, qualiter nam quibusve ex Motivis atque rationibus pro certorum duorum Judaeorum Kis Martoniensium Hirschel et Majer Auszterlitz cognominatorum incaptivatione per Nos clementer ordinanda perquam humillime supplicat, ex hicce copialiter annexo Supplici Eorundem Libello uberius percepturi estis. Quam memoratorum Supplicantium instantiam Vobis eo fine clementer transmittendam esse duximus, quatenus non exspectata Grale aut Particulare istius Comitatus Vri Congregationi, verum mox ut hocce benignum rescriptum Nostrum Vobis aut alterutri Vrm exhibitum fuerit, praefatis Querulantibus eo quo Justitiam et debitam Satisfactionem quantocyus obtinere valeant, Magistratualem assistentiam efficaciter praebere, et in casum illum, si praedicti Debitores Judaei de fuga suspecti forent, etiam quoad hoc medio competentis eorundem instantiae, necessariam cautelam et securitatem incuncter interponere debeatis et teneamini.

Gratia in reliquo etc. Datum in Civitte nra Vienna Austriae die 4. Aprilis 1729.

Cottui Soproniensi

Jaszovicz.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1729 Aprilis Nrs. 3.

336.

Bécs 1729 április 7. Kálmán Eszter lakompaki zsidónő pánasszal jár a király elé. 55 éves Kálmán Sámuel ártatlan férjét Rohrer uradalmi inspektor letartóztatta és anélkül, hogy megmondta volna miért, láncra és béklyóba verte és börtönbe zárta. Esedezik azért, hogy a király informáltassa magát az ügyről és rendelje el, hogy míg valami bűnét nem állapították meg, ne nehéz tömlőcben, hanem csak őrzés alatt tartsák.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas.

Domine Domine Clementisse.

Summo cum animi mei dolore Majestati Vrae Sacratissimae humillime exponere necessum habeo, Qualiter maritus meus, Samuel Callmann, Judaeus, primum quidem Nikolsburgi in Moravia viginti aliquot annis habitans, subinde Viennam profectus fuerit; deinde vero in Oppidum, ad Celsissimam Domum Principis Eszterhazy spectans, Lakenbach dictum, habitatum concesserit; ac, tametsi octavum jam annum eodem in Oppido Inquilinum agens, toto illo tempore, ac ubi locorum, tam honeste, ac pacifice vixerit, ut nullius criminis, ob quod in captivationis, vel aliam quampiam poenam fuisset promeritus, semet reum fecerit, sed nec tum Christianorum, tum Judaeorum quispam Judicialiter unquam contra eundem processerit; nihilominus tamen 12^a proxime praeteriti Mens Martii in memorato Oppido Lakenbach per praefatae Domus EszterhazianaeInspectorem Rorer nominatum, non constat, ob quas causas et rationes, primum quidem in arestum conjectus, deinde in Oppidum Kreitz, ubi 15^a dicti Mensis Martii Sedria celebrabatur, pro examine deductus, inde vero non auditus, nec examinatus vicissim in priores arceres reductus fuerit, ac in illis in praesens usque, in vinculis et compedibus durissime detineatur, adeo, ut dum nemo ad eundem admittitur, verendum sit, ne homo alioquin quinquagesimum quintum annum agens, et viribus jam attritus, et durae captivitatis molestia, et fame prematuram mortem moriatur, et per consequens ego cum miseris liberis meis extremam ruinam et interitum experiri debeam. Et siquidem nullius culpaе conscius esset, nisi forsitan vel sinistre delatus, vel vero per errorem pro reo habitus et existimatus fuerit ac per consequens in provecta jam aetate adeo enormes squallores carcerum, citra jacturam salutis et amittendae vitae periculum ulterius subire vix posset; Majestati Vrae Sacrae omni cum submissioni supplicandum duxi, pro singulari Suo Justitiae et aequitatis amore, hoc benignissimum dignetur ordinari remedium, ut supra-

dictus maritus meus, vel ab hujusmodi carceris squaloribus liberetur, et dimittatur, vel vero, ubi legitime suo loco examinatus fuerit super hujusmodi examine, antequam aliquid contra eundem statuatur, genuina prius Informatio Majestati Vrae Sacrae submittatur, in reliquo autem Comitatus Soproniensis antelatum maritum meum, non in Squallore carcerum, sed sub bona custodia conservare et ab omni Executione suspendere debeat. Quam Majestatis Vestrae Gratiam Divinum Numen remunerabitur. Ego vero aeternum manebo.

Majestatis Vrae Sacrae

Humillima Ancilla
Eszter Callmonn, Judaea
Lakenbachensis.

Kivül: Praesent 7. April 1729.

Per Jacobum Kuntz.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exped. 1729. apr. No. 9.

337.

Bécs 1729 április 8. Kir. parancs Sopronmegye hatóságához, hogy Eszter Cálmán asszony állítása szerint ártatlanul börtönbe vetett férjét, ha csakugyan ártatlan, szabadon bocsásák, ellenkező esetben, erről pontos jelentést terjesszenek fel.

Carolus VI. etc.

Rendi Hrables etc. Eszter Calmon, Judaea Lakenbachensis, qualiter nam super mariti sui Samuelis Calmon inarrestatione et in carceribus Arcis Lakenpach praeter ullum demeritum suum detentione, coram Nobis queruletur, et pro qualinam remedio eatenus clementer ordinando, perquam humillime supplicet ex hicce sopialiter annexo demisse Ejusdem Memoriali uberius percepturi estis. Quam memoratae Supplicantis Instantiam, Vobis eo fine clementer communicari jussimus, quatenus suprafati Judaei, si et

in quantum idem innocenter arestatus fuisse comperiretur, ex carceribus Dominalibus fiendam dimissionem et eliberationem ex munere Vro. Magrali ordinare, aut si quid relevantis in contrarium adesset, Nobis superinde genuinam ac circumstantialem Informationem demisse et quantocyus submittere debeatis et teneamini. Graa in reliquo etc. Datum in Civitte nra Vienna Austriae die 8. April 1729.

Marczell m. p.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1729 Apr. Ns. 9.

338.

Bécs 1729 július 15. Sternbach báró, a bányavárosok főkamagrófja jelentést tévén arról, hogy Turócszentmártonban 5 zsidó boltot nyitott és másutt is zsidók vásárok alkalmával a bányavárosok közelében tartózkodnak, a király a helytartóságot az erre vonatkozó régi rendeletekre figyelmezteti.

Carolus VI etc.

Rendissimi etc. Fideles Nobis dilecti. Rite recordabuntur Fidelitates vrae, quidnam iisdem in eo, ne videlicet Judaei, intra Districtum Regiarum et Liberarum, ac simul Montanarum Cittum nrar. abindeque in circuitu ad septem Milliaria, ullo tempore comparare, vel sedes suas figere antalias etiam sub statua eatenus Capitali poena morari ausint, medio binorum benignorum Mandatorum nostrorum, tam videlicet Martio, quam et Augusto mensibus, Anni 1727 exaratorum, clementissime commiserimus et demandaverimus. Quia vero ex demissa Camerae Aulicae repraesentatione iterum benigne informati simus, quod nimirum Fidelis noster Baro de Sternbach, supremus utpote Camerarum nrar. Montanarum Camergraffius recenter talem fecisset relationem: qualiter utpote Judaei in partes Montanis Cittibus viciniore iterum irrepant, et quidem ita, ut in Pago Szent Márton, quinque Judaei fornices suos habeant, et merces divendant, praeterea vero in Banovecz, et aliis locis,

similiter quinque Milliaribus distantibus, Judaei habitent, nec absimiliter in Oppido Szent-Miklos. et aliis Pagis, pariter quinque, et respective duobus Milliaribus a Montanis Cittibus distantibus Habitationes suas fixerint, imo in Foris quoque, et Nundinis passim divagarentur. Et, siquidem praedicti Judaei ad septem Milliaria a Montanis Cittibus arcerentur, et actu quoque certae maleversationis in Citte Montana Botzabanya dicta recenter evenientis hospitio in praeattactos Judaeos caderet.

Idcirco Fidelittibus vris hisce clementer committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus istiusmodi Judaeos, in conformitate priorum eatenus inventarum ordinationum ad septem Milliaria a Montanis Civitatibus arcere, omnesque, tam Dnos Terrestres, quam et quasvis communitates a recipiendis et tolerandis in distantia septem Milliarium Judaeis serio et districtim inhibere quantocyus debeant, nec intermittant eadem Fidelittes Vestrae. In reliquo Gratia nra etc. Datum in Citte nra Vienna Austriae die 15 Julii Ao. Dni 1729.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1729 Julius Nrs. 26.

339.

Bécs 1729 augusztus 19. Az udvari kancellária felkéri a magyar helytartótanácsot, hogy a Budán lakó Schlesingeréket támogassa privilégiumuk érvényesítésében és irassa össze a budai zsidókat protekciói hovatartozandóságuk szerint és hogy mennyi türelmi adót fizetnek a kincstárnak.

Illustrissime, Spectabiles, ac Magnifici. Generosique Domini, et Amici Nobis honorandi, salute servitiorumque nostrorum praemissa promptitudine.

Judaei Budensis Haeredes Nattliani sub protectione Camerali constituti, pro Taxam item quomodo moderandam, et qualiter incassandam censeant praetitulatae Dominationes vestrae, patuit ex Repraesentatoriis decima nona praeteriti Mensis Julij ad Cameram istam Aulicam exaratis. Recte vero,

dum negotium praescitum ageretur supervenit annexa alterius Judaei Schlesinger (qui Nattlianos ad pauperiem deduxisse perhiberetur, contextu praescitarum informatoriarum de dato decima nona Julij ut praefertur exaratarum) demissa, ac supereo, quod Magistratus Budensis contra Privilegia illi clementer indulta, Negotiationis exercitium interdixerit querulosa Instantia. Quanquam autem Schlesingeriani Judaei Nattlianos, suo quaestu ruinare perhibeantur, quatenus tamen Schlesingeriani benignis privilegialibus provisi, negotiationem exercerent, et id, quod his magis, quam Nattlianis quaestus succedat, vitium non inferret.

Non gravabuntur ob id supratitulatae Dominationes vestrae Schlesingerianis pro manutentione Privilegiorum convenientem assistentiam praebere, ac cum plures quoque Judaei Budae residerent, eosdem conscribi facere, sub cujus protectione sint, indagare, anve tam hi, quam et Schlesingeriani tolerantiae Censum ad aerariam praestent, Camerae Aulicam informare. In reliquo praelitulatas Dominationes vestras benevalere cupimus. Viennae die 19 Aug. 1729.

N. N. Sacrae Caesareae etc.

Kivül: Quatenus Judaeis Schlesingerianis Cameralem assistentiam praestare, Judaeos Budenses conscribere et an hi, et Schlesingeriani Tolerantie Censum praestent, informare Regia Camera velit, intimatur.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1729 Aug. 19.

340.

1729 szeptember 9. Márkus, a (bazini) Lázár Hirschlnek fia, a magy. kir. udv. kancelláriától hivatalos elismerést kér arról, hogy magyarországi peres ügyeinek vezetésével visszavonásig Kubinszky Jánost és más esküdt ügyvédeket bízta meg.

Excelsa Regio-Hungarica Aulica Cancellaria.

Domini Domini Gratosissime, Colendissime!

Cum in certis quibusdam causis meis, in Regno Hungariae habitis et active promovendis Advocato opus ha-

beam; ideo Egregium Joannem Kubinszký, nec non alios in memorato Regno juramento adstrictos Causarum Advocatos, in meos legitimos Procuratores constituo, Excelsamque Cancellariam humiliter rogo, ut super hac Procuratoria Constituone mea necessarias et solitas Testimoniales, usque ad Revocationem duraturas, mihi gratiose elargiri non dedignetur.

Excelsae Regio-Hungariae Aulicae Cancellariae

Humillimus servus

Marcus Lazarus Hirschl.

Kivül: Praes. 9 Septembris 729.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1729 September Nrs. 14.

341.

Bécs 1729 október 4. Fölszólítás Jászy Pál magy. kir. kamarai tanácsoshoz, hogy Ábrahám Spitz zsidónak nyilatkozáti tanusítványt állítson ki.

Carolus VI. etc.

Fideli nostro Egregio Paulo Jászy Camerae nrae Regiae Hungae Consiliario Salutem et Gratiam. Expositum est Matti nrae nomine et in persona Abraham Spitz Hebraei, qualiter Idem Exponens in facto quorundam negotiorum suorum, coram clarius eluctandorum fideli recognitione et attestatione Tua, ad praesens pro Jurium suorum tuitione plurimum indigeret, essetque necessarius. Ac proinde supplicatum exstitit Matti nrae nomine et in persona memorati Exponentis Hebraei debita cum Instantia humillime, quatenus eidem in praemissis providere, Tibique eatenus benigne committere et mandare dignaremur. Cum autem justa petenti non sit denegandus assensus; Et alioquin veritatis confessio, et fidedignorum hominum recognitiones attestationes nemini denegari deberent. Pro eo Tibi harum serie benigne committimus et mandamus, quatenus dum et quando per praefatum Hebraeum, aut hominem ipsius requisitus fueris, de ea omnia, quae Tibi praeposita fuerint, fidedignum Testimonium et veritatis recognitionem (prouti

nimirum ea Tibi constiterint) sub eo, quo Matti nrae, et sacro Diademati nro. Regio obsirictus es Juramento, perhibere; Rei demum super ejusmodi recognitione et attestazione Tua Literas Tuas Testimoniales Recognitorias, Jurium ejusdem Exponentis futuram ad Cautelam necessarias extradare, modis omnibus debeas ac tenearis. Communi suadente Justitia. Nec secus factururus. Praesentibus perlectis Exhibenti restitutis. Datum in Civitate nra Vienna Austriae die 4. Mensis Octobris A^o Dni 1729.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1729 Oktober Nrs. 9.

342.

1729 december 5. Jakab Hirschl kismartoni zsidó felség-folyamodványban elpanaszolja, hogy egy másik, rablással vádolt zsidó állítására ártatlanul kemény börtönbe vetették. Esedezik tehát, hogy a király elrendelje, miszerint őt vagy óvadék ellenében szabadon bocsássák, vagy ha ez lehetetlen, enyhébb fogságba helyezték, hogy ott szabómesterségét űzhesse és így családját elláthassa.

Sacratissima Caesarea, Regiaque Majestas,
Domine Domine Clementissime.

Ante medium annum, jussu Incltyti Comitatus Soproniensis in gravissimos carceres coniectus, et compedibus vinctus, ac ab omni liberorum et conjugis consortio segregatus, id unice in calamitatibus meis praestolabar, ut tam ardui carceris causam nescire valerem. Tractus ad examen, intellexi, quod Judaeus quidam, Kalman appellatus, et propter comissum Robbariae crimen Pragae incaptivatus, me ejusdem criminis complicitis arguerit; ubi tamen nihil aliud fateri poteram, quam, quod Judaeum illum nunquam noverim. Qualiter autem complex esse possem, quandoquidem fide dignorum cum Christianorum, tum Judaeorum testimoniis comprobari potest, quod ego per quinquennium, intra cujus decursum Robbariam illam accidissee dicitur, nec pedem ex Hungaria protulerim? Judicet ergo Deus!

quantum ego miser, ex quotidiana laborum meorum mercede victitare assuetus, quantumve conjux et ineducatae proles meae, propter hanc nudam suspicionem patiamur injuriam, ac ad quem calamitosum statum simus reducti, adeo, ut illae et illi, cum ego inter carcerum squallores constitutus, ipsis adjutorio esse non possim, ostiatim panem quaerere debeant.

Et hinc est, quod coram Augusto Majestatis Vestrae Sacrae Gratiarum Throno provolutus, in eo duntaxat supplicare praesumam, ut vel erga juratam de me, toties quoties necessitas exegerit, sistendo cautionem, medio praefati Comitatus Soproniensis priori libertati restituar, vel, si id fieri non posset, mitigato carcere, ex clementia Majestatis Vestrae Sacrae opificium meum, qua sartor, in Arce Lakenbach, ubi incarceratus sum, exercere, taliterque miserae uxori et prolibus de sustentandae vitae mediis providere possim. Quam Gratiā Majestatis Vrae Sacrae ut Deus misericordiarum omnigena benedictione Caelesti compensare dignetur, exopto, benignam praestolaturus Resolutionem Majestatis Vrae Sacrae

Humillimus et indignus
subditus

Jacobus Hirschel, Judaeus
Kismartoniensis.

Kivül: Praesent 5 decembris.

Per Jacobum Kuntz.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1729 December Nrs. 5.

343.

Bécs 1729 december 5. A király elrendeli, hogy Jakab Hirschl tömlöcbe vetett kismartoni zsidó ügyéről pontosan informálják.

Carolus VI. etc.

Rendi etc. Jacobus Hirschel Judaeus Kismartoniensis super suimet ex ordinatione Vra Cottensi facta incaptiva-

tione, et ad praesens in durioribus carceribus continuata detentione, qualiter nam coram nobis medio supplicis sui Libelli conqueratur, qualiterve eatenus sibi per nos benigne provideri cupiat, ex hicce copialiter annexo demisso ejusdem Memoriali uberius percepturi estis.

Quo in passu Vobis clementer comittimus, quatenus praetacto in negotio, utrum et qualianam de crimine Robbariae memorato Judaeo querulanti imputatae prodierint et extent complicitatis indicia, qualibusve idem mancipatus habeatur carceribus, Nos genuine ac demisse quantoeyus informare debeatis et teneamini. Gratia in reliquo etc. Datum in Citte nra Vienna Austriae die 5. Decembris 1729.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1729 December Nrs. 5. L. erről még Conc. Exp. 1730 Január Nrs. 3. és Nrs. 59.

344.

Bécs 1729 december 20. A király elrendeli, hogy Nyitra és Trencsén megye hatóságai Salamon Beer zsidónak, ki magát arra kötelezte, hogy évenként 20.000 mázsa máramarosi sót Komáromból Sziléziába, Boroszlóig fog szállítani, mindenütt kellő segítségére legyenek és az utakat jó állapotban tartsák.

Carolus VI. etc.

Rendmi etc. Demisse repraesentavit Nobis Aulica Camera nra Qualiter Hebraeus Salamon Beer semet Eidem contractualiter ita obligaverit, quod viginti Mille centenarios Salis Maramarosiensis in vasculis Comaromio, in Ducatum nrum Silesiae ad Civitatem usque Ratisboniensem, annuatim, et quidem per sex subsequentes annos transportari sit factururus; demisse simul supplicando in eo, ut sibi, ubi idem aut cum vecturantibus, aut cum aliis in via, nefors in quam incidere differentiam, competens per Magistratus Cottenses praestaretur assistentia. Cujus precibus benigne annuentes, Fidelittibus Vris, hicce benigne committimus, quatenus apud Nitriensem et Trencsiniensem Cottus, quibus nempe etiam per istius modi Salis transportationem occasio

lucrum aliquod faciendi praeberetur, ordinare velint, ut non modo necessariam praefato Hebraeo, eo in passu assistantiam exhibeant, verum etiam vias Regias in bono statu conservare debeant. Caeterum Fidelitatibus Vris Graa etc. Datum in Citte nra Vienna Austriae die 20 Decembris 1729.

Radonics.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1729 December Nrs. 27.

345.

Bécs 1730 január 2. A magy. kir. udvari kancellária megkéri az udvari kamarát, hasson oda a haditanácsnál, hogy a budai zsidóknak ne adjanak katonai segítséget a magisztrátus ellen.

Sae Cae Rae Maittis Inclytae Camerae Aulicae hisce peramice insinuandum. Magistratum Liberae ac Regiae Civitatis Budensis querulose repraesentasse. Quod quamvis juxta sensum et intellectum benignorum Privilegiorum Eidem Civitati concessorum inter alia, Judaeos Budae per Magistratum loci aut tolerandos, aut amovendos esse indigitantium, Ipsimet Magistratui, dictos Judaeos amovere et amandare licitum et permissum fuisset; Dolenter nihilominus antelatum Magistratum intellexisse, suprafatos Judaeos ab Inclyto Consilio Aulae Bellico, penes Insinuatam praetitulatae ipsius Camerae Aulicae eo directum, protectionem Militarem Eidem per Dominum Commendantem Budensem administrandam obtinuisse. Accederet his praeterea, quod Unus Eorum nomine Schlesinger procul dubio fiducia obtentae Militaris protectionis fornicem in Aqualica Civitate sine omni Magistratui loci, praevie facta Insinuatione, Ejusdemque annuentia et indultu, proprio motu et autoritate aperuit, mercesque inibi contentas publice distrahat et divendat.

Cum proinde ex praeattactis Civitatis Budensis Privilegiis, cum praelibata ista Camera Aulica concertatis, manifeste pateat, stare in arbitrio Magistratus, tolerare vel non tolerare ibidem Judaeos neque sciri possit, quonam ex capite, dicti

Judaei nomine praetitulatae istius Camerae Aulicae protegantur; Hinc Eandem Inclytam Cameram Aulicam peramice requiri, velit praelibato Consilio Aulae Bellico haud gravatim insinuare, ne suprafatis Judaeis Budensibus, contra Loci Magistratus Dispositionem, Assistentia Militaris praebeatur. Caeterum Eidem Inclytae Camerae Aulicae ad exhibenda etc.

Cancellaria R. H. A.

Viennae 2. Januarii 1730.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1730 Januarius Nrs. 58.

346.

Bécs 1730 január 9. Gudenus Ferdinand felszólíttatik, hogy a Holicsban bezárt Jakab Kohaut zsidót a „Gezov“(?)-ban történt rablásban való bűnrészességre vonatkozólag kihallgassa és vallomásáról haladéktalanul jelentést tegyen.

D^o a Gudenus benigne intimandum, Quod cum Judaeus Jacob Kohaut ex Holics per infractionem duplicis muri et catenarum profugus ad priores carceres iterum sit reductus, idem mox sit constituendus et serio ac circumstantialiter examinandus, super praetensa complicitate certae robariae in Gezov Moraviae loco habitoque ibidem diversorio perpetratae receptationeque certi stanni inde praedonice ablati ac ubi hoc defacto existat, in utroque enim gravat. edictis certorum, praedonum in Gaya Moraviae Citte Captivorum; ac de eo quod desuper edixerit seu fassus fuerit genuina relatio ad Regiam Hgeo Aulicam Cancellariam indilate facienda, dictus autem Judaeus usque ad ulteriorem circa eundem subsequend. resolutionem sub bona custodia in carceribus asservandus et pariter stannum si revelaverit, ubi sit exquirendus et ad ulteriorem dispositionem conservandus erit. In reliquo Eidem D^o a Gudenus etc.

Per S. C. Reg. M. Viennae 9. Jan. 1730.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1730 Januarius Nrs. 60.

347.

Bécs 1730 január 23. Az udvari kamara kéri a magyar kancelláriától a ca. 1698-ban a zsidók összeírása céljából kiküldött bizottságba beosztott néhai Bornemisza János tanácsos jelentését.

Illustrissime, Spectabiles etc.

Circa Annum millesimum sexcentesium nonagesimum octavum Commissio Olberiana dicta ad investigandos et conscribendos, taxandosque Judaeos in Hungaria residentes, fuerat ordinata, cui ex parte Regiae illius Camerae Hungaricae intererat Dominus Consiliarius Joannes cōdam Bornemisza; Nihil vero dubitaretur, quin praenominatus Dominus Consiliarius peractae Commissionis seriem antelatae Camerae Hungaricae retulerit.

Hinc amice requiruntur praetitulatae Dominationes vestrae, quo praescitam Relationem Bornemiszaianam inter Acta reinveniri, et Camerae isti Aulicae transmittere haud gravatim velint; Quos in reliquo benevalere cupimus. Viennae die 23 January Anno 1730.

N. N. Sacrae Caesareae, Regiaeque Mattis Praeses, Vicepraeses, et reliqui Camerae Aulicae Consilarii.

Kivül: de Relatione super Judaeorum in Ao 1699 peracta Conscriptioe sibi communicanda.

Orsz. Levél. Ben. Res. 1730 Januarii 23.

348.

1730 február 13. Kales Izsák pozsonyváraljai zsidó, kit ifj. gróf Eszterházy Imre az adósok börtönébe záratott, felségfolyamodványban a királyhoz fordul szabadonbocsáttatásáért.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas
Domine Domine Clementissime,

Post expilatam, per maleficos quosdam officinam meam, gravissimum damnum passus, et ad extremam quasi paupertatem una cum conjuge et prolibus redactus, con-

siderata Debitorum meorum passivorum mole, omnes conatus meos eo direxi, ut, in quantum substantia mea in debitis activis existens sufficeret, Creditoribus meis in parte duntaxat satisfacere valeam. Instituit proinde Excellentissimus Dominus Comes Palatinus, qua meus Terrestris Dominus, Delegatam in concursu Creditorum Comissionem, et ipsis sub Praesidio Baronis Adami de Mesko consentientibus ad sequentem, et hic omni cum humilitate in originali, et vidimatis Paribus annexam devenimus conventionem:*) Quod videlicet ipsi Creditores Literas Cambiales Keppianas [florenos] 17641 cruciferos 37 in aliquam solutionis partem acceptaverint; Ego autem alios novem mille florenos intra spacium quinque Annorum, singulo videlicet Anno, 1800 florenos pro parte praementionatorum creditorum meorum exolvere debeam; Quemadmodum etiam praementionatae obligationi meae per biennium satisfeci, et omnia coram eodem Delegato Judicio stipulata sacrosancte observavi. Contigit interea, quod reliquos inter Creditores meos, specificatus Comes Petrus Eszterházy summam 4500 florenorum ad praetendendum habens, hoc Debitum jam inter reliqua Conventionis Puncta aequae comprehensum, Filio suo Comiti Emerico Eszterházy Episcopo Doriczensi (sic) cesserit, Cessionarius vero qualitatem crediti Paterni jam praevio modo limitatam ingressus, tali sub praetextu, ac si ego clandestina capitalia haberem, instantaneis precibus suis effecit, apud memoratum Dominum meum Terrestrum, quod ego nullius culpaе conscius, Die 3. labentis Mensis ad carceres Dominales tractus, et compedibus illico vinctus fuero.

Clementissime Imperator! antequam Delegatum Judicium ea omnia, quae in annexo Conventionis Instrumento continentur, cum consensu Creditorum causam communem formantium decrevisset, omnibus viis et modis investigatum extitit, an ego, vel conjunx, post tantam expilati fornicis jacturam, ultra ea, quae coram antelato Delegato Judicio exhibui, aliquam habemus substantiam, cognitoque

*) L. fent sub dto 1728 január 29.

ea, quod nihil amplius supersit, ne penitus una cum familia mea perire debeam, continuavi cum residuis mercibus quaestum, residuos praedecclarato modo stipulatos novem mille florenos intra quinquennium exolvere valeam; Nunc autem in carceres conjectus, reponor extra statum, ut vel obligationi meae, vel mihi providere possim. Et licet aequanimitas praefati Domini mei Terrestris id nunquam admittet, ut cum graviore Creditorum meorum jactura, ad nudam praefati Comitum Emerici Eszterházy, qua Cessionarii Instantiam in carcere delitescam: Tutius tamen existimabam ad Thronum Gratiarum Majestatis Vestrae Sacratissimae genu flexus recurrere, demisse supplicans, quatenus crebro fato Domino meo Terrestri Clementissime injungere dignaretur, ut me pristinae libertati restituere, et penes conventionem coram Delegato per Excellentiam suam Judicio initam et approbatam, per meque sacrosancte observatam, conservare debeat. Si etenim praefatus Comes Cessionarius aliquam praetensae alterius substantiae meae habet notitiam, vel semet remonstraturum sperat, quod ego Creditores meos deceperim, et substantiam meam false denuncia-verim, superest Eidem, legalis via Puncto Secundo dictae Conventionis reservata. Ut autem ego conventionis observantissimus ad nudam expositionem in carcere perseverem, et Processus ab Executione suum sumat initium, id nec Clementia Majestatis Vrae, nec aequitas, nec Justitia et Juris ordo admittunt. Hinc repetendo humillimas Preces meas Clementissimam Majestatis Vestrae Sacratissimae praestolor resolutionem.

Majestatis Vestrae Sacratissimae

Humillimus et indignus Subditus

Isac Kales, Judaeus subarcensis

Posoniensis.

Kivül: Praes. 13 Febr. 730.

Per Jacobum Kuntz.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1730 Februarius Nrs. 36.

349.

Bécs 1730 február 14. Királyi parancs, hogy ifj. gróf Eszterházy Imre sebenicoi püspök követelése miatt bezárt pozsonyváraljai Kales Izsák zsidónak ügyét felülvizsgálják, és ha úgy van a dolog, ahogy Kales felségfolyamodványában állítja, szabadon kell őt bocsátani és arra ügyelni, hogy a bizottságilag kötött megegyezést betartsa.

Carolus VI. etc.

Splis ac Mgfcus Comes Fidelis Nobis dilecte. Isac Kales Judaeus Subarcensis Posoniensis qualiter nam semet ad Fidelitatis Vrae carceres Dominales pro parte et ad instantiam Fidelis aequae nostri Rendi Splis ac Mgei Comitum Junioris Emerici Eszterházy Eppi Sibenicensis qua Cessionarii Creditore positum esse, ac ibidem ad praesens detineri, coram Nobis conqueretur, ex hicce copialiter annexo demisso Ejusdem Memoriali uberius perceptura est Eadem Fidelitas.

Siquidem vero activum hocce praefati Cessionarii Creditore Debitum Conventionem seu Transactionem Creditorum antelati supplicantis coram Delegata Fidelitatis Vrae commissione initam, prout jam ingressum esset, ita Ejusdem exolutio modalitate et norma comissionaliter adinventata et statuta successive praestari et adimpleri deberet, neque recessus ab eadem Conventione Judicii Delegatorii signanter cum praejudicio aliorum quoque Creditorum fieri valeret.

Eapropter penes praeannexi supplicis Libelli communicationem Fidelitati Vrae hisce benigne committimus et mandamus, quatenus stante praeexpositorum veritate, antelatum supplicantem ex carceribus Dominalibus illico dimitti facere et Eundem penes supratactam Delegatae Commissionis suae conventionem jam alioquin approbatam et usuroboratam conservare debeat et teneatur Eadem Fidelitas Vra. Cui in reliquo etc. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae die 14 Februarii 1730.

C. Regni Palatino.

Marceli.

350.

Bécs 1730 február 23. Pozsony megye hatósága felszólította, hogy Lázár Hirschl örökösének Koháry Barbara grófnő elleni peres ügyében hozott ítéletet végrehajtsák.

Carolus VI. etc.

Rendi, Hrabiles etc. Fideles Nobis dilecti. Lazari Hirschl haeredes et successores Sententiam Vice Comitís Vestri pro parte Ipsorum contra Comitissam Barbaram Koháry, Comitís condam Sigismundi Keglevics Rltam Viduam, in annis superioribus, respectu liquidi certi Debiti latam et pronunciatam quidem, ast ob interventam Bonorum in executionem jam sumptorum Reexecutionem ad praesens inexecutionem qualiter nam, quibusve ex Motivis atque rationibus debitae Executioni demandari cupiat ex annexo demisso Eorundem Memoriali uberius percepturi estis: Penes cujus quidem Instantiae communicationem, Vobis hisce benigne committimus et mandamus, quatenus evicto eo coram iudicibus Vris, in hac Caa procedentibus, quod Pars Appellans Literas in praescripta causa Transmissionales, Curiae nostrae Regiae praesentare omiserit, vel alias etiam intra tempus antehac statutum, Appellationem a se interpositam promovere neglexerit, hocque modo Causa in rem adjudicatam transiverit, medio Judicum Vestrorum Comitatusium, petitam Executionem absque ulteriori mora peragi facere debeatis. Gratia in reliquo etc. Datum in Civitate nra Vienna Austriae, die 23 Febr. 1730.

Comitatuí Poseniensi.

Orsz. Levél. Conc. Exp. 1730 Februarius Nrs. 44.

351.

Bécs 1730 július 11. Schlesinger Márkus bécsi zsidó, néhai Schl. Wolfgangnak fia, ügyeinek a magyar kir. udvari kancellaria előtti képviselőjével hivatalosan Sámuel Jakab zsidót megbízta.

Ego Marcus Schlesinger, hebraeus Viennensis, filius et haeres defuncti condam Volphgangi pariter habraei Schlesinger confisus integritati Jacobi Sámuel itidem hebraei, ideo coram Excelsa Cancellaria Regia Hungarica Aulica in omnibus causis meis fatum hebraeum Jacobum Samuel in meum legitimum plenipotentiarium usque ad anni revolutionem humillime constituo.

Kivül: Praesens Plenipotentiaría constitutio peracta est coram me Vienna 11. Julii 1730.

Adamus Acsády
Eppus Veszprimiens.

O. L. Conc. Exp. 1730 Julius Nrs. 48.

352.

Lipótvár 1730 július 18. Gebhardt Frigyes császári élelmezési biztos jelenti az udvari kamarának, hogy Gábríel Wolf és Jakab Mózes a lipótvári bor-, sör-, pálinka- és mészárszékbérlők a bérösszegeből engedményt kérnek, amit ő nem ajánl; ellenben ajánlja a jövő bérídőre Hirschl Áront, a belgrádi cs. faszállítót mint bérlőt.

Hochlöbl. Kays. Hof Cam̄er.

Gnädig- und Hochgebiettende Herrn Herrn.

Euer Hochgräfl. Excellenz und gnaden in unterthänigkeit zu berichten, wie dasz die zu Freystädl an den Waag Flusz befindliche zwey Cameral Bestand Juden Gabriel Wolff und Jacob Moyses, welche den in hiesziger Vöstung vor die garnison vorstehende Wein- Bier- und Brandweinschankh sambt der fleisch-Banckh-anmit auch Waag flusz, und an zu die so genannte schenckh Bruck mauth in die arrenta auf 3 Jahr von 1^{mo} Jan. 1728 bis ultimo Xbris 1730 mit jährlich zu entrichten habenden 1744 fl: 6 xr gegen mich in Beschwährung vorgestellet, als konten sie, weillen die garnison sich in die helfte geschmelert, mithin dasz d. abgang an disen getränk und fleisch sich auch gemündert hätte, nichtwohl möglich disen jährlichen be-

stand ferners zu entrichten, es seye dan, dasz ein gnädiger nachlasz an deme erfolgen möge.

Wan nun ich erst seith 1^{mo} 1729 alhier gdg. abgeordneter stehen thue, und d. biszhero so vil ersehe, dise beede Bestand Innhaaber sollen sich hierinfahls gantz nichts zu beklagen haben, masz nebst der bis ultimo April alhier gestande guarnison desz löbl: gral. Veld Marschal: graf Harrach. Rgts 4. Compagnie bestandener, annoch 4 deto Bae. (Bataillone) Karansebeser darzu eingerückt, mithin 8 Compagnie über 14 Täg alhier beysamen gestanden, wo folg-samb d. 6 in Italien auszmarschirt seynd, bey welcher zeit dise Bestand Innhaaber einen groszen nutzen erhollet, also, d. obzwar anietzo nur 2 Compagnie dermahlen alhier guarnison stehen thuen, sich solchemnach gantz nichts zu beklagen haben sollen, indeme sie, wie oben gemelt, zu selber zeit so viel und mehreren nutzen verschaffet haben, als wan die vorige 4 Compagnie würtl. bis ult^{mo} X.bris alhier geblieben wären 1^{mo}. 2^{do} wasz genieszen dise beede Juden von d. Mauth an den Waag Flusz, wo Jährlich über 7000 Flösz vor bey gehen und ein jedweder in die gebühr 24 xr zu bezahlen hat. 3^{to} gibet anzu die so genante Schenckh Bruckh Mauth auch einen grossen Beytrag, dazumahls aldorth ein beladener waagen ebenfahls 24 xr zu geben hat, das gleichfahls Jährlich mehr als 1000 hin- und zurück zu passiren, ohne, was ein freyer Mensch 1 Ungarisch vor sich erlegen musz, wo gleichfahls dise passirung von etlich 1000 Menschen beschehen thuet, will also nur rechnen 4000 fl praeter propter in ihr Nutz: Hirvon ist ihr gebühr lauth hochl: hofcamm. Contrackts in den bestand abzutragen, mit 1744 fl. 6 xr welchemnach sich erweist, dasz Sie gantz keine ursach hetten, sich zu beklagen; allermaszen dem ersehen nach disen Inhabern über 2200 fl anheimb fallen thut. Es hat sich ein groiszer Jud namens Hyrschel áron unter 19 May abhinc, welcher dermahlen als Kays. Cameral Holz liferant zu Belgrad ansässig ist, bey mir alhier angemeldet, welcher ut unterthänig anschlüssig copia A. sich schrifftlich ausgeförttigter reversiret: wan Eine hochlöbliche Kays. Hoffcamer mit 1^{mo} Januar 1731 mit Ihme

zu Contrahiren gnädig gefallen lassen wolle, erbielte selbter sich nach dem annoch stehen Contract ohne difficultät mit diser erlags Sum̄a jährlich richtig zu bezeugen. Disemnach habe Euer hochgräffl. Excell. und gnaden mein unmaszgeblich unterthänigen bericht vorlauffig abstaten, und dero hochgnädiges gutachten in gehorsamb erwarten sollen, wessen mich dess eines und des anderen in schuldigkeit zuhalten und nachzuleben haben möge: als der ich zu all hoher Huld und gnaden mich unterthänigsten Respects ergeben thue

Euer Hochgräffl: Excellenz und gnaden

Unterthänig Gehorsamer
Antoni Fried. Gebhardt

Vöstung Leopoldstatt d. 18 July 730.

Copia C.

(L. S.) Hirschl Aron Jud Kays. Holz Liferant zu Bellgrad gibt die Charta Bianca gefertigter d. 19 Mai 1730 mir alhier in der Vostung Leopold Statt zu handen, nach abtretung der damaligen Bestandt inhabern bey dem alhie-sigen Caal einkünfften, Gabriel Wolf und Jacob Moyses, dasz er mit 1^o January 731 in gleicher entrichtung die jährl: 1744 fl 6 xr über sich nehmen wolle.

L. S.

Antoni Fr. v. Gebhardt.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1730 September 14.

353.

Galgócz 1730 augusztus 20. Jakab Mózes és Gábrriel Wolf a lipótvári császári vám bérlői a folyó és a jövő bérleti időre bérpénz-engedést kérnek az udvari kamarától.

Hochlöbl: Kays. Hoff-Cammer.

Gnädigst Hochgebieltende Herrn Herrn.

Euer Hochgräffl: Excellenz und Gnaden in Unterthänigkeit beyzubringen, wie dasz sich die zeit annoch heut

die 3 Jährige übernehmer Bestandtzeit bey der Vöstung Leopold Statt, mit ende Xbris dasz Endt gewinnen will, mithin dasz unszer Bestandt in Haberer Schuldigkeit erfordderung Thut solchemnach längers in Behalten kennen, es lauthet zwar der gnädig ertheilte Contract Jährlichen 1744 fl 6 xr: so wür zu erlegen, welchen wür bisz anhero nach dero gebühr auch jedesmahl ohne anstand richtig erlegt haben; allein gnädig hochgebietende Herren Herrn, und Euer Hochgräfl. Excell: und gnaden, Es ist der gantzen hiesigen District, in so mehr der Vestung Leopoldstatt, sonderbahr dem alhieszigen Hr. Comendanten bekandt, wie schwär wür mit einbringen der Mauth auf der Waag Flusz unsz zu behelfen, geschweigens dasz der schankh und fleisch hauen in der Vestung unsz was erträgliches bringen kann, nur unszer schuldigkeit nach den gnädigen Contract abzuführen, maszen auf dem Wasser die flösz alles frey seyn will, und in der Vöstung bringet es bey so kleiner garnison wenigen Nutzen, also zwar, wan unsz hierinfahls nicht ein gdiger nachlasz sollte mitgetheillet werden, wären wir bezwungen diesz Bestandt mit Endle der zeit zu verlassen, hierüber wollen wür Bestandt Inhabers, dero gnädigen Limitation und des weitheren gehorsb: durch dero auszufallenden gnädigen Resolution ohne gehorsambstes Maszgeben erwarthen, nicht weniger Euer hochgräfl: Excell: und gnaden, sollen wür auch in unterthänigkeit beybringen, dasz noch von A^o 1721 bisz 1727 bey unszeren Ersten Bestandt wür 397 fl 22 xr in Rest verblieben seyndt, welche vor einem Jahr durch dem alhier gewesten Kays: Proviant-Buchhalter Hr. Sinetzi nach Befundt der Sachen mit 300 fl nachgesehen worden, in Betrachtung dasz bey der Schnecken Bruckhgebey die unkosten unsz vieles geldt abgetragen hat, mithin dasz die übrige 97 fl 22 xr soweith in suspenso geblieben seyndt bis auf gnädige autification einer hochlöbl. Kays: Hof Camer. wan wür dan hoffen, nicht nur diesse vorbehaltene 97 fl 22 xr sollen unsz gleichfahles in gnedigen nachgesehen werden, sondern dasz wür annebste in noch grösseren schaadten gefallen, welche sich in ein . . . th [weith?] mehreres erweisen würde; alsz

wollen wir ein solches zu dero Hohen Bewilligung anheimb
Stellen, und thuen unsz zu allen gnaden unterthänigst
Empfehlen

Euer Hochgrafl. Excellenz und gnaden

Freystätt an d. Waag d. 20 Aug. 1730.

Unterthänigst gehorsambste

Jacob Moises et Gabriel Wolff

Orsz. Levél. Ad Ben. Res. 1730 Septembris 14.

354.

*Bécs 1730 szeptember 4. Cs. kir. kiviteli engedély és útlevél
Sámson Bachrach, a temesvári császári posztógyár bérlője
számára, melynél fogva 600 mázsa török gyapjút kivihet
Morva- és Csehországba. Utána magyarországi vám- és
harmincadhivatalok bejegyzései.*

Von der Röm: Kays: auch zu Hispanien, Hungarn, und
Böhmen Königl: May. Erzherzogens zu Oesterreich, unseres
allergnädigsten Herrns wegen, würdet N. allen und jeden
Geist- und Weltlichen, Wasz Würden, Standes oder wee-
sens die seynd, insonderheit aber denen Mauthnern, Drey-
sigern, Zöllern, Aufschlägern, gegenschreibern, Beschauern,
und andern dergleichen Ambt-Leuthen, denen diser Pasz-
Brief fürkombt, hiemit gemessen anbefohlen, dasz hierauf
dieselbige dem *Samson Bachrach* Juden von Temeswar
Sechs Hundert Centen Schaafwohl, So demselben auf ein-
mahl (jedoch nach ausgestandener Contumaz) von Temes-
war nacher Mähren und Böhmen zum ferneren Verschleisz
abzuführen bewilliget worden seynd, vorhero bey dem
Ersten Königl dreysigst ambt, allwo die Ausfuhr beschicht,
ordentlich beschauen, nach dem realen Werth Taxiren,
und mit dem gewöhnl. Ambts Sigil versigiliren, folgsamb
darum allda ein mehreres nicht alsz fünf pro Cento, folgens
die samentl. Märisch und Böhm. Mauth abnehmer, sonst
aber allenthalben, ohne weitere Einforderung oder Bezah-
lung einiger Mauth, zoll, aufschags und anderen dergleichen

Gebührnussen, sonderbahr aber ohne abheisch: oder Er-
 Pressung einiger Regalien, wie die imer Nahmen haben
 mögen, so widerholt Ihre aK_z. und Königl. May. zu faci-
 litirung des Comercien-Wesen bey Vermeýdung deroselben
 Höchste Ungnad, allen jeden, sowohl Hoch alsz niedrige
 obrigkeiten, und Befehlshabern, sambt- und sonders mit
 Nachdruck hiemit gänzl. verbothen haben wollen, allerdings
 frey sicher ungehindert und unaufgehalten durchkommen
 und passiren lassen sollen; dan daran beschichet mehr
 Höchsternennt. Ihrer Kays. Mayt. gnädigst Will und Mei-
 nung. Signatum Wienn unter deroselben hiefür gedruckten
 Kays. Secret-Insigel.

L. S.

Ih. G gr. v. Dietrichstein.

G graf von Gatterburg.

Per Imperatorem

den 4ten 7bris Anno 1730

Franz Mathias v. Cooper?

Samson Bacherach der Löbl: Neo[ac]quistischen Haupt
 Arrendations Bestandt Jud führt in Sortem, et defalcaon.
 dises ihm gnädigst ertheilt wordnen Passes, ausz abgang
 genugsamer fuhren-ausz, laut bey sich habender Mauth
 Expedition 198 heuer petschirte Söck Türkisch Contu-
 mazirt, gewaschen, und gesaubert pr Sechs Tausend fünf
 ein Halben gulden taxirte wohl wovon Er die allhier an-
 dictirte und limitirte 5 pC^{to} mit drey hundert Gulden Rh.
 27½ d. richtig entrichtet hat. Temesvar d. 30 October A^o
 1730.

Georgius Lambertus Brunner

Visae New Segedin die 6. November 1730 et libere Di-
 misso I: K: ?

Visus Szegedini die 6. Novembris A^o 1730.

Visa Budae die 15^{ta} Novembris 1730.

Visus in Archi Eppali Telonia Strigiensi Die (?)
 Novembris A^o 1730.

Vigore Summ. Passualium evehuntur lanae Turcicae in N. 198 Saccis ex quibus Tyrnaviae N: octuaginto tres in Sequestro manserant. Szenicz die 13^a Decembris A^o 1730.

Id est in toto vehit Cent- quadrigentor decem $\frac{17}{9}$ testante S-Regia Temesvarini sub N^o 171 die 30. Octobris 1730 extradit p. fl. 6005:50 d.

Visus Szakolcza die 15. December 1730 et vehitur lana Turcica in saccis N^o 115.... in saccis 83 aductis sequenti educto.

O. L. Ad Ben. Resol. 1731 Maji 7.

355.

1730 szeptember 11. Schlesinger Márkus felhatalmazást állít ki Schlesinger Izrael számára.

Ego Marcus Schlesinger Haebreus Viennensis coram Excelsa Cancellaria Regia Hungarica Aulica in omnibus causis meis in meum legitimum Plenipotentiarium humilime constituo aequae Haebreum Israëlem Schlesinger.

Kivül: Praesens Plenipotentiaaria Constitutio peracta est coram me Vienna 11 Sept. 1730.

Adamus Acsády
Eppus Veszprimiensis

O. L. Conc. Exp. 1730 September. Nrs. 32.

356.

Bécs 1730 szeptember 14. Az udvari Kamara visszautasítja Jakab Mózes és Gabriel Wolf bérleengedési kérvényét és felszólítja a pozsonyi kamarát, hogy a bérlet átvételére jelentkező Áron Hirschlől Gebhardt jelentése alapján nagyobb bérösszeget is lehet követelni.

Illustrissime, Spectabiles etc.

Ex annexo sub. A: Judaeorum Jacobi Moysis, et Gabrielis Wolff Telonii Leopoldopolensis Arendatorum Sup-

plici patet, qualiter iidem penes pactatam Arendae quottam subsistere non posse exponant, concomitanter diminutionem summae, ac praeterea relaxationem restantium de priori florenorum nonaginta septem, crucigerorum viginti duorum expetant. Alterum e converso annexum sub B: informatoriae videlicet Annonae Commissarii Leopoldi constituti Gebhard nuncupati perhibent, in Telonio, et Educillis florenos circiter quatuor mille obvenire, ut Arendatores beneficium circiter bis mille ducentorum florenorum capientes, nullam respectu moderandae quottae Arendalis habeant querulandi rationem, quodve alter Judaeus Aron Hirschl Belgradiensis Factor, modernam: 1744 florenorum 4 cruciferorum Arendam persolvere velit. Quod attinet primum videlicet modernorum Arendatorum postulatum, ei quidem, quoad relaxandam de priori: 97 florenorum 22 cruciferorum restantiam cum ipsimet recognoscant restantiam constituisse in florenis 399: cruciferis: 22; sed ex his 300 florenos per exmissum officinalem notarium relaxatos exstitisse, praetitulatis Dominationibus vestris uberius constabit, utrum ejusmodi relaxatio legaliter intercesserit, ne autem restantes adhuc floreni: 97: cruciferi: 22: relaxentur, Gebhardiana Informatio obstaculum ponit, nam si. 2200: fl: emolumentum perceperant, nullum aderat relaxationis motivum, et non tantum desiderati: 97: floreni: 22: cruciferi, sed et illi, quos officinialis Notarius, vel ad illius erroneam informationem Regia illa Camera Hungarica relaxavit, floreni 300, adeoque in toto floreni: 397: cruciferi: 22: exigendi venirent.

Quantum futuram exarendationem respicit: cum Commissarius Annonae Gebhard proventus ad florenos: 4000: deducat, per Judaeum Belgradinensem Aron Hirschl appromissa summa minus proportionata esse videtur, excessivum quippe foret, plusquam alterum tantum pro lucro cedere Arendatori Non gravavabantur ob id supratitulatae Dominationes vestrae repetito Gebhard Arendam praenotatam deferre, ac cum eodem in majus emolumentum aerarii eventualiter transigere. Quod si vero ille ex notis sibi rationibus Arendam inire nollet, eundem exstimulare, ut alter plus offerens Arendator tempestive procurari posset. In reliquo

praetitulatas Dominationes vestras ad vota vivere cupimus.
Viennae die 14. Septembris 1730.

NN: Sacrae, Caesareae, Regiaeque Mattis Praeses, Vice-Praeses, et reliqui Camerae Aulicae Consilarii.

Kivül: Quatenus Telonium Leopoldopoliense ibidem constituto Annonae Commissario Gebhard dicto exarendare intimatur.

Ex offio.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1730 Septembris 14.

357.

Pozsony 1730 október 21. Gebhardt Antal császári élelmezési biztos jelentése és javaslata a lipótvári kamarai hídvám, bor, sör, pálinka és mézárszék bérbeadása ügyében.

Gehorsambst- und ohnmaszgebige Vorstellung

Über die verbachtung der Wein, Brandtweine und Bier Schanckhes, dann Fleischhacken in der Vestung Leopold Stadt, Item denen zwey Mauthen, Eine ausz dem Wagflusz umweith Freystädtl, und die andere zu landt bey dennen so genannten 12 schnecken schenken Brücken, welche, lauth Hochlöbl: Kays: Hoff Cam̄er Contracts unterm dato Wienn den 5. December 1727 denen beeden Bestandt Inhabern Juden Gabriel Wolff und Jacob Moyses zu ersagten Frey-stättl wohnhafft auff 3 Jahr, von 1 January 1728 bisz ende Xbr 1730 gegen Jährlich hiervon zu entrichten habende 1744 fl 6 xr gänzlichen zu dern weiteren Nutzen überlassen worden. Dasz dann zu erfolgenden 3 Jährigen endigung des backtirten Termins, die Zeith herbey zu rucken scheinet Haben

1^{mo} Diesze Beede Bestandtinhabern sich noch den 17 Jully des Laufenden Jahres Bey mir angemeldet, mit dem ersuchen, ich möchte in Nahmen deren, Bey Einer Hochlöbl: Kays. Hoff Cam̄er zu Wien gehorsambst Suplicando anlangen, damit an den obbemelten Bestandtgelt; ihnen Jährl. ein gnädiger nachlasz ertheillet werden möchte, welches den obengemelten Dato vollzogen: Wann ich aber

2^o Anderen theils Bey ersagt Hochlöbl. Hoff Camer meine gegen Repraesallien vorgestellet, dessen ich Theils zwar Zeith meines Kurtzen Hier seyn des wenigern annoch ersehen können, des andern Theils hingegen von hieszig Benachbarten Persohnen zu vernehmen gehabt. Es könnten diese beede Bestandt Inhaberer über bemelt abzurichten Komende 1744 fl 6 xr sich gantz nichts Beschwehren, Aller- maszen Sie nebst deme Einen groszen Nutzen gleichwohlen einzuziehen hätten, dazumahlen die Samentl. gefäll sich gegen 4000 fl erstreckhen thäte. Dann mir ist beygebracht worden, dasz alljährl. zu denen Monatl. fallenden Jahr- marckts Zeithen in Freystatl an den Vagflusz und andere dargegen liegenden Marckts Orthen auf diesen Wagflusz bisz 4000 Flösz mit Kauffmans Wahren zufahren, deren hat jeder Flosz in die Mauth abzurichten 24 xr. Welches in Suma auszwerffen thut Benautl. 1600.—

Dan bringet die Schenken Bruckhen an der- gleichen Mauth zu Lande Jährl- pppl. auch von 1000 wagen jeden a 24 xr. (ohne was die Aparte herüber reysende Persohnen, deren jeder einen Ungr. zu bezahlen hat) Beytragen thuert, wel- ches anzeigt 400.—
 Latus . . . 2000.—

Der Weinschanckh in der Vestung Leopold Stadt Stellte Jährl. in den Schanckh ppotr. 1000 aymmer, der gewin auff jeden wird gerechnet 1 fl. Entwürffet 1000.—
 Der Bier und Brandtwein Schanckh solle auch zu Nutzen bringen 350.—
 Undt Leitzlich die fleischbanckh, welche die In- habere den fleichhacker in weitheren Bestandt überlassen Jährl. vor jetzo pr. 100.—
 Summa . . . 3450.—

Hiervon Kommet zu Entrichten dem Hr. Comen- danten und General Feldt Marschall Lieutenant v. Fabre dasz auszgezeigte Tafelgeld, mit . . . 1400.—

Denen Hr. P: P: Missionari, Societ. Jesu . . .	74.6
Dem Rauchfangkehrer	70.—
In dasz fortlifications gebäuwerckh komen alljährl. zu entrichten	200.—
Suma . .	1744.6

Kommet also auff Ihnen Bestandt Inhabern zu
guten benant 1705.54

Wann nun hier über Eine ersagt Hoch Löbl. Kays. Hoff Camer gnädigst zu Resolviren gerühen mögen, weillen diese Inhabere dem ersehen nach, Einen all zu groszen Nutzen vor Sie zu ziehen hätten, also solle Solchen nach auff ihr gesuch, weniger ein nachlasz zugesagt werden Können, alsz dasz diese so mehr zu dem dermahligen Bestand abrichten der Bactirten 1744 fl 6 xr noch Einigen Beytrag darthun Könten, Mithin wann Sie ein solches ein zu gehen sich nicht entschlieszen solten, und dasz mein vorgemelt Unterthäniger Bericht von Hochlöbl. Kays. Hoff Cammer mit dero beliebten Rescript an die Hochlöbl. Kays: und Königl. Hung. Camer nacher Preszburg unter 14^{ten} Septembris aus freundschaft zu gelanget. Dieselbe solle mich mit erlassenden erster Verordnung nacher Preszburg berufen, und mir die Verbactirung antragen, ob Ich dieses Bestandes mich einlassen, und anbey nach deme ersehen Ein mehreren Beytrag wolte zusetzen? Ist dieser gnädige Befehl untern 5^{ten} laufenden Monaths an mich ausgefertigt worden, dasz ich dieszerhalben mich nacher besagtes Preszburg allernechstens verfügen, und den Entschlusz von mir abgeben sollte, bin ich hier auff den 18^{ten} dieses von der Vestung Leopold Stadt mit vollzug des gnädigen Befehls anhero gelanget? Anvor aber zu ersagten Leopold Stadt die unnoch stehende beede Bestand Inhabere Juden Gabriel Wolff und Jacob Moysen zu mir gerufen, und denen von diesen allen den Entschlusz beygebracht? haben diese des angezeigten groszen Bestandts Ertrag, sich höchstens verwundert, anbey gemeltet. Wann es dem Ertrag so hoch sollte ergeben, welches Endtlichen, wann nicht die vielle

unterschleiff des groszen Entzugs sich Thäten vorzeigen: wolten Sie gar gerne nach dem jetzigen abtrag der 1744 fl 6 xr Ein Mehreres zu setzen. Allein weillen

1mo Nach den vorangeführten 4000 flöszen mehreres dann die Helfte mit ihren vorzeigenden Herrschaftlichen Passen Franco müszen passirt werden. alsz Kömen demnach die Helfte deren kaum in die Bezahlung, wollen also Setzen 2000 in die Mauth zu 24 xr. Ertragen diese 800.—

Von der Schnecken [Schenken] Brucken laufel gleichens diese frey passirung besonders Ein und nebst deme so beschehenden solche grosze Unterschleiff bey diesen Bruckhen werckh, mit Entfrembden der Mauth durch die passirende fuhrleuth, welche diese zu geben Schultig seynd? Dann wann Sommer- und winthers Zeit sich trockene und hartgefrorene gute Wetter vorzeigen: So Thun diese fuhrleuthe solche Mauthen über die Herrschaftl: Graff Erdödische Wiesen zur linkhen Handt von freystätt mit Einer darinnen aufgerichteten Brucken und zur rechten Handt Seithen gegen Veresvár Umbfahren, welchem nach also nicht die helffte der vorangesetzten 1000 wagen diese Schnecken [Schenken] Brucken passiren. Wollen also hier von 400 in dasz Mauthgefäll auch jeden zu 24 xr. Kömen lassen, welches ausmachen thut 160.—

Belangent den Weinschanckh, Wann die 4 Compagnien sich noch guarnisonirt in der Vestung befindten Thäten, Könte es auf die 1000 aýmer in den Schlanckh Jährlich gelangen? Wie aber dermahlen sich nur 2 Compagnien zu erweisen, und dasz N. B. der alda befindliche so genante Hr. Plaz Lieutenant Deze mit deszen haltenden unpassirl: weinschankk, ihnen einen groszen abtrag zu ziehen Thut? Alsز wollen Sie dan-

358.

1730 december 4. Jakab Hirschl és Sámuel Kálmán, kismartoni zsidók, kik — állításuk szerint — ártatlanul lopási bűnrészességgel lettek vádolva és már két év óta megvasalva a lakompaki súlyos börtönben sínylődnek, kérik a magyar kir. udvari kancelláriát, hogy oldják le róluk a béklyókat.

Excelsa Regio Aulica Hungarica Cancellaria.

Domini, Domini gratiosissimi Colendissimi.

Gratiose meminisse dignabitur praetitulata Excelsa Cancellaria, quatenam non pridem evolutis diebus humillimum ad Suam Matrem Ssmam directam, Excelsae vero Cancellariae porrectam intuitu dimissionis nostri ex carceribus dirissimis Lakenbachensibus fecimus Instantiam, ad quam nullam a sua Matre Ssama sumus accepturi clementissimam Resolutionem, verum Excelsa Cancellaria (uti nobis innotuit) in Casu eo, si Excelsa Cancellaria Bohemica examen suum cum fure Pragense prolongaret, denuo praetitulata Excelsa Cancellaria Hungca gratiose intimare se resolverit.

Quo in passu denuo humillime supplicamus Excelsae Cancellariae, quatenus in considerationem sumendo integris duobus Annis innocentem in illis dirissimis carceribus nostri detentionem, nobis saltem gravissimarum compedum relaxationem, ob quarum gravitatem et pondus S. V. pedes, imo Sensim totum corpus intumescere non cesset, et aliunde ob senectutem Sexagenariam morti proximi, ne misere perire debeamus, gratiose resolvere iisque, quibus competit comittere et demandere, ne dedignetur. Pro qua Gratia perseveramus

Praetittae Excelsae Cancellariae

Humillimi Servi

Jacobus Hirschel et Samuel Kallman
Judaei Kismartonienses.

Kivül: Praes. 4. Dec. 1730.

Per Amanuens. D. Agen. Balthasar Lipsius.

O. L. Ad Conc. Exp. 1730 December Nrs. 56.

359.

Bécs 1730 december 4. Fölszólítás a magyar udvari cancelláriától Sopron megyéhez, hogy a bebörtönzött Jakab Hirschl és Sámuel Kálmán lábairól a béklyók leoldandók, máskülönben pedig tovább is jó őrzés alatt tartandók.

Illmi etc. Salutem etc. Jacob Hirschl et Samuel Kallman quibusnam ex motivis etiam pro gravissimorum Compedum relaxatione supplicent ex acclusis eorundem Memorialis paribus uberius percipient Praetitulatae Dominationes Vrae. Quibus ad interim et donec circa eosdem Judaeos ulteriora disponantur, ex officio hisce significandum habuimus, quod praefatis Judaeis ex rationibus eatenus in medium adductis compedes quidem relaxare possint, in reliquo tamen sub bona et segura custodia usque ulteriora circa eosdem superventura Suae Mattis mandata iidem in praefata Arce sint definendi et asservandi. In reliquo etc. Datum Vae Austriae die 4. Decembris 1730.

Cottui Sopron.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1730 December Nrs. 56.

360.

1731 január 11. Sámson Bachrach, a temesvári császári gyárák bérlője, ki Temesvárról 26 szekéren gyapjút (valószínűleg Morvába) szállított, felségfolyamodványban panaszkodik, hogy Nagyszombat közelében az ottani magisztrátus 6 szekérét lefoglalta, dacára annak, hogy kocsisai kellő útlevéllal voltak ellátva és mindenütt vámot fizettek.

Sacrtma Caesarea Regiaque Matas.

Domine Domine Clemente.

Humillime simul, et quaerulose Matti Vrae Sacrtmae repretare necessitor; Quod postquam Judaeus Joachim Löbl ad rationem Mattis Vrae Fabricarum, quarum ego Arendator essem, requisitam lanam viginti currubus, ex Banatu Temesvariensi, penes Mattis Vrae Aulicae Camerae Passuales advehi facere intendisset, ac ob viarum incom-

moda, ultra praedictos viginti, adhuc sex currus autem cum Passualibus et Mandato, ut se in omnibus Teloniis more solito insinuent, et quod ipse cum aliis sex currubus sequetur, ac complananda complanabit, praemisisset, evenit, quod antelati vectores usque Brestovan feliciter et absque ullo impedimento pertingentes, ibidem unum currum, eo, quod fractus sit, relinquere debuerint, qui per Brestovanenses, ita et residui alii sex currus interea temporis advenientes, a quibus ob alia etiam negotia dictus Judaeus lantisper remansit, illico arrestati, et nec erga exhibitas supramentionatas Passuales dimissi, quin potius eo ex supposito, quasi vero Telonium Tyrnaviense praeteriissent, omnes septem Tyrnaviam deducti extiterint, ibidemque etiam nunc delinerentur, imo dum repetiti vectores, pro recipiendis adminus currubus suis, et restituendis Passualibus, ad Magistratum dictae Civitatis Tyrnaviensis instantanee recurrissent, modofatus Loci Magistratus, currus quidem nequaquam, Passuales autem summa cum difficultate, et non nisi post tridui sollicitationem restituit meo, et antelatorum vectorum damno gravi et manifesto. Quia vero praerepetiti vectores jurato fateri essent parati, quod neque Territorium Tyrnaviense attigerint, et neque unquam Telonium quodpiam in illa via desumptum extiterit.

Ideo Matti Vrae. Ssmae humillime ad genua prostratus supplico, dignetur praevio modo, sine justa causa per Magistratum Civitatis attactae Tyrnaviensis arrestatam lanam et currus, medio clementi sui Mandati iterum restitui facere, ac tam grave meum, rerumque mearum damnum et dispendium, benigne avertere, talique pacto, publicum commercium securum reddere, Clementissimam praestolaturus Resolutionem persevero Mattis Vrae Ssmae

humillimus et indignus subditus

Samson Bachrach Mattis

Vestrae Ssmae Fabricarum Arendator

Judaeus in Temesvár.

Kivül: Praes. 11 Januar 1731.

O. L. Ad. Conc. Exp. 1731 Januarius Nrs. 26.

361.

Bécs 1731 január 11. Királyi parancs, hogy Sámson Bachrach panaszának ügyében Nagyszombat magisztrátusa azonnal kihallgatandó és erről a király híven informálandó.

Rmi etc. Fideles nobis dilecti. Ex isthic copialiter annexo Samsonis Bachrach Judaei Tömösvariensis humillimo supplici Libello, uberius percepturae sunt Fidelitates vrae; Qualiter nimirum idem, contra Regiam et Liberam Civitatem nram Tyrnaviensem, quae videlicet ex eo praetextu et supposito, quasi vero homines praedicti Supplicantis Judaei, cum certa quantitate lanae proficiscentes, Telonium Tyrnaviense praeferiissent, idemque non persolvissent, et consequenter propterea currus Eorundem detenti fuissent, apud Majestatem nram graviter conquestus sit, pro qualive damnum remedio sibimet eatenus clementer impertiendo demisse et instantissime supplicet.

Idcirco praesentem demissam ejusdem Supplicantis Instantiam eo fine cum Fidelitatibus vris benigne communicandam esse duximus, quatenus memoratae Civitatis Tyrnaviensis Magistratum super praemissa quaerimonia indilate audire, habitaque demum genuina ejusdem repraesentatione Nos superinde quantocyus fideliter haud intermittant. Gratia in reliquo nostra etc. Datum in Civitate nra Vienna Austriae die 11 Jan. Ao. Dni. 1731.

Ürmény.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1731 Januarius Nrs. 26.

362.

Bécs 1731 február 27. Gerson Susman a magy. kir. udvari kancelláriánál Nagy Istvánnak ügyvédi felhatalmazást ad.

Excelsa Cancellaria Regia, Aulico-Hungarica!

Domini, Domini Gratosissimi.

Siquidem pro certae meae (respectu cujus Terminus in diem primam proxime venturi Mensis Martii Judicialiter esset praefixus) defensione Procuratore opus haberem, et

ejusdem defensionem Domino Stephano Nagy, aut illo impedito alteri cuicunque juramento adstricto Advocato credere cuperem, hinc quatenus solitam usque ad Annum duraturam Procuratoriam Constitutionem Excelsa haec Cancellaria expediri curare dignetur, humillime insto. Pro cuius gratia persevero.

Excelsae hujus Cancellariae.

Regiae Aulico-Hungaricae.

Servus humillimus Gerson Susman Judaeus

A külzeten: Expediatur praesens procuratoria constitutio

Vienna 27 Febr. 1731.

Adamus Acsády

Eppus Veszprem.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1731 Februarius Nrs. 59.

363.

Bécs 1731 március 8. Az udvari kamara elrendeli, hogy Márkus Hirschl és Paluska, a néhai szász hercegi bibornok jószágainak igazgatója közti perben P o z s o n y b a n tartandó bírósági tárgyalásra terminus tűzessék ki.

Illustrissime, Spectabiles etc.

Egregii Fideles Nobis dilecti. Judaeus David Jacob Lebl processum quempiam protonotarialem, in anno adhuc 1721 per Genitorem condam suum Jacob Lebl contra Nobilem Magdalenam Keöszeghi, Egregii olim Georgi Sugho Relictam Viduam, qua etiam Filii sui Joannis ex eodem olim marito suo suscepti naturalem et legitam. Tutricem et Curatricem, ex fundamento praetensi cujuspian liquidum Debitum modum et suscitatum, ac dein intervenio pro parte Ejusdem Incatte benigno Mandato nro Inhibitorio impeditum, quibusnam ex legibus motivis et rationibus resuscitare et continuare satagat, ex hicce annexo demisse Ejusdem memoriali uberius percepturi estis. Quam memorati supplicantis praeannexam instantiam Vobis eo fine clementer transmittendam esse duximus, quatenus suprafato Judaeo David Jacob Lebl dum Actionem et causam suam coram Vobis suo debito modo et ordine incaminaverit et proposuerit desuper non attento praenotto benigno Mandato nostro Inhibitorio pro parte adversa sub 6. febr. 1721 emanato, si et in quantum dicta pars adversa, eodem in hoc etiam processu uteretur, Jus et Justitiam debite administrare debeatis et teneamini. Graa in reliquo etc. Datum in Civitate nra Vienna Austriae die 27 Novembris 1731.

Tabulae Tyrnaviensi.

Marczell.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1731 November Nrs. 54.

384.

Bécs 1731 december 11. Wolfgang Wertheimer kéri a magy. kir. udv. kancelláriát, hogy ügyvédjének Nagy Istvánt rendelje ki.

Excelsa Cancellaria Regia Aulico-Hungarica.

Domini Domini Gratosissimi.

Juribus meis prospicere, et Dominum Stephanum Nagy Regni Hungariae Causarum Advocatum pro meo Procuratore constituere cupiens, alletitulatae Excelsae huic Cancellariae Regiae Aulico-Hungariae humillime in eo supplico, quatenus solitam, ac consuetam eatenus Procuratoriam Constitutionem expediri facere Eadem haec Excelsa Cancellaria gratosissime dignetur. Cujus Gratiam humillimis meis servitiis demereri adnitar perseverando.

Ejusdem Excelsae Cancellariae.

Regiae Aulico-Hungariae.

Humillimus Servus

Wolfgangus Wertheimer

Sacrae Caesareae Mattis et Seremissimi

Regis Poloniae Supremus Factor.

Orsz. Levél. Conc. Exp. 1731 December Nrs. 16 B.

385.

Pozsony 1732 január 2. Gróf Pálffy Miklós nádor rendelete a pozsonyi területén tartózkodó idegen zsidókról.

Esz wird der sammentlichen Juden gemeinde erinnerlich sein, zu welch verschiedenen mahlen von der gnedigsten Grund Herrschaft die Verordnung ergangen, dasz man keine frembden Juden allhier einigen aufenthalt gestatten solle, dem ohngeachtet habe Ihre Hochgräfliche Palatinaische Excellenz mit gröszten unwillen sich hinterbringen lassen, dasz die frembden Juden sich abermahlen allhier heifig einfinden und deren Anzahl sich Täglich mehrt,

Wannenhero in Nahmen und auf befehl Ihro Hoch Gräfl. Excellenz hiermit alles Ernst anbefohlen wird, dasz alle frembde hier anwesende Juden sich innerhalb zeit drei Tāgen von hier wegmachen sollen, ansonsten wann nach verflieszung besagter 3 Tagen die herrschaftlichen Trabanten einige frembde Juden allhier atrapieren werden, sollen selbige mit Empfindlichen schlägen Traktiert und von hieraus weggejagt werden. Damit aber hinfuhran wider gegenwertige verordnung nicht gehandelt werde, soll sich ein jeder hier ansässige Schutz Jude hūnten (így) einen frembden in seine Behausung quartir und Herberge zu verstatten, ohne von zwei hierzu Depurtirten ertheilten passir Zett weisen zu können, solte aber jemand hierwiden zu handeln sich unterstehen, solle ein solcher sambt den frembden nachdrücklich abgestraft und auch des Schutzes verlustigt werden.

Preszburg den (2. Január 1732).

A következő lapon:

Ganz unvorgreifliche

Jedoch Höchst notwendige Vorkehrung, so zur Abschaffung deren alhiesigen frembden Juden gnädig zu verordnen
komet alsz

Primo wird zum vorausz das hochherrschaftl. gnädige Decret nothwendigst erfordert, krafft welchen die frembden ausserordentlichen schutz Juden und vacierende Innerhalb 8 Tāgen zeit können abgeschafft werden.

Secundo. Werden zu eben diesen frembden Juden abschaffung zur moglichsten Hilfs Leistung erfordert die Comitats und herrschaftl. Offic. und Trabanten zur besonderen visitir und eingreifung derer freu-Häusern umb diese Abschaffung deren Juden sicher u. ungehindert vor die Handt nehmen zu können.

Tertio. werden nicht minder zu dieser Judenabschaffung Robotswāgen u. Vorspan zur sicher und unverhinderlicher Fortbringung deren frembden juden ihre ha-

benden wenigen Gereits und wirtschafts Mobilien erfordert.

Quarto. Ist zu ebenmässiger abschaffung deren frembden Juden die allhiesige Statts erlaubnusz Höchst erforderlich, damit in den goldenen Kreuz wirtshausz, in welchen sich ville derley frembde Juden aufhalten die Visitation frey vor die Hand könne vornehmen werden.

Quinto. So wäre auch unvorgreiflich höchst erforderlich, so fern an den hiesigen grundt Richter der gnädigste Befehl erlange, dasz sich kein Hausz inhaber deren Juden unterfange solle, einigen juden einen Aufenthalt zu geben, es wäre wenn selben von dem Juden Richter und Baysitzern ein authentischer zettl ertheilet, dasz selbiger ein schutz Jude seye.

Sexto. Nachdem zwar zu verschidenen mahlen unterschiedliche ehrbare Juden in verrichtungen ihrer führenden Comerciën anhero komen, so wäre jedenfalls nicht unbilllich, dasz solchen von denen zwei hierzu bestellten Juden authentische Passirzettl erteilt werden möchten.

Septimo. Zu Praecavio u. überlauffung der gnädigsten Herrschaft von denen frembden sich hier aufhaltenden Juden mit verschiedenen Memorialen u. Bitt Briefen wäre es vorgreiflich sehr gut, dasz derley Instantien in der gnädigen Herrschafts-Kanzlei keineswegs möchten angenommen werden.

Octavo. Undt weilen ville Juden von Kizee, Karlburg, Gaddendorf, Zarkendorf und mehrere jenseits der Donau ligenden Orten, dann Bösing St. Georgen Stampfen auch aus der Schid*) hir orts herumb schwärmen, uns aber unterthänigsten Schutz Juden die gröszte ärgernusz verursachen, solche aber lauter arme Leuthe seint, wie diesen hierin falls abzuheffen seye, überlassen solches Euer hochgräfl. Excellenz gnädigste disposition.

Aláfrás nélkül.

*) Csallóköz.

A külzetén:

Anno 1732. 8. Január.

A Külzetén: Determinatio et comissio Domini Posenii ad communitatem judaicam Posoniensem intuito amandandorum et eliminandorum ac Plaga Subarcensi Posoniensi vagabandorum et extraneorum Judaeorum nomine comitis Nicolai Pálffy Palatini qua Domini Terrestris data.

Gr. Pálffy-család pozsonyi levéltára. Arm. II. Lád. II. Fasc. II. Nr. 20.

386.

1732 január 11. Dávid Jakab kéri a m. udv. kancelláriát, hogy Sugho György örökösei ellen megindítandó perének tárgyalását ne a nagyszombati táblához, hanem a nyitra-megyei alispánhoz utasítsák.

Excelsa Regio-Aulica Hungarica Cancellaria!

Domini Dni gratiosissimi coldssmi!

Quod praetitulata Excelsa Regio-Aulica Hungarica Cancellaria mihi in jam nota causa mea benignum Suae Mattis Smae, Inclytae Tabulae Districtuali Tyrnaviensi, pro praefixione ibidem Termini (uti informatus sum) sonans, et directum extradederit Mandatum humillimas, easque maximas repono Gratias. Siquidem autem Excelsae Cancellariae, imo et toti Regno Hungariae aliunde bene constaret, nos Judaeos in praefata Civitate Tyrnavien. minime pati velle, eandem civitatem privilegialiter habere, per consequens causam meam, nemini alteri, quam mihimet ipsi optime notam, ob talem absentiam meam incaminari curare consultum esse non videam et aliunde Arlus 28, Anni 1715 et 34. 1723 ad quem se primus proferret, causas 1000 fl. non excedentes Judicibus Comitatus ad decidendum permitteret.

Hinc praetitulatae Excelsae Cancellariae humillime supplico, dignetur Eadem, rationibus, motivis ex praedeclaritis (si Excelsae Cancellariae ita visum fuerit) D. Vice Comiti Cottus Nitriensis hanc causam meam ad incaminandum et decidendum, cum nos ambae partes in eodem Cottu per-

sisteremus, et in possessione essemus, gratiose inviare, Eidemque committere et demandare, ut quantocyus reassumere, reassumamque secundum aequum et justum decidere noverit et debeat. Pro qua Gratia persevero.

Praetittae Excelsae Cancellariae

Humillimus Servus,
David Jacobus Lebl,
Haebreus Szenicziensis.

Kivül: Praes.: 11 Januar 732.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1732 Januarius Nrs. 39.

387.

Bécs 1732 január 15. Az udv. kancellária átteszi Dávid Jakab kérvényét Nyitra megyéhez és felkéri, hogy perét Sugho György örökösei ellen jog és igazság szerint tárgyalják.

Carolus VI Dei gratia electus Romanorum Imperator etc.

Reverendi Hrabiles etc. Fideles Nobis dilecti. Judaeus David Jacob Lebl, Processum quempiam Protonotarialem, in Anno adhuc 1721 per Genitorem suum Jacob Lebl, contra Nobilem Magdalenam Kőszegy, Egregii olim Georgi Sugó Relictam viduam, qua etiam Filii sui Joannis, ex eodem olim Marito suo suscepti naturalem et legitimam Tutricem et Curatricem, ex fundamento praetensi cujuspian liquidum Debitum motum et suscitatum, ac dein intervenio pro parte Ejusdem in causam attractae benigno Mandato nro Inhibitorio impeditum, quibusnam ex Legibus, motivisque et rationibus suscitare et continuare satagat, ex hicce annexo demisso Ejusdem Memoriali uberius percepturi estis. Quam memorati supplicantis praeannexam Instantiam Vobis eo fine clementer transmittendam esse duximus, quatenus suprafato Judaeo David Jacob Lebl, dum Actionem et Causam suam, coram Vobis suo debito modo et ordine incamnaverit et proposuerit, desuper non attendo praenotato benigno Mandato nro Inhibitorio, pro parte adversa, Sub 6.

Februarii 1721 emanato, si et in quantum dicta Pars adversa, eodem in hoc etiam Processu uteretur, Jus et Justitiam debite administrare debeatis et teneamini. Gratia in reliquo etc. Datum in Civitate nra Vienna Austriae die 15. Mensis Januarii, Anno Domini 1732.

Cotti Nitrien.

Adamus Acsády

Eppus Veszprim.

Petrus Végh.

O. L. Conc Exp. 1732 Januarius Nrs. 39.

388.

Bécs 1732 február 20. Az udv. kamara közli a magyar kancelláriával, hogy a budai Izsák Hirschl és Simon József contra Monticelliek ügyében a haditanácstól eleddig még semmi információt nem kapott.

Illustrissime Spectabiles ac Magnifici etc.

In causa Judaeorum Budensium Isaac Hirschl et Simon Jozsef vocatorum contra Montecellianos et ingessionem Auditoratus Bellici a praetitulatis Dominationibus vestris factam repraesentationem cum Inclyta Cancellaria Hungarico-Aulica communicando nunc fata Regia Cancellaria, qualiter nam ab Inclyto Consilio Aulae Bellico eatenus ad praecedentem communicationem nullam adhuc informationem accepisse, eandem autem adurgeri revisoria averit ex annexa copia pluribus placebit percipere. In reliquo praetitulatas Dominationes vestras diu salvas et incolumes vivere desideramus. Viennae die 20 Febr. 1732.

N. N. Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis Praeses, Vicepraeses et reliqui Camerae Aulicae Consilarii.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1732 Februarii 20.

389.

Bécs 1732 február 22. Az udvari kamara közli az udv. kancelláriával, hogy a magyarországi zsidók különbség nélkül úgy a türelmi adóknak, mint az országgyűlési díjnak fizetésére kötelezendők.

Illustrissime, Spectabiles ac Magnifici, Generosique Domini etc.

Ex literis praetitulatarum Dominationum vestrarum sub quarta mensis et anni volventis exaratis rite intellexit haec Caesarea Camera Aulica, quibus ex motivis improba-verunt praenuncupatae Dominationes vestrae in superiori-bus Regni partibus Judaeorum ad illas partes quaestum exercentium taxationem. Nihil interim dubitaretur, antela-tas Dominationes vestras probe discernere, Judaeos indiffe-renter ad tolerantialem censum, obligari, taxamque Dieta-lem a tolerantiali censu distingui, et sicut Liberae ac Regiae Civitates pleraeque tametsi annum censum solvant, ad taxas Dietales nihilominus praestandas obligantur, ita etiam tametsi Judaei taxas Dietales praestent, per id tamen a To-lerantiali censu non eximerentur; et hisce servitio Domini et in aliis quoque Regnis et Provinciis observatae consue-tudini conviens fuerit, ut non obstante Dietali Taxae praeter hanc etiam Judaei in Regno residentes ad solutionem tole-rantialis Census reducantur. In reliquo praetitulatas Domi-nationes vestras diu salvas et incolumes vivere comprecamur

Viennae die 22. Februar 1732.

N. N. Sacrae Caesareae Regiaeque Mattis Praeses Vicepraeses etc.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1732 Februarii 22.

390.

1732 február havában. Mayer Assur pozsonyi zsidó kéri a magy. udv. kancelláriát, hogy intézkedjék, miszerint Gerson Suszmann nagymartoni adósának már neki odaítélt ingóságát a többi hitelezők mellőzésével elsőbbségi jognál fogva neki adják ki.

Excelsa Cancellaria Regio-Aulica Hungarica.

Domini, Domini Benignissimi, Gratosissimi.

Esto quidem ego tot expensarum profusionibus oneratus, indubie sperassem, me res mobiles et effectus Dominio Principali Matterstorphensi, Inclyto vero Comitatus Soproniensi adjacentes debitoris mei Gerson Susmann nuncupati, per me suis viis et modis, coramve competenti ejusdem foro conventi, ac etiam judicialiter convicti, erga iteratas etiam Excelsi Mareschallatus officii literas Compassuales per antelatum Dominium non tantum acceptatas, verum etiam in Sede sua Dominali, die utpote 31. Mensis non ita dudum effluxi Julii, anni proxime evoluti 1731 celebrata, stabilitas consecuturum, taliterque reale jus et absolutum Dominium in easdem praememoratas res Mobiles sortiturum fore: Quia nihilominus penes interventum Clementissimum Regium de dato Vienna Austriae die adhuc 20. Mensis Septemb. anni aequae recens evoluti praescripti mandatum pro 10. et subsequentibus aequae recenter praeterlapsi mensis Decembris anni praespecificati iterato cum nova Expensarum profusione ad Sedem Dominalem Celsissimi tutoratus Esterhasiani citatus ac evocatus fuisset, in quo trno. etiam suo modo comparando, jus meum Competenti iudice Authore definitum ac determinatum, in resque antelatas investitum ac irradicatum in eo duntaxat statu ac termino, quo illud mihi ibidem adurgere licuisset, ac integrum fuisset, nimirum ad Realitatem et Complementum justitiae consequendum, antelatas res mihi extradandas cum jugi reflexione ad literas iteratas Excelsi Aulae Mareschallatus humillime adursissem, eatenus vero qualenam Sententiam obtinuisset, processus Series per praememoratam Sedem Dominalem Excelsae huicce Cancellariae debito modo submissa uberius declarabit.

Quia vero jus meum aliorum praetensorum Gerson Susmanianorum concurrentium Debitorum ex eo prius et potius esse censeretur, quod Auctore iudice Competente stabilitum ac consolidatum fuisset, hinc idem jus meum per antelatam Inclytam Sedem Dominalem vigore Sententiae

sub 31. July prioris Anni pro parte mea ibidem latae, aliter etiam cognosci non valuit, neque valuisset, nisi cum Disquisitione ac Invalidatione antelatarum mearum Compassualium, quae cum vero iudicis Competentis evaderent factum manifestum, hinc justitiae ac aequitatis, imo inter Regna et Provincias receptae esset Praxis, ut talismodi literae Compassuales debito et reali fini mancipientur, quod ipsum veluti ex similitudine arti. 28. 1567 manifeste deduceretur, ita humillime etiam spero jus meum modo praevio caeterorum praetensis juribus praepollens, in rebusque et specificatis investitutum, admissum per Excelsam quoque Cancellariam iri, eapropter Eidem Excelsae Cancellariae humillime supplico, dignetur Causis, rationibusque et motivis ex praeallegatis mihi de praesentaneo benigno, tamen ac legali justitiae realis implementivo Extraditionis realis crebro fatarum rerum mobilium remedio (ne iidem effectus et res mobiles, uti jam jam per tantum temporis spatium maxima ex parte corruptae sunt, per ulteriorem sequestrum omnino pereant et postremo in nihilum evadant) gratiose, una ac paterne providere, taliterque mihi jus ac justitiam cum relegatione praetensorum Gerson Susmanianorum Debitorum administrare, pro qua Benignitate ac Gratia permaneo.

Ejusdem Excelsae Cancellariae Regio Hungaricae Aulicae.

Humillimus devotissimusque . . . (Cliens?)
Assur Mayer Judaeus Posoniensis
Subarcensis.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. Martius Nrs. 7.

391.

Bécs 1732 február 29. Királyi rendelet Sopron megyéhez, miszerint Gerson Suszmann nagymartoni zsidónak bírói zárlat alá vett tárgyait Mayer Assur zsidónak adják át, a többi hitelezőit pedig igényeikkel az udvarnagyi hivatalhoz utasítsák.

Carolus VI etc.

Reverendi Hrabiles etc. Demisse relata sunt Nobis ea, quae in Causa diversorum Creditorum Gerso Susman vocali Judaei Sedes Dnalis in Arce Keresztur praeterito Mense Decembri celebrata, medio Vri Regiae Cancellariae Nrae Hgco-Aulicae transmissit; Qua in Causa clementer hisce rescribendum esse duximus, ut res praefati Debitoris in Nagy-Marton pro parte et ad rationem alterius Judaei Assur Mayer dicti, erga factam praevie a Mareschallatu Nro Aulico eatenus requisitione in Judrium sequestrum sumptas ac aestimatas, cum et alioquin Mense adhuc Junio Anni recenter evoluti per Judicium praefati Mareschallatus determinatum extiterit, ut ejusmodi res Creditori Assurmayer dicto in solutionem praetensionis liquidae, pignore praetorio attunc jam gravatae, imo destinatae ac sub sequestratione consistentes extradantur praerepetito Creditori Assur Mayer vocato absque ulteriore quapiam eatenus formanda quaestione realiter ac effective extradari, reliquos vero creditores memorati Gerson Susman intuitu praetensionum suarum ad conveniendum eundem Debitorem coram dicto Mareschallatu Aulico, cui nimirum subesset remitti curare, ac de his debite effectuantis convenientem suo loco intimationem facere debeatis et teneamini. Gratia in reliquo etc. Datum in Citte Nra Vienna Austriae die 29. febr. 1732.

Cottui Sopronien.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1732 Martius Nrs. 7.

392.

Bécs 1732 április 14. Az udv. kamara kérdezi a magy. udv. kancelláriát, hogy miképen lehet a belgrádi vár igazgató-ságának a lipótvári zsidó vámbérlő által neki okozott kárt megtéríttetni.

Illustrissime, Spectabiles, ac Magnifici etc.

Contra Telonii Leopoldopoliensis Arendatorem Judaeum fortificationis Belgradiensis Directorii officium, ob

arrestata ligna, pro attacta fortificatione destinata, contra exigentiam liberi passus Literarum detenta, et ob id causata damna, qualem praetensionem formet, ex prioribus sub tertia Martii, et trigesima Augusti Millesimi septingentesimi trigesimi primi, communicatis constabit praetitulatis Dominationibus vestris. Quia vero hactenus in praemissis nulum subsecutum esset responsum, Inclytum autem Consilium Aulae Bellicum praestandam indemnisationem iterato in forma annexi adurgeret.

Obid suprafatae Dominationes vestrae requiruntur in praescito passu suam informationem, cum declaratione, qualiter satisfactio (rebus ut praefertur stantibus) mentionato Directorio interesse aerarii involventi praestari possit, accelerare haud gravatim velint. In reliquo praetitulatas Dominationes vestras ad vota vivere cupimus. Viennae die 14 Aprilis Anni 1732.

N. N. Sacrae Caeserae, Regiaeque etc.

Orsz. Levélt. Ben. Res. Aprilis 14.

393.

Bécs 1732 május 12. A m. udv. kancellária másolatban átküldi a m. udv. kamarának a haditanácstól a Monticelliek és Hirschl Izsák és József Simon budai zsidók közti ügyében kapott választ.

Camerae Hungaricae.

Excell^{me} Sples, Magnifici, nec non Perill. ac Generosi Dni Nobis obssimi.

Salutem, et Servitiorum nrorum commendationem. Literas praetitulatarum Dominationum vrarum, in puncto certorum Judaeorum Budensium, Isaac Hirschl, et Simon Joseph nuncupatorum, et ad Instantiam Monticelliam Mandatorii, ad comparendum coram Caesareo Generalis Bellici Auditoratus officio, citatorum, adhuc de Dato 22. Mensis Xbris Anni praeteriti, ad Nos datas amice percepimus; et

simul continentias earundem rite intelleximus. Quia vero supratitulatae Dominationes Vrae tenore Earundem Literarum Suarum Cancellariae hujus Regiae interventionem, eo nomine apud J. Consilium Aulae Bellicum adhibendam, requisivisset: Quid demum idem Consilium Bellicum, ad Cancellaria hujus correspondentiale Insinuatum responderit, ex Reinsinuato suo, isthic copialiter annexo uberius informabuntur eadem Dominationes Vrae. In reliquo servet Deus Excell^m, Splēs ac Magcas nec n. Perill. et Generosas Dominationes vras ad vota propria diu salvas et incolumes. Datum Viennae Austriae die 12 Mensis Maji Anno Dni 1732.

N. N. Sacrae Caesareae Regiaeque Mattis
Vice-Cancellarius, caeterique penes Cancell^m Hungcam Regii Aulici Consiliarii

Ex offio!

Jaszvicz.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1732 Majus Nrs. 112.

394.

Bécs 1732 május 30. A magyar kancellária újból sürgeti a magyar kamaránál a karkóczi zsidó vámbérlő eltávolítását, mert Trencsén megye panasza szerint jogtalanul nagyobb vámot követel a tutajok után.

Sacrae R^{ae}que Mattis Inclytae Camerae hisce peramice significandum; Eandemque ad aliam Regiae hujus Cancellariae Insinuationem ad repraesentationem Consilii Regii Locumtenentialis sub 16^a Martii anno adhuc praeterito 1731. in eo, ut Telonii Karkócziensis Arendator Judaeus, ab eodem Telonio, juxta dictamen Regni Legum quo certius et citius amoveatur, emanatam reflecti. — Et quia desuper nullum adhuc diem Cancellaria haec Regia a praelibata ista Camera Aulica accepisset Responsum; Interim vero memoratum Consilium Regium Locumtenentiale, ad querimoniam Cottus Trencsiniensis, recenter iterum huc perscripsisse,

quod dictus Judaeus Telonii Arendator, in ripa Vagi Praesidio Lepoldopoliensi vicina, a singula quaestorum Rati denarios 40. adhuc diem exigit. Cum autem exactio haec contra positivas Regni leges, et signanter art. 15. 1723 subsistere haud posset, sed et Judaeos a Teloniis amovendos esse idem artus dictaret, idque benignum quoque Caeso Regium eatenus interventum Mandatum exigeret.

Hinc praelibatam istam Cameram Aulicam, in conformitate praenotati Cancellae hujus Regiae Insinuati ulterius peramice requiri, quatenus praetactae indebitae et illegalis exactionis abrogationem, et suprafati Judaei a praescripto Telonio, quo certius et citius instituendam amotionem suo loco ordinari haud gravatim velit. Ne secus in casu tardandae amotionis illius Judaei, Transeuntes ibidem juxta praecitatum arlum, a solvendo alias etiam debito Telonio, usque dum repetitus Judaeus amoveatur, penitus immunes et exempti habeantur. Caeter. Eidem Inclytae Camerae Aulicae ad exhibenda etc.

Cancellaria R. H. A.

Viennae 30. Maji 1732.

Blaskovics.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1732 Majus Nrs. 126.

395.

Bécs 1732 június 4. Márkus Schlesinger udvari zsidó Hochburg örököseinél levő követelése elintézésére teljhatalmat ad Eitlhuber Józsefnek.

Excelsa Cancellaria Regia Hungarica Aulica.

Infrascriptus coram praefata Excelsa Cancellaria intuitu consecutionis debiti apud Hochburgianos Haeredes habiti constituo in legitimum Plenipotentiarum Egregium Josephum Eitlhuber, dando eidem omnimodam sive juris via, sive amicabile modo, usque ad anni revolutionem transigendi facultatem et procedendi.

Ejusdem Excelsae Regio-Hungaricae Aulicae Cancellariae

Humillimus
 Marcus Schlesinger
 Hebraeus Aulicus.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1732 Junius Nrs. 10.

396.

Bécs 1732 június 21. Az udv. kamara kéri a magy. kancelláriát, hogy a lipótvári zsidó vámbérlőt eltiltsa attól, hogy egy-egy tutaj után 40 denár vámot szedjen és közölje vele, vajjon a zsidó bérlő helyett keresztény kapható?

Illustrissime, Spectabiles, ac Magnifici etc.

Inclyta Cancellaria Regia Hungarico-Aulica argumento Articuli decimi quinti Anni millesimi septingentesimi vigesimi tertii, quomodo inhaereat amotioni a Telonio Leopoldopolitensi Judaei Arendatoris, ac simul qualiter contra dictamen attacti Articuli, a quolibet quaestorum rati in ripa Vagi denarios quadraginta exigi, repraesentet, annexa Insinuati Copia uberius exhibet. Quandoquidem Arendatori illi Judaeo, exactio duntaxat Legalis admissa habeatur, ab exactione praescitorum quadraginta denariorum stricte inhibendus est; Amotio vero illius ab eo dependere videtur, utrum tantum dare volens haberi possit Christianus Arendator. Reflectit quidem se Caesarea haecce Camera Aulica, effluxo priori Arendae Termino, licitationem institutam, et etiam Christianos incitatos exstitisse verum neminem proportionatam Arendam obtulisse, ut convenientiae ratio Judaeo iterum exarendandum suaserit.

Non gravabuntur proinde supratitulatae Dominationes vestrae exactionem illorum quadraginta denariorum actutum abrogare, et an Christianus Arendator haberi possit, Cameram istam Aulicam informare. In reliquo prae-

titulatos Dominationes vestras ad vota vivere cupimus.
Viennae die 21 Junii 1732.

N. N. Sacrae, Caesareae Regiaeque etc.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1732 Junii 21.

397.

Bécs 1732 június 30. A magyar kancellária közli a cseh kancelláriával a rablási bűnrészességgel vádolt Jakab Hirschl és Sámuel Kalman ellen az Eszterházy-uradalom úriszékén hozott ítéletet.

Inclytæ Cancellariæ Regiæ Bohemico-Aulicæ, ad Ejusdem ratione et intuitu Judæorum Jacob Hirschl et Samuel Kalman cognominatorum, in Regno Hungariæ inque Arce Lakenpach Cottui Soproniensi arestatorum complicitatis Robbariæ insinuatorum die 8^{va} præteriti Mensis Januarii, postremo emanatam Insinuationem, hisce peramice reinsinuandum; Causa eorundem Captivorum, in Sede Dominali Principatus Eszterhasiani die 29^a præteriti Mensis Aprilis celebrata, in Revisionem Judiciariam assumpta, et in Conformitate Actorum Regii Appelationum Tribunalis Bohemici, abhinc memorato Cottui Soproniensi communicatorum examinata, qualiter negotium idem terminatum fuerit, ex hicce annexa dictæ Sedis Magralis, Deliberatione et Sententia, uberius percipere haud gravatim velit Eadem Inclyta Cancellaria Regia Bohemico-Aulica. Cui dum præmissa, ad Statum Notitiæ, Cancellaria hæc Regia pariter Aulica, communicaret, simul ad exhibenda quævis etc.

Marcell.

Cancellaria R. H. A.
Viennae 30. Junii 1732.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1732 Julius Nrs. 76.

398.

Bécs 1732 július 5. Báró Kijaan Kristóf Henrik igazolja, hogy az ő elnöklése alatt Márkus Hirschl és Paluska György, esztergomi érseki uradalmi főigazgató közt történt elszámolás közben Hirschl egy 1845 forintról szóló váltót tévedésből máshová intéztetett.

Coll.

Auf beschehenes Ansuchen des Kays. auch Königl. Polnischen Ober Factoris Herrn Marcus Hirschl attestire hierdurch der Wahrheit zur steuer, das nachdeme den letzten April längst verflossenen 1725 Jahres und zwahr unter meinem Praesidio zwischen dem damahligen und indessen Seelig verstorbenen Erz Bischöflich Granerischen Ober Regenten herrn Paluska von Maroth plen; Titul: und obgedachten Herrn Marcus Hirschl eine zusammen Rechnung von 17689 fl gepflogen worden, sich darunter eine Hirschl-sche Quittung de dato 6. April besagten Jahres per 5300 fl befunden, welche auff eigenes begehren wohlgedachten H. v. Paluska ptl. durch erwehnten Herrn Hirschl in verschiedene separirte Quittungen umgeschrieben werden müssen, sich folglich umbso Leichter der Verstosz ergeben können, das oft ermeldter Herr Hirschl eine Quittung pr 1845 fl alsz ein p. Mense Januarii dicti anni 1725 nach Regenspurg remittierret seyn sollendes Kuchl geldt aus Versehen Extradieret habe, alsz dergleichen Rimessen dahin aller Erst den darauf folgenden Monath Martii den anfang genommen haben; bey welcher der sachen wahrer beschaffenheit denn also gegenwärtiges von mir obgedachter messen beehrtes Attestatum unter meiner aigenhändiger fertigung hierdurch auszustellen auch keinen anstandt nehmen können, so geschehen, Wienn, d. 5 Julii 1732.

L. S.

Christoph Heinrich Freyh. von Kijaan

Collationirt und ist gegenwärtige abschreibt den mir
produzirten wahren Originali allerdings gleichlautendt.
Wienn d. 24^{ten} Martii A. 1733.

Johann Leopoldt Pacher
der Röm: Kays: May:
Hoff Camer Expeditor.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1733 Julii 26.

399.

*1732 július havában. Spitz Ábrahám kéri a királytól, hogy
teendő vallomása hivatalos felvétele végett Jászy Pált, a
pozsonyi kamara tanácsosát rendeljék ki.*

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas;

Domine Domine Clementissime!

Licet fide dignorum hominum eliciendae, et in Jure
producendae veritatis confessiones, penes consveta ordina
riorum Regni Judicum Mandata Compulsoria excipi as(s)o
lerent, quia tamen intuitu hujus Statuum et Conditionum
dignitas, Majestatisque Vestrae Sacrae gesti Consiliaria
tus officii singularis haberi solet reflexio, hacque ex ratione
talium fide digna fassio seposito Compulsorio Mandato,
penes benignum recognitorium Mandatum excipi consvevit.

Hinc cum egregii Pauli Jaszy Camerae Majestatis Ve
strae Sacratissimae Posoniensis Consilarii fide digna pro
Jurium meorum tutione veritatis confessione ego ad prae
sens plurimum indigerem: Ideo pro benigno eidem mentio
nato Paulo Jaszy sonante recognitorio Mandato Clementer
elargiendo apud Majestatem Vestram Sacratissimam de
genu humillime insto.

Majestatis Vestrae Sacratissimae.

Humillimus et fidelis subditus
Abraham Spitz Hebraeus
privilegiatus.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1732 Julius Nrs. 44.

Karlsbad 1732 július 18. A király kirendeli Jászy Pált, m. kir. kamarai tanácsost Ábrahám Spitz nyilatkozatának hivatalos elismerése végett.

Carolus VI. etc. Tibi fideli nostro Egregio Paulo Jászy Camerae nostrae Regiae Hungaricae Consiliario Salutem et Gratiam. Expositum est Matti nrae nomine et in persona Hebraei Abraham Spicz, qualiter Ipse Exponens in facto quorundam negotiorum suorum, coram clarius declarandorum fideli recognitione et Attestatione Tua ad praesens pro Jurium suorum tuitione plurimum indigeret essetque necessarius; Ac proinde supplicatum extitit Matti nrae nomine et in persona memorati Exponentis hebraei debita cum Instantia humillime, quatenus eidem in praemissis clementer providere, Tibique eatenus benigne committere et mandare dignaremur. Cum autem Justa petenti non sit denegandus assensus; Et alioquin etiam veritatis Confessio et fidedignorum hominum recognitiones et attestaciones nemini denegari deberent. Pro eo Tibi harum serie benigne committimus et mandamus, quatenus dum et quando per praefatum Exponentem hebraeum aut hominem ipsius vigore praesen. requisitus fueris, ad ea omnia, quae Tibi proposita fuerint, fidedignum Testimonium et veritatis recognitionem (prouti nimirum ea Tibi constiterint) sub eo, quo matti nrae et sacro Diademati nostro Regio obstrictus es Juramento perhibere; Ac demum super ejusmodi recognitione et Attestatione Tua Literas Tuas Testimoniales Recognitionales Jurium praenotati Exponentis hebraei futuram ad Cautelam necessarias extradare modis omnibus debeas et tenearis. Communi suadente Justitia. Nec secus factururus. Praesentibus perlectis Exhibenti restitutus. Datum In Thermis Carolinis die 18. Julii 1732.

Jur. Recognitorium pro Hebraeo Abrahamo Spicz, Egregio Paulo Jászy Camerae Regiae Hungcae Consiliario sonans.

Dombay.

401.

Homonna 1732 július 24. Kimutatás a sztropkói harmincadkerületben lakó zsidóknak hátralékos türelmi adóról.

Specificatio Tollerantialis Restantiae in Districtu Tricesimae Sztropkoviensis inter Judaeos haerentis.

In Ladomér Judaeus Michaël erga Contractum restat quinque flor. pro Annis 1729 et 1730 fl 19 in toto Rf. 24.—

In Sztropko Judaeus Josephus Restat 6.—

In Duklya Judaeus David restat pro Educto Ferro fl 9.—

In Raslavicza Judaeus Abraham convenit in Tollerantia administranda ad fl 12. cum autem persolvere noluit, acceptum ab ipso Pignus Dno Regeczy Datum, quod et asservatum, unde desumendi essent fl 12 super quibus D: Regeczy Respondeat. Idest. Rfl. 12.—

Summa fl . . . 51.—

Datum Hommonae die 24 Julii Aº 1732.

Orsz. Levélt. Ad Ben Res 1733 Januarii 15.

402.

Hommona 1732 július 24. Kimutatás a szatmári és kassai harmincadkerületben lakó zsidók hátralékos türelmi adójáról.

Specificatio Tollerantialis Restantiae in Districtu Szatmariensi inter Judaeos haerentis.

In Szathmar Arendator Josephus defacto Varadini existens Anno 1728 erat Arendator Szatmariensis, qui a sua Arenda Szatmariensi solum praestitit fl 30. tenens arendam in Rf. 800, Secundum Taxam vero Cameralem 6 per Centum, obvenirent fl. 48 Defalcatis fl 30. tenetur adhuc fl. 18.—

In Szathmar Judaeus Pinkas, qui et defacto Arendator existit pro Annis 1729 et 1730 Annuatim per R. fl. 48. Solvere debuisse, pro Anno vero 1729. Solum praestitit fl. 15. Restet igitur pro 2bus Annis fl.	81.—
In Szatmar Judaeus Lejman pro 3bus Annis p fl 6 Anuatim Computando Restat R. fl.	18.—
In Szatmar. Judaeus Ores pro 3bus Annis p f. 3 tenetur fl.	9.—
In N: Karoly. Arendator servat Arendam in R. fnis 1400 obvenirent Annuatim 6 p. Centum Computando f 84 pro Annis itaque 3bus Constituit Summa restantiae fl.	252.—
In N: Karoly Viginti Reliqui Judaei I. Camera limitavit Annuatim ad R. fl 3 p. Anno 1728 ad-[mini]strarunt difficulter fl 20. Restant pro Eodem Anno fl 40. Pro Anno 1729 solverunt fl. 20. Restant fl 40 et pro Anno 1730 solverunt fl. 30, evenit Restantia ad fl.	110.—
Summa fl.	488.—

Datum Hommonae die 24 Julij A. 1732.

Specificatio Tollerantialis Restantiae in Districtu Tricesimae Cassoviensis inter Judaeos haerentis.

In Miskolcz Judaei quatuor per I. Cameram Limitati, Singulus in Imperialibus 10 Annuatim, qui pro Anno 1728. A. 1729 suam Tollerantiam exolverunt, pro 1730 Anno vero solum administrarunt Rh fl. 40, restant adhuc R fl.	20.—
In Enicske Judaeus pro 3bus Annis restat fl. . . .	30.—
In Zadany Judaeus restat pro Trigennio à fl. 9. fl. . .	27.—
Summa fl.	77.—

Hommonae die 24 Julii 1732.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1733 Januarii 15.

Hommona 1732 július 24. Kimutatás az ungvári harmineckerületben lakó zsidók türelmi adóhátralékáról.

Specificatio Tollerantialis Restantiae in Districtu Tricesimae Unghvariensis inter Judaeos haerentis.

In Szerednye Judaeus Lazar tenetur pro 3bus

Annis Rfl. 15.—

In Dravecz Judaeus pro 2bus Annis „ 10.—

In Minay Judaeus pro 2bus Annis „ 8.—

In Zavitzin Judaeus pro 3bus Annis „ 6.—

In Unghvar Judaeus Arendator Kauffman restat „ 4.—

Ibidem Judaeus Josko restat vi Contractus . . „ 3.—

Ibidem Judaeus Marko pro 3bus Annis in
Diversorio „ 21.—

In Mokocs Mosko pro 2bus Annis „ 8.—

In Perecsin Mendel pro 6. Annis a fl 4 „ 24.—

In Szemere Judaeus Nozen pro 2bus Annis . . „ 8.—

Idem ab Educatione 3 Vasorum Vini in A^o 1730 „ 3.45

Item Mellis Vasor. 2 „ 1.42

In Passika Mosko pro 2bus Annis restat . . . „ 10.—

In N. Bereznye Judaeus Pristinus mansit Rfl. 6.

Modernus vero Judaeus Hero Rest. 3 fl. . . „ 9.—

Idem Judaeus Hers ab Educatione 20 Vasorum
vini in Anno 1724 restat „ 20.—

In Tycha Judaeus Pinkas pro 2bus Annis . . „ 8.—

In Sztavna Judaeus Froim ad Contractum
tenetur „ 9.—

In Kosztrina Relicta Judaea pro 2bus Annis . . „ 8.—

In Uzok Judaeus Boruch pro 3bus Annis . . . „ 15.—

In Podhorany Judaeus pro 2bus Annis . . . „ 4.—

In Csicserocs Csmal(?) pro 2bus Annis . . . „ 8.—

In Dubrinics pro Anno 1729 debeat fl 9. solvit.
à Conto fl 6. restat fl 3. pro Anno 1730
fl 9. in Summa fl. 12 in rationem hujus

Summae fl 12 aestimatus Equus in fl 5.

restat ad huc 7.—

Summa fl. 210.27 x

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1733 Januarii 15.

404.

Homonna 1732 július 24. Kimutatás a késmárki, tokaji, váradi és ujhelyi harmincadkerületekben lakó zsidóknak türelmi adóhátralékáról.

Specificatio Tollerantialis Restantiae in Districtu Trimae. Kesmarkiensis inter Judaeos haerentis.

Circa Kesmarkinum in Hunsdorf et alibi residentes Judaei Vigore limitationis I: Camerae pro singulo Anno quolibet per Aureum Unum tribuere deberet prouti Mandatum emanatum esset, super quo Decreto nil plus quam Aureos duos solverunt, obvenissent itaque Annuatim Aurei 15: pro tribus vero Anni 45. qui solvendi restant 43.—

Specificatio Tollerantialis Restantiae in Districtu Tricesimae Tokajensis inter Judaeos haerentis, ut sequitur:

In Sigeth. Judaeus Arendator Dni Stephani Szirmay tenens Braxatorium, Annuatim ad Solvendum Taxatus in R. fl. 15, qui pro tribus Annis restant R. fl. 45.—

In Mada Judaeus Zelik a sua Arenda 6 p. Centum Annuatim, solve debuisse, siquidem Braxatorium usuasset Madini in fl. 800. In Tarczal Diversoria in fl 200. praeterea alia Diversoria Cir. 18 evenit Annualis Arenda ad R.fl. 60. provenirent itaque pro Trigennio R. fl. 180, ad quam Summam praestitit fl 90, restant adhuc fl. 90.—

In Benny Judaeus Jenkel ab Ujheliensi Arenda pro 1729 et 1730 restat fl. 24.—

Idem in Liszka pariter suum Crematum per duos annos vendebat a quo solvere debuisset Annuum per fl 8 Exurgit Summa per Bigennium restant ad	fl. 16.—
In Keresztur Judaeus Vulf pro Annis 1728, 1729 solvit solum fl. 20 pro Anno vero 1730 solvit fl 30 .Restat pro 2bus Annis . . .	fl. 20.—
Ibidem Judaeus Abus pro 3bus Annis nil solvit pro quibus restat	fl. 9.—
In Horvath Judaeus pro 1729. et 1730 solvit solum R. fl. 20 restat adhuc	fl. 10.—
In Tolcsva Judaeus Lanio pro 3bus Annis . .	fl. 6.—
Ibidem Judaeus Eisik solvit pro Anno 1728 R. fl 6 a Galosiensi vero Arenda restat in Universum	fl. 12.—
Summa facit.	fl. 232.—

Specificatio Tollerantialis Restantiae in Districtu Trimae. Varadiniensis inter Judaeos haerentis.

Varadini Judaeus Joseph Moskovics ab Arenda Varadiensis tenetur pro 3bus Annis, id est pro singulo anno per fl 24. Computando facit Rf.	72.—
Idem Judaeus ab Arenda Szatmáriensi pro Triennio obvenirent singulatim 6 p. Centum à fl 800 Hung fl 48 ad rationem quorum solvit Rf 30. Itaque restat a Szatmariensi Arenda	fl. 18.—
Varadini ibidem Judaeus Simon pro 3bus annis a fl 18. restat	„ 54.—
Ibidem Leffko pro 3bus Annis à pro fl 12 . . .	„ 36.—
Ibidem Judaeus Fajgel pro 3bus Annis aequae . .	„ 36.—
Ibidem Judaeus Josephi Gener pro 3bus Annis . .	„ 36.—
In Diószegh idem Josephi Gener praeter adstratos 4 fl. Annuatim restat a fl 8 . . .	„ 20.—
Summa facit	fl. 272.—

Specificatio Tollerantiales Restantiae in Districtu Tricesimae Ujheliensis inter Judaeos haerentis.

In Ujhely Judaeus Lefko ab Arenda Hordovi-	
ensi restat	Rhfl. 15.—
Ibidem, In domo Feketeiana Judaeus Bassa	
residens tenetur pro 3bus Annis	„ 18.—
Ibidem Judaeus Zelman Pop Germanus pro	
Annis 1728 et 1729 persolvit, pro Anno	
vero 1730 restat	„ 15.—
Ibidem Judaeus Boruch in Domo Szirmaiana	
restat	„ 8.—
In Zypo? Judaeus Marko pro 2bus Annis	„ 3.—
In Galszecs Judaeus restat	„ 1.—
In Vojetics Judaeus pro 3bus Annis convenit	
in fl. 12	„ 12.—
In Tussa Ujfalú Judaeus Annuatim solvere	
debuisset per Rf. 6. non solvit plus quam	
fl 8 rest.	„ 10.—
In Morva Judaeus restat	„ 2.—
In Rákocz Judaeus restat vi Contractus	„ 3.30
In Boschicza Judaeus Mansit restantiarius	
pro 3bus Annis a fl 5	„ 15.—
Summa facit fl. 102.30 x	

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1733 Januarii 15.

405.

*Bécs 1732 november 3. Márkus Hirschl felségfolyamod-
ványa, melyben a királytól perújítási engedélyt kér a közte
és Viczény Mihály tokaji harmincados közti perben hozott
ítélet ellen.*

Sacratissima Caesarea, Regiaque Majestas,
Domine Domine naturaliter Clementissime!

Majestati Vestrae Sacratissimae humillime repraesentare necessitor; Qualiter in Anno 1721. Die 10 Mensis Junii Judaeus Löw Oppenheimer cum Egregio Michaële Viczen

eotum Tricesimatore Tokayensi ad certum condescendit Contractum; Virtute cujus modofatus Michael Viczen centum Vascula vini Tokayensis praedicto Judaeo vendendo, et conventum eorundem pretium partim in fl. 3793 parato in aere numeratis, partim vero certis Schaedis Cambialibus Quaestorem Polonum Thomam Venton obligantibus, ad manus suas percipiendo, licet quidem modo praevio vendita Bona manibus Emptoris consignasset, eademque se Vieniem vel Posonium pro certo Termino administraturum strictissime obligasset. Quia tamen obligationi suae satis non fecisset, hinc praedeclarata in mutuo Partium Contractu radicata liquida praetensione, in me virtute Literarum Cessionalium, medio tempore devoluta existente ad Viam Juris condescendere, debitamque mihi satisfactionem Authore Judice quaerere obligabar; suscitatus nihilominus, per me Processus, illuc usque per antelatum Michaellem Viczen protelatus extitit, donec Anno 1726. se Actorem contra me efficiendo, me ad Tabulam Regiam Judiciariam citare, ibidemque praedeclarati Contractus Invalidationem petere sustinuisset.

Examinatis in Tabula Regia pro et contra praedeclaratum Contractum adductis rationibus, quoniam me nimis gravem et onerosam in Tabula Regia recipere contigisset sententiam, eandem maturioris Revisionis gratia ad Excelsum Tabulam Septem Viralem appellavi quidem, sed ibi etiam approbata extitit; ubi tamen si illae rationes, argumenta et motiva quas, et terminata Causa mihi nimis utiles, et proficua fore adverti, allegatae, et pro Manutentione Contractus in medium adducta fuissent, sperassem me longe melius, Juribusque meis utilius recipere potuisse Judicium, prout etiam de praesenti sperarem.

Quia vero omnes nocivi Errores et Defectus in Causarum Forum Septem-Virale transcendentium Processibus emersi ad Exigentiam Tituli 77 Part. 2^{ae} penes Novum Judicium cum Gratia reformari et semel in melius corrigi consuevissent.

Ideo Majestati Vestrae Sacratissimae humillime supplico, dignetur mihi causa in praedeclarata consuetum novi

Judicii cum gratia Remedium clementissime indulgere, praelibataeque Tabulae Regiae Judiciariae, quatenus priori Processu producto, alioquin cassato, praescriptam causam de novo assumere, ex novis rationibus novum Jus, et Judicium, Justitiamque administrare debeat, clementer committere, et mandare.

Quam Clementiam humillimis meis perpetuoque fidelibus servitiis omnimode demereri adnitar, perseverando Majestati Vestrae Sacratissimae

humillimus perpetuoque fidelis Vasallus
 Marcus Hirschl.

Kívül: Praes: 3. 9bris 1732.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1732 November Nro. 64.

406.

1732 november 7. Mihály Spiro, pozsonyi zsidó engedélyt kér a királytól arra, hogy a közte és Windischgrätz Anna Margareta grófnő közötti perben hozott kir. táblai ítéletet revisió alá vegyék.

Sacratissima Caesarea, Regiaque Majestas,

Domine Domine Clementissime!

Innatae Majestatis Vestrae Sacratissimae Benignitati et Clementiae confisus, Lamentabiliter sane ac humillime repraesentare necessitor: Quod postquam Anno 1730 23 Martii intuitu 4000 florenorum per Dominam Comitissam Annam Margaretham Vindischgrätz a Parente condam meo Hirschl Spiro, uti praeberetur, inexolute remansorum coram sede Dominali Excellentissimi Domini Comititis condam Nicolai Pálffy Jure conventus extitissem: Praetensionem eandem partim computu, partim vero solidissimis titulatae Dnae Comitissae Quietantiis sublatam esse demonstrando, praestolabar simpliciter per Dominam Comitissam et Processus instituti, et Praetensionis formatae sublationem: Attamen loco sperati ab inde recessus contrarium experiri licuit. Nam

quietantiam super mille florenis productam, confectionemque obligatorialium subsequentem non ad Actionales Lras obligatorias spectare, verum ad aliam Summam longo tempore per Genitorem ipsi depositam, mihi que ignotam referri debere indicasset: assertumque praemissum penitus, nulla Proba firmatum, unice Juramento stabiliendum processualiter Domina Comitissa obtulisset, Quia tamen ejusdem Quietantiae ad summam in Actione expressam relationem esse indisputabilem evictum foret 1^o Quod nullis Existentibus Genitoris condam mei apud Dominam Comitissam aliis obligatorialibus, exceptis in Actione comprehensis quietantiam ex ratione ea ad exstantes, et eandem praecedentes obligatorias referri debere. Cum 2^{do} quietantiis Dominae Comitissae originalibus docentur Interesse non ab integrali quatuor millium, verum sublatis per quietantiam mille, a residua solummodo trium millium florenorum summa et solutum et per Dominam Comitissam postulatum fuisse. 3^o Quod post mortem genitoris mei Inventario per Dominum Palffyannum pro regulanda inter me et sorores meas divisione facto, tria solummodo millia in Libris Mercantilibus adinventata fuissent. Unde prout solutionem, ita quietantiam controversam praemissae circumstantiae sufficienter solidarent. Juramentum autem admitti, nequiri, demonstratum est, tum ex hoc, quod dictante Quaest. 22. Cap. 6. Kitth. et ff. 30. Par 2^{ae} contra Documentum Literale proprium non admitteretur, tum ex eo, quod Domina Comitissa nullam semiplenam adferret probam, qua ego gravatus, dictante articulo 27. Novellari Suppletorium Dnae Comitissae deferri posset Juramentum. His rationibus in Legalitate fundatis, ubi per Judicium Sedis Dominalis absolutus, ac unice in 478 florenis, prout id ex adnexis Deliberationis Paribus Lra A. signatis appareret, convictus fuisssem. ambae Partes ad Sedem Comitatus Poson, Judiciariam appellarunt, celebrata ex post 16 Mensis Januarii Anni currentis Sede Judiciaria, Processuque in revisionem sumpto, Sententiam Sedis Dominalis in puncto oblata per Dnam Comitissam Juramenti Sedes Comitatus Judiciaria reformavit, Juramentumque Dominae Comitissae deferendum

deliberative adinvenit. Hanc Deliberationem pro maturiori revisione ad Inclytam Majestatis vestrae Smae Tabulam Regiam provocando, Processum unice circa 26 Mensis Aprilis diem extradatum Pestinum pro Actione Tabulae Regiae et praesentanda transmissi Terminumque in diem 5tam elapsi Men. Septembris incidentem pro Revisione Processus obtinui. Quo adveniente, Partibusque Comparentibus, Domina Comitissa Revisionem Processus ratione ex ea, quod Appelatae Prosecutio intra trimestre spatium benigno Mattis vrae Smae Mandato praescriptum intermissa esset, controvertit, Deliberationemque in eo fundatam obtinuit, ut propter non observatum trimestre spatium Sententia Comitatus pro effectuatione remittatur et tandem extra Dominium reveideatur. In conformitate cujus Terminum pro effectuatione Comitatus Sententiae medio Excellentissimi Domini Comitis Joannis Pálffy, qua Domini Terrestri pro 1^a Decembris ordinatum esse dolorose sane intelligere debui.

Ex quo tamen, Clementissime Domine, intermissum Trimestris Terminum observamen non culpa mea, verum tardiori Processus Authentica extraditione ob interventam mortem Domini condam Comitis Nicolai Pálffy velut Supremi Comitis causatum esset, cum et officiales Comitatus et sigillum per Supremos Comites Comitatus concedi solitum in authentia cessasset, Expeditioque in casu eo retardata, non nisi in reditu Pestino Domini Comitis Joannis Pálffy in Tabula Septem Virali; eodem Praesidis officio fungentis, circa diem 26 Aprilis instituta extitit, prout id ipsum fide dignis Juramenti Comitatus Vice Notarii Francisci Baczko Testimonialibus hic annexis sub B. recognosceretur.

Quapropter ad Augustissimum Majestatis vrae Smae Thronum provolutus humillime supplico, dignetur praemissum factum, eo, quo erga Justitiam promovendam ac in Provinciis suis omnibus administrandam, speciali ducitur zelo, in benignam considerationem sumere, ac insimul pro Manutentione justissimae Causae meae Executionis suspensorium Excellentissimo Domino Comiti Joanni Pálffy

sonans Mandatum; aliud vero Praeceptorium Tabulae Suae Regiae pro revidenda causa dirigendum elementissime resolvere. Cum tam rationabilis facti Excusatio dictante Titlo- 59 Partis 2^{ae} in omni Jure acceptaretur, imo si ad Exigentiam art. 32. 1723 per contumaciam etiam quispiam convinceretur, adducta tamen sufficienti et legali ratione, a nota similis contumaciae absolvi soleret, quanto magis ergo id ipsum mihi, ubi tardiozem Processus praesentationem, non culpa mea, verum morte Supremi olim Comitissae accidissee, demonstratum esset, suffragaretur. Quo ex fundamento sperassem quidem coram Tabula etiam Regia favorabilius Judicium obtenturum, si quaestio per Dnam Comitissam fundata praeconcepi, Advocatoque meo Pestini existenti praemissa informatio submitti quivisset. Quae dum intermissa haberetur, nihil superesset, quam Clementissimam Majestatis vestrae implorare medelam in praemissorum Mandatorum resolutione benigna fundatam. Si autem, Clementissime Domine, praemissorum Mandatorem resolutione ex rationibus quibusdam (quod non speraretur) consolari nequirem, casu in eo sequestrum mediante Mandato ordinandum, demississime supplico, ne in casu contrario, rebus executis, per Dnamque Comitissam distractis, ubi sententia a Foro Revisorio reformaretur, ipse res meas Executioni substratas in alio Comitatu, aut extra Regnum quaerere, Dnamque Comitissam alibi residentem novo et oneroso pro restitutione rerum mearum Processu impetere cogerer. Quam praestolaturus Majestatis vestrae Sacratissimae Resolutionem emoriar.

Majestatis vestrae Sacratissimae

Judaeus Humillimus Subditus
Michael Spiro.

Kivül: Praes: 7. 9 bris 1732.

Orsz. Levél. Ad Conc. Exp. 1732 November Nrs. 65.

Bécs 1732 november 21. III. Károly rendelete a királyi táblához, mely szerint, — ha úgy van, ahogy a folyamodó Márkus Hirsch állítja — a közte és Viczény Mihály közti perben hozott ítéletét megsemmisítse és új eljárást indítson.

Carolus. Magnifico, Hrabilibus, Magcis item et Egregiis Tabulae nrae Regiae Judriae Praesidi et Assessoribus. Salutem et Gratiam. Expositum est Matti nostrae Nomine et in Persona Marci Hirschl Judaei hic in Civitate nra Viennensi commorantis, Qualiter in Anno adhuc 1726 Posteaquam fidelis noster Egregius Michaël Viczin ad rescindendum, et annullandum quempiam cum altero Judaeo Lev Openhaimer dicto in Anno 1721 dudum praeterito initum, ac penes Cessionales Lev Openhainerianas in Exponentem transderivatum Contractum, coram Vobis certum, et bene notum movisset et suscitasset Processum idem Exponens causam in eadem sat onerosam, et Juribus suis damnosam, tam coram vobis, quam et alia Septemvirali Tabula Nra experiri coactus fuisset Judicium, Cum tamen, si ea, quae pro tuitione Jurium suorum necessario alleganda allegare, producenda producere, et adhibenda adhibere potuisset, aliam, longe favorabiliorem se se obtenturum sperasset Sententiam, prout speraret etiam de praesenti.

Hinc supplicatum extitit Matti Nrae a parte supradicti Exponentis debita cum instantia humillime, quatenus eidem de Condigno Novi Judicii cum Gratia remedium benigne providere, vobisque desuper committere et mandare dignaremur, nec pateremur eundem justis suis Juribus improvise destitui.

Cum autem Justa petenti non esset denegandus assensus; et alioquin omnes errores et defectus in processibus Causarum qualitercunque emersi, de dictamine Tit. 77. Par. 1mae Ut causa omnia fora pertransiverit ex suprema Authoritate Regia beneficio Novi cum Gratia in melius ref(f)ormari permitterentur hujusmodi vero Mandata semper ad primae Instantiae Judices dirrigi solerent.

Pro eo harum serie vobis firmiter praecipientes benigne committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus, rebusque ut praefertur stantibus, et se habentibus, in uno certo, eoque competenti Termino Partibus praedecларatis desuper legitime Certificatis et praesentibus Causam praeattactam denuo resumere, ac imprimis et ante omnia Literas vestras Adjudicatorias, et Sententionales si Parti Triumphanti extradatae fuissent, reproduci facere, secus vero easdem cassare et annihilare, ex post autem ambas partes aut earundem Procuratores de novo sufficienter audire, admissis quibusvis Novis et Legitimis Probis, Documentis et rationibus, Novum Jus et Judicium desuper ferre, Compertaque in praemissis mera rei veritate, taliter eidem Exponenti congruam et adaequatam satisfactionem reali et effectiva executione mediante, admissa parti adversae, si sententia vestra contentari noluerit, ad Septem Viralis nostram Tabulam procatione debeatis ac teneamini. Communi sic svadente Justitia, nec secus facturi. Datum in Civitate nra Vienna Austriae die 21 Mensis 9bris 1732.

Tabulae Regiae et Consilio vro.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1732 November Nrs. 64.

408.

Bécs 1732 november 21. Királyi felszólítás a kir. táblához, hogy Mihály Spiró folyamodványában perújítás végett előadott érvelését megvizsgálja és azután jog és méltányosság szerint határozzon.

Carolus 6. etc.

Magnifici etc. Pro quali, et quibusnam ex rationibus ac motivis Judaeus Michael Spiro Fidelis nri Splis ac Magnifici Comitis Joannis Pálffy, sub Arce nra Posonien. commorans subditus, causae illius promotione, quam Generosa ac Magca Anna Catharina nata Comitissa a Vindischgrätz Splis olim ac Magnifici Comitis Jacobi Löwemburg Relicta vidua, contra ipsum in Sede Dominali moverat, dein vero,

in sedem Judriam. Collus Posoniensis appellaverat ab inde vero ipse supplicans Judaeus instanter Tabulam Nram Judriam Regiam maturius redendam deduxerat; apud Majestatem Nostram perquam demisse supplicaverit ex hicce annexa ejusdem Instantia et accessoriis uberius intellecturi estis.

Et quia mora Sedriae in hoc casu contra tenorem 35. Par. 3 Op. Friep. in culpam Supplicantis cadere haud posset,

Ideo penes communicationem praemissorum processum cum Instantia sua serio in specie adnectentes vobis benigne committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus et habita praemissorum ratione in praemommarata id quod Juris et Justitiae dictaverit uberius determinare debeatis et teneamini Nec secus facturi. Gratia in reliquo etc. Datum in Civitate nra Vienna Austriae die 21. 9bris 1732.

Ex Consilio 21. 9bris 1732

Tabulae Regiae Sedriae.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1732 November Nrs. 65.

409.

1732 november havában. Gróf Callenberg János a királytól elfogatási parancsot kér Izsák Ulmo zsidó adósa ellen, ki elítéltetése után Magyarországba szökött.

Sacratissima Caesareo-Regia Majestas,

Sacratissima Caesareo-Regia Majestas,

Qualenam Sententiam Judiciariam et simul Arestum personale contra quempiam Judaeum Isacum Ulmo vocitatum in Anno 1730. 14 Julii obtinuerim, producta Sententia cum recommendatione annexa in originali docet: Cum vero idem Judaeus ex Austria evaserit Hungariamque, speciatim Posonium sub Arcem, et ditionem Excellentissimi Domini Comitis Joannis Pálffy, Judicis Curiae Regiae (Titt. etc.) se receperit, manifestus autem debitor, sicuti de Communi Jure, ita etiam Hungarico, juxta Titulum 28. Par.

3ae Trip: ubique locorum delinendus veniret, Sententiae in Judriae frustraneae haud relinqui solerent. Hinc humillime Matti Vestrae Sacrae supplico: quatenus mihi ex munificentia sua Regia, et Justitiae amore, Praeceptorio-Captivatorium Mandatum Excellmo Domini Comiti Joanni Pálffy, qua Posonii Subarcensis haereditario Domino Terrestri sonans, gratiose, benigneque indulgere dignetur, ut Judaeus Isac Ulmo, antequam mea Judria, persecũo. eidem innotescat, et ille se in praepjudicium auctoritatis Judiciariae, et Communis Justitiae suum unicuique tribuentis Posonio absentet, proripiat, et damno meo manifesto iterato evadat, pro Justitia mihi impendenda capiatur, et cum rebus suis detineatur. Pro qua Gratia Caesareo-Regiae, persevero.

Sacratissimae Caesareae-Regiaeque Majestatis

Domini, Domini Clementissimi

Humillimus, perpetuoque fidelis subditus

Joannes Alexander Comes

ab Callenberg.

O. L. Ad Conc. Exp. 1732 November Nrs. 75.

410.

Bécs 1732 november 24. Királyi felszólítás gróf Pálffy János, kuriai bíróhoz, hogy pozsonyi területére szökött Isák Ulmot, gr. Cattenberg adósát azonnal elfogassa és a hitelező grófnak átadja.

Spectabilis ac Magce Comes Fidelis Nobis dilecte. Demisse repraesentavit Matti nrae Fidelis aequae noster Splis ac Magcus Joannes Alexander Comes a Callenbergh, qualiter Ipse ratione et intuitu exolutionis certi cujusdam 2044 florenorum Debiti, apud quendam Judaeum Isac Ulmo nuncupatum inexolute haerentis, provenientisque a praenotata summa Interesse et expensam, dictum Judaeum coram Judicio Mareschallatus nostri Aulici Judicialiter conveniendo, Convictionem eatenus Sententiam et simul Arestum

Personale adhuc in Anno 1730 die vero 14. Julii praeteriti contra praenotatum Judaeum Debitorem obtinuisset; quia vero dictus Judaeus hinc ex Austria se subduxisse, et Posonium sub habitam ibidem Fidelitatis Nrae Jurisdictionem subarcensem semet recepisse perhiberetur;

Hinc supplicavit Matti nrae memoratus Comes debita cum Instantia humillime, quatenus eidem in praemissis clementer providere, dictique Judaei personalem detentionem et incaptivationem Fidelitati vrae benigne comittere dignaremur. Cum autem justa petenti non sit denegandus assensus; et alioquin etiam manifesti Debitores ad mentem Regni Legum, notanter autem Tituli 28 Partis 3^{ae} operis Tripartiti et Arli. 92 Uladislai Regis Decreti 1^{mi} ubique per Competentes Magistratus in Persona defineri et arestari, taliterque ad dandam Creditoribus suis satisfactionem compelli possent atque valeant,

Eapropter Fidelitati vrae clementer committimus, quatenus acceptis praesentibus praenotatum Judaeum Isaac Ulmo Posonio, uti exponeretur, sub Jurisdictione Fidelitatis vrae subarcensi defacto, uti praemittitur, constitutum, stante tamen eo quod antelatus Judaeus tempore illo quo processus hic contra eundem motus fuit et terminatus, Hungcae Jurisdictioni nullatenus subfuerit, hicque legitimam instantiam suam habuerit, una cum rebus suis mox et illico comprehendi et detineri facere, hoc autem facto Eundem ad dandam dicto Comiti Creditori suo quoad praenotatum ejusdem praelensionem compellere noverit et non intermittat Eadem Fidelitas Vra. Quam in reliquo Gratia etc. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae die 24bris Ao 1732.

Comiti Judici Curiae Regiae.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1732. November Nrs. 75.

411.

Bécs 1732 december 13. Az udv. kamara közli a magyar kancelláriával, hogy aktái közt nem találták meg, hogy milyen összegért adták ki a zsidó bérlőknek a lipótvári kir. vámjövédelmet és kéri, tudakolja ő azt meg és közölje aztán vele.

Illustrissimi Spectabiles

Contra Judaeos Telonii Leopoldopoliensis Arendatores respectu excessivae exactionis, querelis interventibus, sub septima Mensis Septembris desiderabant praetitulatae Dominationes vestrae vectigal memoratis Judaeis extradatum secum communicari. Quod quidem inter acta Cameralia satis perquereretur, sed invenire non potuit: credibilius interim est, illud prae manibus Judaeorum exstare; Et hinc

Non gravabuntur suprafatae Dominationes vestrae memoratum vectigal sibi reproduci curare et illo inspecto querelas examinere. Quod si vero nullum vectigal exstaret, expediet pro ratione temporis moderni et stipulatae Arendae vectigal elaborare, illudque cum Caesarea ista Camera Aulica communicare pro ratificatione vel modificatione. In reliquo etc.

N. N. etc. etc. . . Praeses Vicepraeses et reliqui Consilarii.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1732 Decembris 13.

412.

Bécs 1732 december 22. Az udvari kamara kérdezi, hogy a pozsonyi pénzverde szükséges arany és ezüst összevásárlásába miért avatkoznak zsidók is bele, kik azután abból jogtalanul külföldre is szállítanak.

Illustrissime, Spectabiles ac Magnifici etc. etc.

Conqueritur Inclytum Regium Consilium Locumtenentiale, quod ex defectu Officialium, qui aurea, et argentea

utensilia statuto quidam pretio reciperent, et exsolverent Judaei se huic negotio immisceant; qui postmodum contra leges fraudulenter eadem in exteras Provincias exportant. Cum autem jam sub sexta februarii Anni 1725^{ti} praetitulatae Dominationes vestrae requisitae fuerint, ut Cygostatam Vödrödi instruere vellent, quomodo emptionem auri et argenti continuare deberet, sintque simul ab Incl^{ty}a Universali Bancalitate mandata necessaria expedita, ut in hunc finem pecunia non deficeret, non intelligimus quomodo, stantibus his opportunis dispositionibus possint tamen allegatae inconvenientiae locum habere: et propterea praetitulatae Dominationes vestrae non aegre ferent Nos, datae dicto Vödrödi Instructionis, ejusdem diligentiae in ea exequenda, uti et effectus exinde producti Nos informare transmittendo Nobis in hunc finem Specificationem hucusque ab ipso singulis anni coëmpti auri et argenti, ut si forsitan Personalis aliquis defectus progressui Negotii obstaret, congruo adhibito remedio prosperum cursum consequi valeat. In quem finem, quatenus aliae forsitan dispositiones praeterea faciendae, vel praecautiones determinandae essent, Nobis una fidelia significare non gravabuntur. In reliquo praetitulatas Dominationes vestras diu salvas et incolumes vivere comprecamur. Viennae die 22^{do} Decembris 1732.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1732 Decembris 22.

413.

1733 január havában. Mihály Salamonovics, azelőtti türelmiadóérleő kéri az udvari kamarát, hogy a felső-magyarországi zsidóknál még hátralékos türelmiadó behajtásához hivatalos asszistenciát adjanak.

Excelsa Caesarea Camera Aulica.

Domini, Domini et Patroni Gratosissimi.

Querulose modotitulatae Excelsae Camerae Aulicae in omni humilitate repraesentare necessitor: qualiter Censum

Tolerantialem Judaicum, per I. Regiam Cameralem Administrationem Scepusiensem ab Anno 1728 die vero 1^a Mensis Maii, usque ad annum 1730 itidem 1^a ejusdem mihi elocatum in fl. Rh. 2105 quotannis pendendis subinde, ad indemnandum aerarium Caesaeo Regiam pactatum cum gravi enervatione mei, statis Angaricalibus temporibus, ex proprio etiam deponere debuerim Summam.

Cum autem per illum Triennalis arendae decursum, multas apud diversos arendatores Judaeos restantias (quod id ipsum hicce humillime annexae octo Specificationes indigiterent) conflatas, haberem, quarum Complanationis intuitu etiam ad praetam I. Administrationem Scepusiensem recursum feceram in eo, quatenus vigore Contractus Arendatii mecum eatenus initi, et in eo appromissae omni modae Cameralis assistentiae, me hoc in passu manutenere gratiose non gravaretur, prouti etiam subsequenter dari fuerant Dnis Tricesimatoribus ordines, ut ubique in exactione ejusmodi restantiarum, mihi necessariam assistentiam praebeant, nihil tamen effectuare in praesens valui, ex quo autem toties fatas restantias executive exigere et incassare, ex carentia eatenus gratiosorum ordinum minime attenterim, sed nec alia modalitas superesset.

Ea propter apud Praelibatam Excelsam Cameram Aulicam in omni humillitate insto, non gravetur, tam intuitu (in praeattactam) omni modae Cameralis mihi appromissae Stipulato Contractu mediante assistentiae, quam et subversantis non mediocris damni mei, fatigiorum item et expensarum, prouti, et utilium Servitiorum reflexione, eos in gremio sui gratiosissimos instituere ordines, quo Militaris, vel vero Domestica, penes novas passuales executio mihi admittenda per Praelibatam Excelsam Cameram Aulicam eo fine ordinetur, quo tandem aliquando saepedictarum Restantiarum optatamque finalem Complanationem consequi valeam; prouti etiam, dum hujusce justae praetensionis meae effectuationem, modalitate substrata, I. Regiae Camerali Administrationi Scepusiensi intimandam

confiderem, me altis gratiis, et Patrociniis demississime subijcio, et maneo.

Excelsae Caesareae Camerae Aulicae

Servus humillimus
Michael Szalamonovics
antehac Arendator Censu
Tolerantialis Judaeus.

Kívül: Instantia Michaelis Szalamonovics Judaei, antehac Censu Tolerantialis Arendatoris, respectu in exacte haerentium restantiarum assistentiam imploran.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1733 Januarii 15.

414.

1733 június havában. Oppenheimer Izsák Nátán felségfolyamodványban visszakéri Ameszmayr Ignác Antaltól megvett és egy adóssága miatt tudta nélkül az úriszék által Oppenheimer Löw Sybillának odaitélt pozsonyváraljai házát.

Sacratissima, Caesarea, Regiaque Majestas,
Domine, Domine, Domine clementissime!

Enormem Jurium meorum laesionem Matti Vrae SSae e genibus humillime repraesentare necessitor sequentibus; Qualiter in Anno non ita dudum praeterito 1724 et ipsa die 20. Mensis 8bris certam ad Egregium Ignatium Antonium Ameszmayr indubie spectantem, in Oppido Várallya Jurisdictioni Supremi, et Haereditarii Arcis Regiae Poseniensis capitaneatus officii subjecto sitam,*) pro pactato, et eidem Venditori uti annexa sub A. contractus, et dorso ejusdem super inscriptarum Quietantionalium Literarum paria testarentur, plenarie persoluto bis Mille florenorum Rhenensium pretio comparando et secundum receptam inibi consuetudinem, cum consensu Dominii subsequenter, in Anno videlicet 1725, ac die 3^a Mensis Julii, docente fassionali sub B. Instrumento, perennaliter in me et haeredes, ac successores

*) Hiányzik: domum.

meos transcribi procurando, talem etiam pleno Jure appraehensam, consque. pacifice et imperturbati possedissem, donec quidam Susman Oppenheimer vocatus hebraeus, certam 1500 florenorum per me sibi debitam summam autoritate Sedis Dominalis adjudicari, et ex praescripta Domo mea, ad rationem sui exequi quoque fecisset; Cujus Sententiae adversus me latae occasione, quidnam praeterea ad Instantia Sybillae Löw Oppenheimerianae Judeae, per antelatum Sedem Dominalem contra me eatenus, nec citatum, neque etiam auditum, determinatum sit, annexa sub c. ejusmodi determinationis copia demonstraret. Cum itaque proprietatem, et reale antelatae, praevia modalitate per me comparatae domus Dominium, ad me directe et immediate spectare debere, praeadductis sub A. et B. Documentis sufficienter evincerem, eo tamen non obstante, ab ejusmodi proprietate, et Dominio, velut me non citato, neque audito, tanto minus Judicialiter convicto, dictae Sibillae Oppenheimer adjudicatis, et relictis, imo in Libro Fundi, virtute praedecaratae Sententiae, ad nomen ipsius transcriptis, amotus, et ex possessorio exclusus habear, Nullitas Juris per antelatum Sybillam Lövv Oppenheimerianam, ad domum indisputabiliter meam, formati, superanda superesset; Cujus intuitu Ssae Matti Vrae humillime repraesento: praedictam Sybillam Oppenheimerianam contractuali Instrumento sub D. per me et scriptam subscripto clarificante, indultu, meo usu fructuariam ad sex Annorum effluxum, sub conditionibus restrictam fuisse evidenter demonstratur, quid igitur aliud, quam hocce contractu Temporaneum, et arbitrio meo, velut proprietarii limitatum Jus coram attacta Domina Sede produci valuit? Imo si revera aliud praetensivum quodpiam produxisset quoque, ego tamen consecuta per realem traditionem, et subsecutum etiam contractum arendatitium possessione, et reali Dominio non citatus, non convictus spoliari nequivi.

Formabat quidem ipsa Sybilla Oppenheimeriana coram Instantia Viennensi, nonnullas adversum me praetensiones, earumque intuitu compassuales quoque ab hinc, ad Excel-

lentissimum Dnum Comitem Joannem Pállffi (sic) ab Erdőd, sine investiendae Domui meae suae praetensionis missae sunt, prout doceret copia Literarum sub E. ast quia docente in contrarium Instrumento sub F. talismodi inhibito relaxata, et cassata Sybillae vero Oppenheimerianae Advocatus etiam in 12 Talleris Imperialibus, intra tres dies deponendis convictus, et titulado Dno Excellmo Comiti aliae ut G. compassuales missae fuissent, praetensione hic cassata, utique etiam ad domum formata Jura necessario corruere debuerunt.

Ex quibus praemissis, quandoquidem evidentissime eveniret, praeter executam ad rationem dicti Susmano Oppenheimer, in sortem plenariae suae contentationis Domus meae portionem, me indisputabile possessorium habere, Jus vero Sybillae Judeae, ex intervenita Instantiae meae, Viennensis cassatione evanuisse, consequenterque actualitatem residuitatis, imo Jus executam portionem reluendi mihi legitime competere, Sententiam vero Sedis Dominialis me non citato, non audito, neque convicto latam subsistere nequire; Ex eo Ssae Matti Vrae e genibus humillime supplico, ut Jure relationis executae, ad rationem Susman Oppenheimer Domus portionis pro me in Salvo relicto, in reliquo etiam in praehabitu ejusdem Dominium, et reale possessorum reponi, superindeque Supratitulato Excellmo Dno Joanni Pállffi, velut actuali praesciti fundi Domino Terrestri clementissime committere dignetur. Gratiam et Clementiam Ssae Mattis Vrae fidelibus servitiis meis promeriturus, Benignissimam praestolor Resolutionem, et Maneo

Ejusdem Mattis Vrae Sacrae

Humillimus et fidelis subditus
Isaac Nathan Oppenheimer
Privilegiatus Aulae Imperatoriae
Judeus.

415.

Bécs 1733 június 23. A király gróf Pálffy János, kúriai bíró-tól mielőbbi pontos jelentést kíván úriszéke által Oppenheimer Izsák Nátán contra Oppenheimer Sybilla ügyében hozott ítéletről.

Carolus etc.

Spectabilis et Magfce Comes etc. Quonam in passu Isaac Nathan Oppenheimber Privilegiatus Aulae Judaeus contra Sententiam in Dnali Sede Fidelitatis die 10 Aprilis Anni currentis 1723 latam queruletur, qualiterne ex eo, quod Ipse ibidem nec citatus nec auditus convictionem accepisset, moderandae sibi Justitiae remedium impleret, ex annexia Instantia et accessoriis Ejusdem Supplicantis uberius percepturi estis Tit. Vra.

Penes quorum Communicationem Tit. Vrae hisce benigne committimus et mandamus, quatenus Causa in praemissa genuinam et adaequatam informationem cum remissione praeannexorum nobis quantocius demisse submittere noverit et non intermittat. Gratia in reliquo etc. Datum in Civitte Vienna Austriae die 23 Junii 1733.

Comiti Judici Curiae Regiae.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1733 Junius Nrs. 57.

416.

Bécs 1733 július 26. Az udvari kancellária felkéretik arra, hogy figyelmeztesse Paluska Antalt arra, hogy saját lelkiismeretének megkönnyítése és néhai György atyjának lelki nyugalma végett rendezze meg Markusz Hirschlrel való peres ügyét, ha ennek követelése jogos.

Illustrissime, Spectabiles etc.

Marco Hirschl Hebraeo in materia suae contra Dominum defuncto Georgium Palusko formatae et 1845 florenos tangentis praetensionis, quidnam fuerit resolutum, resolutione vero tali minus contentus, quid ultro alleget praefatus

Hebraeus ex annexo Ejusdem supplici Libello uberius placebit intellegere, videtur interim ille tanto majorem consequendae suae praetensionis spem habere; quod Domino Antonio Paluska, qui Computui intererat, allegatus error peroptime constet, idemque conscientiam suam onerare non cupiat. Quia vero Justitia cuicunque, etiam Hebraeo administranda sit,

Non gravabuntur ob id Supratitulatae Dominationes vestrae praeannexam Instantiam cum antelato Domino Paluska communicare, eandemque adhortari, ut si Hebraei praetensionem justam esse cognoverit, ad exonerandam tam propriam conscientiam, quam etiam defuncti Genitoris sui fors ex ignorantia facti solutionem recusantis, animae quietem procurandam, negotium cum antelato Hebraeo accomodet. In reliquo praetitulatas Dominationes vestras ad vota vivere desideramus. Viennae die 26 Julii 1733.

N. N. Sacrae Caesareae, Regiaeque Mattis Praeses, Vice-Praeses, et reliqui Camerae Aulicae Consilarii.

Kivül: Instantia Marci Hirschl Hebraei, in materia praetensionis Suae contra D. condam Paluska formatae, cum D^o Antonio Paluska communicanda et accomodanda intimatur.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1733 Julii 26.

417.

Bécsújhely 1733 augusztus 18. Monyorokeréki Erdődy György gróf panaszára, hogy tudta és megkerestetése nélkül Csapodi Ferenc nyitra megyei szolgabíró Jakab Mózes, az ő zsidó alattvalóját Fassingh Zsuzsánnának állítólagos követelése miatt az alispáni bíróság elé idézte, elítélte és végrehajtást indított ellene, királyi felszólítás ment Nyitra megye hatóságához, hogy a végrehajtás felfüggesztése mellett terjesszenek fel ezen ügyről pontos és hű jelentést.

Carolus Dei gratia electus etc. Reverendi, Honorabiles, Spectabiles ac Magnifici, Magnifici item, Egregii et Nobiles, Fideles Nobis dilecti.

Fidelis noster Spectabilis ac Magnificus Comes Georgius Erdödy de Monyorókerék, Regiae Camerae nostrae Hungaricae Praeses, coram Majestate nostra exposuit perquam humillime; Quod alter Fidelis noster Egregius Franciscus Csapodi, Comitatus Vestri Judlium, nesciter qua via et modo Jacobum Moyses Judaeum, cujus Ipse Dnus Terrestris esset, penes Comissionem Judiciariam Vice-Comitis praementionati Comitatus Vestri, pro parte Nobilis Susannae Fassingh, intuitu cujuspian praetensi debiti, in Anno recenter praeterito in praesentiam sui citaverit, ac ipso Exponente inscio et irrequisito, contra Eundem Sententiam convictivam pronunciaverit, ac ut credere par est, talismodi Sententiam suam executioni quoque mancipare intenderet. Cujusmodi Sententia siquidem in Praejudicium Jurisdictionis Dominalis, et derogamen Legum positivarum vergere dignoscatur.

Pro eo Vobis harum serie committimus et mandamus, quatenus suspensa modo praevio latae Sententiae Executione, Seriem Processus, per praememoratum Franciscum Csapodi Judlium sibi referri facere, dein vero super eo, an nimirum revera Supranominatus Judaeus Jurisdictioni Comitatus Exponentis subjaceat, an item et quibusnam ex rationibus et fundamentis Eundem in Praesentiam Sui, Comite Exponente inscio, et irrequisito citaverit et convicerit, *genuinam* et fidelem Informationem Nobis quantocius submittere debeatis et teneamini. Vobis in reliquo etc. Datum in Civitate nostra Neostadii Austriae die 18. Mensis Augusti, Anno Domini 1733.

Carolus

Comes Ludovicus de Batthyán.
Elias Wanyecký.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1733 Augustus Nrs. 57.

Bécs 1733 augusztus 18. ? III. Károly király megsemmisíti Csapodi Ferenc nyitrai megyei szolgabíró által Mózes Jakab, gróf Erdődy György alattvalója ellen hozott ítéletét, mert a gróf tudta és megkeresztetése nélkül idézte a bíróság elé, holott Mózes Jakab fölötti bíraskodási jog első sorban földesuráé.

Carolus etc. Egregio Francisco Csapody Comitatus Nitriensis Judici Nobilium Salutem et Gratiam. Expositum est Majestati Nostrae Nomine et in Persona Fidelis nostri, nobis sincere dilecti, spectabilis ac Mgfici Comitis Georgii Erdődy de Monyorókerék etc. (Tit) qua Judaei Jacobi Moysis Domini Terrestris; Qualiter Tu penes Judiciariam praedicti Comitatus Nitriensis V. Comitis Commissionem, pro parte Nobilis Susannae Fashing Anno praeterito 1732, intuitu cujuspian praetensae pecuniariae Acquisitionis, jam fatum Exponentis Judaeum, una cum consorte, non solum in praesentiam Tui citasses, sed et convictivam contra eosdem, in praefixo Terminó non comparentes, pronunciasses sententiam, eandemque Executioni mancipare intenderes, cum summo Exponentis praejudicio, Jurisdictionisque Dominialis derogamine gravi et manifesto. Quia vero memoratus Judaeus et tempore sui ad Forum tuum citationis. et ante eandem sub Jurisdictione Exponentis Comitis fuisset constitutus, quod prouti Tu haud ignorasses, ita contra personam notorie Jurisdictioni alienae subjectam Judicatum exercere, et scienter contra officium agere, Tibi non convenisset, nec usque dum haec per Comparentem Tibi objecta exstitissent, expectandum fuisset, cum notum sit, quod subditi absque interventu Dominorum suorum, coram Jure nec comparere, nec se defendere sint capaces, ideo Judicatu Tuo adversus alienae Jurisdictioni subjectum incompetente, imo nullo existente, ex talismodi Judicatu praemonentem Sententiam Exponens Comes cassari, et annihilari, et te ab omni ulteriori executione inhiberi facere vellet, lege Regni permittente. Supplicatum itaque exstitit Matti Nostrae, et cum autem iusta petenti etc. et alioquin juxta Tit. 25. Part 3ae subditi

nec in Judicum Regni ordinariorum, nec in Comitum, et tanto minus Judicum Nobilium praesentiam citare possunt, verum nonnisi Dni Terrestres juxta praecitatas leges, avitamque Regni Hungariae praxim, eosdem judicare possent, et deberent. Et siquidem sententiarum validitas a Jurisdictionis competentia, robur et firmitatem sortiretur, hinc legaliter infertur, ab illegali Judice profectam Sententiam, nullius esse efficaciae, cum in Jure nihil, vel quidpiam contra Juris formam fieri idem esset(?) factumque Judicis, quod ad officium ejus non pertineret, infectum esse soleret. Cum porro illegales processus tollere, ad supremam nostram qua summi Justitiarum auctoritatem vi Diplomatis Caesareo-Regii pertineret. Pro eo Tibi harum serie firmiter praecipientes benigne committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus, rebusque sicuti praefertur stantibus seque habentibus, ex rationibus et motivis praedecclaratis, sententia tua cassata et annihilata existente, ab omni ulteriori ejusdem Executione desistere, praetensamque Actricem ad Forum Exponentis Dominale relegare modis omnibus debeas et tenearis, nec secus facturus.

(Keltezés nélkül. Talán elküldve sem lett, mert hasonló intézésen ügyben ment Nyitra megye hatóságához.)

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1733 Augustus Nrs. 57.

419.

1734 november havában. Wolfgang Wertheimer bécsi zsidó felségfolyamodványban panaszkodik, hogy Madarász Imre örökösei adósságuknak meg nem fizetése miatt, neki bíróságra oda ítélt borokat, zárat, ajtókat és pecséteket feltörvén, megint visszavettek. Kéri tehát a királyt, hogy más javaikból kártalanítassa őt.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas!

Domine Domine naturaliter clementissime!

Pro benigno mihi in facto certae liquidi debiti contra Haeredes Emerici quondam Madarász coram Cottu Soproni-

ensi ante biennium circiter motae, et mediante Judiciaria executione certorum quidem vinorum, ast deinde per Capitaneum Dumanaj Filiae Madarászianae uxorio quippe nomine perfractis seris, portis, ac sigillis via facti reoccupatorum terminatae causae elargiendo Mandato supplex denuo fieri plena fiducia praesummo; Et quin nil alienum a justitio imploro, imo dum accelerationem in promotionem justitiae administrationis anhelō, ipsam Mattis Vrae Sacrae pientissimam (sic) mentem ac positivam voluntatem unice sequor, Eam igitur quae neminem permittit administratione justitiae destitui, Mattis Vrae Sacrae exoro de genu clementiam, in eo supplicando humillime, quatenus tum his, cum etiam iis, quod licet praedefuncto quondam Emerico Madarász erga Ejusdem obligatorias Literas certam pecuniariam summam mutuando incontentate relictus, post fata ejusdem superstites Filias qua Haeredes, unam quidem Comitissae de Grin, alterum vero Capitanei Dumanaj, Conthorales, sine obtinendae circa praemissum liquidum mutui debitum contentationis meae coram fato Soproniensi Cottu jure impetierim, mihiq̃ue in sortem legitimae eatenus adjudicatae acquisitionis meae una cum Interesse ad summam bis mille quingentorum circiter florenorum exurgentis certa vina, id antelatos Madaraszianos Haeredes pertinentia Judicialiter, executioneque mediante mense adhuc Junii Anni proxime transacti 1733 sequestrata et tradita quidem, illa nihilominus sub Sequestro Judiciario taliter haerentia per dictum Capitaneum Dumanaj, sive uxorio, sive forte dictarum ambarum Madaraszianarum Filiarum ac haeredum nomine prorsus via facta perfractis portis et sigillis, me incontentate relicto cum summo Jurium non modo meorum, sed et Judiciariae Authoritatis derogamine reoccupata deinde fuerint: neque tamen ego ad hoc usque tempus etsi adhibitis viis et mediis omnibus contra praeenarratum hunc militarem agendi modum apud fatum Comitatum urgente licet Advocato, imo expresso etiam homine meo hinc Vienna eo expedito praevalere, eo minus vero effectivam intuitu liquidae praevio modo jam adjudicatae et decisae acquisitionis meae justitiae administrationem consequi potuerim, clementissime cordi

sumptis Mattas Vra Sacрма medio Benigni Sui mandati Promotorii id praecipere ex ingenita Sua Clementia et justitiae aequalem omnibus administrationem promovendi zelo benignissime dignetur, ut Idem Comitatus Soproniensis prae-declaratam hancce aliunde jam, uti praemissum est, judicialiter, medianteque executione et facta in mei contentationem sequestratione certorum vinorum, attacta facti via potentiose reoccupatorum determinatam causam non tantum ante alias assumere, verum etiam in conformitate jam lati Judicii sui non obstante quavis ex parte mentionatarum Madarasz-ianarum Filiarum Haeredum ulterius quoque ne fors intendenda renitentia, ex substantia et bonis earundem aequivalentibus justam et adaequatam habita etiam debita expensarum hactenus causatarum et adhuc causandarum reflexione, satisfactionem et contentationem mihi impendere velit, neque intermittat. Benignissimam praestolaturus resolutionem maneo pro ejusmodi Gratia et Celementia.

Mattis Vrae Sacрмаe

numillimus et indignus

fidelis subditus

Wolfgangus Wertheimer Hebraeus.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1734 November Nrs. 26.

420.

Bécs 1734 november 12. Királyi parancs Sopron megyéhez, hogy Wertheimer Wolfgangnak Madarász Imre utódai elleni ügyében jogszerinti igazságot szolgáltatassanak.

Carolus.

Quomodo, et qua de Causa Judaeus Wolffgangus Wertheimer contra successores Egregii olim Emerici Madarász conqueratur, ac simul pro administranda, sibi ex parte eorum justitia, apud Mattem Nostram humillime supplicet ex acclusis isthic ejusdem supplicis Libelli Paribus uberius intellecturi estis.

Penes quarum communicationem Vobis benigne committendum esse duximus, quatenus eidem quaerulanti absque

ulteriori procrastinatione, servatis nihilominus de Jure servandis, ex parte praeinominatorum Madarászianorum justitiae et aequitati consonam satisfactionem impendere noverritis et teneamini etc.

Consilio 12. 9bris 1734.

Cottui Soproniensi ex

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1734 November Nrs. 26.

421.

Bécs 1735 február 1. Az udvari kamara elrendeli, hogy Áron Hirschl és a lipótvári vámbérlő közt elkobzott fa miatt keletkezett vitás ügy — ha lehetséges — barátságos elintézésére tárgyalási nap tűzessék ki.

Illustrissime, Spectabiles etc.

Placebit meminisse adhuc in anno 1732 sub 28 May, quod fundamento informationis Annonae Commissary Gebhardt, Judaeum Aron Hirschel, ab ulteriori praetensione sua, contra Judaeos Leopoldopolienses, ratione detentorum lignorum formata removendum, Judaeum vero Telonii Leopoldopoliensis Arendatorem absolvendum esse supratitulatae Dominationes vestrae censuerint. Quia vero praefatus Judaeus Aron Hirschel contrarium probare cupiret, et ut tam ipse, quam et Leopoldopoliensis Judaeus comissionaliter exaudiat et comperta rei veritate sibi satisfactio impendatur, in annexo supplicet. Bene vero meminerint commemoratae Dominationes Vestrae, quod etiam Inclytum Consilium Aulae Bellicum repetiti Judaei Aron Hirschel causam iteratis vicibus convenienter recommendaverit.

Non gravabuntur ob id Supratitulatae Dominationes vestrae certum Terminum utrique Judaeorum praefigere et ambobus plene exauditis, si amicabiliter negotium complanare nequiret, suam cum voto informationem submittere. In reliquo praetitulatas Dominationes vestras ad vota vivere comprecamur. Viennae die 1^{ma} February 1735.

N. N. Sacrae Caesareae, Regiaeque Mattis Praeses. et
reliqui Camerae Aulicae Consiliarij.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1735 Februarii 1

422.

1735 február 3. Mayer Hirschl kéri a magy. kir. udvari kancelláriát, hogy peres és egyéb ügyeinek képviselésére Várady Ferenc felesküdt ügyvédet bízzák meg.

Excelsa Cancellaria Regia Aulico-Hungarica
Domini, Domini Gratosissimi

Dominum Franciscum Várady Juratum per Hungariam utriusque Fori aut eo quoquo modo impedito alios quoque simili Juramento adstrictos Advocatos in omnibus ac singulis coram quibuscunque ejusdem Regni Hungariae Tribunalibus vertentibus causis, ac negotiis meis pro meo Procuratore constituere cupiens, Praelibatae Excelsae Cancellariae Aulico Hungaricae supplico humillime, quatenus solitam eatenus Procuratoriae Constitutionis expeditionem adpromptari, extradarique facere eadem Excelsa Cancellaria gratosissime mihi dignaretur. Pro qua ejusdem gratia in omne tempus persevero.

Excelsae hujus Cancellariae

Humillimus Servus
Mayer Hirschl Haebreus
Caesareus Aulicus Factor

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1735 Februarius Nrs. 13.

423.

1735 március 22. Márkus Izrael Schlesinger, kőszegi lakos, panaszkodik, hogy Kőszeg városi magisztratusa kényszeríteni akarja őt arra, hogy házát kereszténynek eladja és védelmet kér ezen, a király által családjának adott privilégium elleni jogtalan eljárás ellen.

Sacratissima Caesareo-Regia Majestas

Domine Domine Clementissime!

Humillime, ac lamentabiliter Altefatae Majestati Vrae repraesentare cogor: Qualiter quidem defunctus Parens meus, Israel Schlesinger, virtute benignissime, per Mattem Vestram Sacram, eidem, uti et fratri suo Woffgango, ob praeclara ibidem uberius deducta servitia sua, clementissime collati, et hinc in genuina copia annexi Privilegii,^{*)} in Libera Regiaque Civitate Ginsiensi, jam ante sedecim, et quod excedit annos, domum quandam emerit, ac tum ille, tum et ego in pacifica ejusdem domus possessione, in praesens usque perstiterimus; Amplissimus attamen dictae Civitatis Magistratus, proxime praeteritis diebus me in praesentiam sui citare, atque, ut memoratam domum meam alteri, eandem emere volenti, cederem intimare nullus dubitaverit, ea cum declaratione, quod, si intra 14 dierum spatium bonis modis me hujusmodi intimationi non accommodavero, auctoritate sua Magistratuali domum meam alteri assignari facere velit.

Cum autem praefatum benignissimum Privilegium hoc per expressum contineat, ut ejusdem Impetratores haeredesque illorum, praeter Concessionem et Indulta etiam domos emere possint, atque valeant: ego vero per tot jam annorum spatium, domum meam justissimo titulo et pacifice possederim, nec quidquam peccaverim, propter quod a domus meae possessione amoveri deberem, hinc Majestati Vrae Sacrae supplico, dignetur pro innata Caesareo-Regia Clementia Sua me penes idem benignissimum Privilegium in clementissimam Protectionem assumere, atque memorato Magistratui Ginsiensi hoc benigne simul, ac serio committere, ut Is eidem benignissimo Privilegio semet homagialiter accommodando, me in legitima domus meae possessione relinquere, ac si forsitan interea temporis quoquo modo turbatus essem, rursus in integrum restituere, atque ab hujusmodi, et quibusvis aliis, contra benignissimum Privilegium in posterum mihi intentandisurbationibus immunem conservare debeat.

^{*)} Hiányzik.

Pro qua Gratia Caesareo-Regia Clementia semper profundissima cum subjectione perseverabo.

Majestatis Vestrae Sacrae

Humillimus et indignissimus subditus

Marcus Israel Schlesinger

Inhabitor Ginsiensis

A külzeten: Praesentatum 22. Martii 1735.

Per Jacobum Kuntz,

Orsz. Levél. Ad Conc. Exp. 1735 Martius Nro. 64.

424.

Bécs 1735 március 22. A király erélyesen parancsolja Köszeg városának, hogy Izrael Márkus Schlesingert zavartalanul hagyják házának birtokában és közöljék a királlyal, hogy voltaképen miért akarják őt annak eladására kényszeríteni.

Carolus etc.

Prudentes ac Circumspecti etc. Quibus ex rationibus et motivis Marcus Israel Schlézinger ad Mattem nram supplex recurreret, et in eo, quod Vos eundem in praesentiam Vri citantes, hoc et id, ut domum suam in gremio Vri habitam, alias optimo Jure aquisitam, et jam a sedecim, et ultra annis quiele, et pacifice possessam vaenni (sic) exponeret, ac intra spatium quatuor decim dierum de illa cum emptore quopiam se eatenus insinuante conveniret, eidem injunxeritis demisse conqueretur, ex isthic copialiter annexa Ipsius humillima Instantia uberius percepturi estis.

Cum autem praementionatus quaerulans Hebraeus benignas Literas Protectionales Nras antenatis suis clementer concessas reproduceret, et in iis per Nos se manuteneri humillime supplicaret, Hinc Vobis harum serie firmiter praecipientes clementer committimus et mandamus, quatenus negotio praescitae Domus antelatj quaerulantis Hebraei in statu quo relicto, Mattem Nram de et super eo, cur eundem

contra Tenorem benignarum Lrarum Nrarum Protectionarium in quieta et pacifica Domus suae praehabita possessione turbare, et ad divenditionem Ejusdem tam peremptorie stringere velitis, indilate informare noveritis et nec intermittatis. In reliquo Gratia Nra etc. Datum Viennae die 22^a Martii 1735.

Civitati Ginziensi.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1735 Martius Nrs. 64.

425.

Bécs 1735 július 15. Az udvari kamara kéri a magyar kir. kancelláriát, hogy Hirschl Áron belgrádi zsidónak a belgrádi erőd főjének elkobzása miatt emelt és az udvari haditanácstól pártfogolt panaszának már egyszer véget vessenek, nehogy a haditanács Hirschl kártalanítása végett más eszközkhöz nyuljon.

Illustrissime, Spectabiles ac Magnifici, Generosique Domini et Amici Nobis honorandi, salute, servitiorumque nostrorum praemissa promptitudine:

Hirschl Aron, Hebraeus Belradiensis, in annexo querulatur, quod in Causa sua contra Hebraeos Leopoldopolien-
ses in puncto detentionis pro fortificatione Belradiensis destinatorum Lignorum mota, nondum finem desideratum sortiri potuerit; bene vero constabit supratitulatis Dominationibus vestris quod Inclytum Consilium Aulae Bellicum praefati Judaei Hirschel Aron Causam (in quantum Justitia et aequitas exigit) protegat.

Non gravabuntur ob di Supratitulatae Dominationes vestrae negotio praementionato finem imponere, ac suam eatenus cum voto informationem accelerare; ne memoratum Consilium Aulae Bellicum ultro quoque interpellari necessitetur; et idem Consilium Aulae Bellicum in casum protectionis, alia praestandae querulanti, et ut praetenditur sine sufficienti Causa damnificato Judaeo Hirschel Aron indem-

nisationis media arripiat. In reliquo praetitulatas Dominationes vestras optato vivere cupimus.

Viennae, die 15 July 1735.

N. N. Sacrae, Caesareae Regiaeque Mattis Praeses, et reliqui Camerae Aulicae Consiliarij.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1735 Julii 15.

426.

1735 augusztus 18. Hirschl Spitz, császári faktor, minden Magyarországon elintézendő tevéleges és szenvedőleges ügyében teljhatalmú képviselőjének visszavonásig Vörös Bálint ügyvédet jelenti be hivatalosan.

Ego Judaeus Hirschl Spitz Factor Caesareus, in omnibus causis, tam active, quam passive in Inclyto Regno Hungariae habitis, constituo in Plenipotentiarium meum, egregium Valentinum Vörös, causarum utriusque fori per dictum Regnum juratum Advocatum, a Dato praesentium computando, usque tempus revocationis. Dando et attribuendo eidem Plenipotentiarario omnimodam in pracattactis universis causis agendi, tractandi, Procuratores quoque toties quoties necessum fuerit, constituendi, et de jure revocandi, ea denique omnia, quae pro commodo ac emolumento proficua fore videbuntur, tam intra, quam extra Judicium faciendi et concludendi; Sed et loco sui ad praemissa peragenda alium substituendi. Super qua praevia facta constitutione, solitas mihi extradari humillime supplico testimoniales.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. Augustus Nrs. 47.

Bécs 1735 augusztus 19. Az udvari kamara panaszára, hogy Salamon Beer, a kincstári só Sziléziába és a glatzi grófságba szállításának vállalkozója útjában a lakosság részéről nehézségekbe ütközik, felszólítja a király a helytartótanácsát, hogy komolyan parancsolja meg az illető megyéknek, hogy az utakat és hidakat jó karban tartsák és Beernek minden illetéktelen akadály ellen minden lehető asszisztenciát adjanak.

Serenissime etc. Ex demissa Camerae Nostrae Aulicae repraesentatione informamur, translationem Salis Maramarossiensis in Silesiam et Cottum Glacensem remoram damnosam ex eo subinde pati, quod locorum Incolae Vectoribus varias difficultantes ponant, viam bonam praecludant, et ad sequendam difficiliorum adigant, absque sufficienti causa pecora eis detineant, imo ad salem ipsum deponendum aliquando adstringant, et subinde etiam verberibus eos tam diu afficiant, quousque pecunia indebitam redimant oppressionem. Quibus exterriti vectores difficulter postmodum ad ejusmodi translationem salis se se accingant, metuendumque sit, ne cursus interrumpatur hujus ipsis quoque Regnicolis utilis negotii.

Pro quibus in futurum antevertendis, et sedulo praecavendis Dilectioni et Fid: Vestris clementer hisce committendum esse duximus, quatenus signanter Cottibus illis, per quos translatio dicti salis institui debet, serio intimare ac injungere mox noverint, ut in gremio illorum vias et pontes debite reparari et Judaeo Beer vocato conductori praefati transportus, hominibusque ejusdem contra omnes indebitas detentiones satisfactionem, imo etiam pro hujus tam longinqui transportus facilitatione omnem possibilem assistentiam praeberi curent. Gracia in reliquo etc. Datum in Citte Nra Vienna Austriae die 19. Aug. 1735.

Consilio Locumten.

Ex off'o.

428.

Bécs 1735 augusztus 22. Márkus Izrael lakompaki zsidónak fizetési halasztást kérelmező felségfolyamodványa áttétetik Sopron megyéhez azon utasítással, hogy a földesúri és hitelezői vélemények meghallgatása után pontos információt küldjön fel.

Carolus 6. etc.

Reverendi etc. Marcus Israel Judaeus Lakenbachensis per Creditores suos, ad persolvenda Ipsis simul et semel Debita adstrictus, qualiter nam illis securitatem sufficientem praestare, sibi vero Moratorium a Nobis clementer elargiendum obtinere cuperet ex demissa Ejusdem Instantia cum annexis,*) isthic acclusis, nobisque remittendis uberius percipietis.

Penes quorum communicationem Vobis harum serie clementer committendum esse duximus, quatenus tam Terrestri Domino, quam et Creditoribus dicti Judaei super oblata per hunc Creditoribus securitate Ipsiusque Judaei, quoad elargiendum sibi moratorium, postulato, exauditis, nos desuper genuine et demisse informare debeatis et teneamini. Gratia etc. Viennae 22. Aug. 1735.

Cottui Soproniensi,

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1735 Augustus Nrs. 59.

*) Hiányzik.

429.

Bécs 1735 augusztus 25. A magyar kir. kancellária kéri a cseh kir. kancelláriát, hogy a Magyar-Bródban lakó Jakob Márk, aliás Bönü (?) nevezetű és a gönczi templom kirablásában bűnrészes zsidót elfogassa, kihallgassa és esetleg a magyar hatóságoknak kiadja

Inclutae Cancellariae Regiae Bohemico-Aulicae per amice insinuandum. Regium Hungaricum Locumten. Consilium attestatae Cae Raeque Matti nuper repraesentasse,

quod in Oppido Göncz Cottui Aba-Ujvariensi adjacente, Templum Parochiale ante unum jam abhinc Annum, nocturno tempore expilatum, abindeque Ciborium, Monstrantia, aliasque aurea et argentea vasa ablata extiterint, hocque intuitu Joannes Hegymegi, et alter Franciscus Kovács in gravem tanti criminis suspicionem incidentes, Authoritate Magistratuali incaptivati fuerint, quorum prior eliamnum detineretur, alter vero inde elabendi occasionem nactus fuit; praeter hos autem certus Judaeus Jacob Mark, alias Bünö vocatus in annexa sub A. signatura*) descriptus tam propter habitas circa tempus, quo praescriptum Templum expilatum fuit clandestinas cum praedictis reis correspondentias, tum quod rumore, de procurata praescriptorum comprehensione invalescente idem semet cum manifestis fugae indiciis in Moraviam transtulerit, aliisque ex suspicionibus in Lris praefati Cottus sub B. annexis fusions deductis in communionem criminis vocaretur.

Et siquidem praefatus Judaeus de facto Hunnobrodae in Moravia, ubi uxorem et proles haberet, uti eidem Cottui innotuisset, latitaret. Hinc ut respectu praescripti furti sacrilegi res in claritatem deduci, fontesque pro demerito et in exemplum aliorum puniri, innocentes vero absolvi possint, et, si necessum fuerit, instituenda quoque confrontatione dicti Judaei penderet, Inclitam istam Cancell. Regiam Bohemico-Aulicam hisce peramice requiri, quatenus praedictum Judaeum Hunno-Brodae, uti inaudiretur, degentem, comprehendi et super praemissis inque annexis sub B. Cottus Aba-Ujvariensis literis uberius deductis circumstantiis constitui et examinari facere, taliter autem peractum examen Regiae hinc Cancellariae Hgco-Aulicae communicare, imo si res postulaverit, pro necessaria confrontatione in persona quoque dictum Judaeum extradari curare haud gravatim velit. In reliquo etc.

Cancell. R. H. A.

Viennae 25. Aug. 1735.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1735 Augustus Nrs. 107., 1736 Januarius 54., September 78., October 16., 89., 1737 Junius 17., 70.

*) Hiányzik.

430.

Bécs 1735 szeptember 9. A király a helytartótanács által országos zsidóösszeírást rendel el és figgelmzetteti a földesurakat, hogy ide-oda vándorló zsidókat területükre ne fogadjanak be.

Carolus 6. etc.

Seren^{me} etc. Ex demissa Camerae Nrae Aulicae repraesentatione informamur, quod Judaei in Marmatia ante paucos annos exigui ad eum numerum, qui in annexa deductione specificatur, nempe ad 371 capita de facto jam accreverint. Cum porro dubitandum non sit, Judaeos in aliis quoque Regni Cottibus, signanter ea occasione, dum in vicinis haereditariis Provinciis restricti fuissent, nimium auctos extitisse, conveniret autem in praefato quoque Nro Hungae Regno, Judaeos ad certum et quidem talem numerum, qui publico non obest, neque in ruinam et detrimentum aliorum Incolarum vergit reducere ac restringere, prouti etiam non minus ad avertendam et praecavendam quorumvis extraneorum Judaeorum in Hungam receptionem et admissionem, quam et qualiter iidem, qui in Regno jam essent pro futuro sint reducendi et circumscribendi? elaboratum opinionem Regium hoc Nrum Locumten. Consilium sub dato 8. Jan. Anni 1727 jam submisisset.

Eapropter Dilectioni et fid. Vestris clementer hisce committendum esse duximus, quatenus Numerum Judaeorum in aliis quoque Regni Comitatus et Civitatibus de facto existentium similiter indagari facere sicque rescire, terrestres vero Dominos superinde ne vagos et hinc inde oberrantes Judaeos ad Bona sua recipiant, districtim admoneri curare, habita autem de facto in Hungaria existentium Judaeorum connotatione, laborem quem idcirco praescripto 1727 anno Regium hoc Nrum Locumten. Consilium perfecit reassumere, sicque demum in eo, quo modo excessivus Judaeorum numerus tam in Marmatia quam et aliis Regni Cottibus Cittibusque moderari seu restringi, et pro futuro praecaveri possit, ulteriorem opinionem Nobis de-

misce submittere noverint. et non intermittant. Gratia in etc. Datum in Citta Nra Vienna Austriae die 9. Mensis 7bris 1735.

Consilio Locumtenentiali
ex Offo.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1735 September Nrs. 26.

431.

Pozsony 1735 szeptember 23. A helytartótanács Pest városát is felszólítja, hogy a területén levő zsidókat a mellékelt minta szerint összeírja és lehetőleg 3 hónapon belül át küldje. Ide-oda vándorló zsidókat ne fogadjanak maguk közé.

Prudentes ac Circumspecti Nobis honorandi.

Cessante census et tolerantiae judaeorum in superioribus regni nostri Hungariae partibus in his mille sexcentis florenos per consiliarium regiae cameralis administrationis Scepusiensis Joannem Davidem Uhlein praehabita arenda dum nova licitatio instituta exstisset, quinam concurrerint et qualiter judaeus Homonensis Michael Salamonovics finaliter mille quinquaginta florenos appromittendo plus offerens evaserit, qualiter demum praefatus Uhlein totidem ac insuper nomine anticipationis quinque mille florenos ad aerarium nostrum numerandos obtulerit, obsequiviosa conferentia nostra in negotiis arendarum instituta, tum id tum vero illud, quo demortuo interea temporis repetito consiliario Uhlein, fidelitates vestrae praescitam census et tolerantiae arendam antedicto judaeo Salamonovics in oblati ter mille quinquaginta florenis, erga praestandos titulo cautionis, pro securitate aerarii nostri mille florenos concedendam eoque ex motivo svaserint, quod Dobromilovienses, similiter judaei, pro arendatoribus semet insinuantibus licet licitationis terminus ipsis notificatus extiterit, non comparuerint et alias quoque insinuatio eorundem plus ex odio, quam licito modo, intercessisse dignosceretur, quoniam commemoratus Salamonovich modum exigendi tolerantiam et censum in utilem ordinem redegerit, Majestati nostrae demisse retulit. Quamquam autem ratio Christianitatis, acquod quinque mille florenos anticipare voluerit, de mortuus consiliarius Uhlein praeferentiam meruisset, illo vero jam fati cedente toties fatus judaeus Salamonovich plus offerens evasisset ac fides publica in licitationi-

bus subversans pro eodem slaret. Obid erga votum memoratae conferentiae, commemorata tolerantiae et census judaeorum arendam in appromissis termille quinquaginta florenos per partes angaricales ad aerarium nostrum numerandis et erga mille florenos titulo anticipationis, ac pro securitate aerarii nostri praestandos toties fato judaeo Michaelis Salamonovics ad triennium, a dato traditionis computandum, concedendum resolvimus.

Fidelitatibus vestris benigne praecipientes, quatenus hacce resolutione nostra ad notam accepta, regiae camerali administrationi scepusiensi intiment ac simul committant, ut eadem necessarium super arenda antenomita cum praefato Salamonovics contractum elaboret, caesareae camerae nostrae aulicae per fidelitates vestras submittendum. Nam in eo satisfacit benignae menti ac voluntati nostrae. Dabantur in civitate nostra Viennae. Die 21 Januarii A. 1736.

Joan. Franc. Comes a Dietrichstein.

Ad mandatum etc. etc.

Christophorus Liber Baro a Werdenburg

Gabriel Gyöngyösy.

Orsz. Levélt. Ben. Resol 1736 Januarii 21.

443.

Pozsony 1736 január 27. A céhek panaszára, hogy zsidók és mások nyers bőrt és szőrméket összevásárolnak és külföldre szállítanak, úgy, hogy az iparosok anyag híjával vannak, felszólítja a helytartótanács Pest város magisztrátusát is, hogy ilyen elő- vagy összevásárlásokat — a vásárok idejét kivéve — egyszerűen eltiltson.

Prudentes, ac Circumspecti Nobis honorandi.

Ex recursum nonnullarum Ceharum, diversis Regni hujus Comitatibus incorporatarum innotuit Consilio isti Regio, qualiter Judaei et alii fors Extranei, ac non Indigenes pagatim euntes, tam crudas cutes, quam et alias diversi ge-

neris pelles. non tantum coëmere, et ex Regno evehere, taliterque Caristiam? [Caritatem] Publicam causare attentionem, verum etiam ante alios Regni hujus Accolas et Indigenas eo studio, ac arte praeemere contendant, imo saepissime praeemant, ut Mechanici et Opifices in hoc Regno degentes ad summam rerum ejusdem et materialium penuriam redacti, Limitatione per Magistratus competentes factae stare nequeant.

Cum autem ejusmodi coëmptio et praeemptio, velut publico nimis damnosa Art. 71: 1659 per alterum 79: 1715 confirmato, dempto Nundinarum tempore, sub confiscatione per V. Comites Comitatum et Locorum Magistratus peragenda, vetita esset; Indigenis Regni e converso jus praeemptionis salvum et integrum maneret; sed et limitationem rerum venalium curare e re publici foret,

Hinc ut publico consuli, ac perinde Indigenis Regni hujus opificibus subveniri, sed et exactior in rebus venalibus factae per Magistratus Competentes limitationis observatio in Regno reddi, excessus denique in ejusdem emptionibus et praeemptionibus a Judaeis et quibusvis Extraneis praticari soliti, simpliciter tolli possint, ad effectum praecitatae legis per Regnum realiter inducendum, Civitati huic hisce serio et districtim intimandum esse duxit Consilium istud Regium; ut praticatam a Judaeis et aliis fors Extraneis, ac non Indigenis, praevio modo coëmptionem et praeemptionem dictarum Cutium, dempto Nundinarum tempore, simpliciter inhibere. Jus vero praeemptionis in eas pro Indigenis tueri, hocque pacto limitationis per Competentes Magistratus factae faciliorem observationem reddere, hanc denique fundamento praecitati Articuli 71. 1659 factam Dispositionem quantocyus in gremio sui publicando exacte observare et per suos observari facere; In contravenienter vero modalitate ejusdem Art. serio animadvertere, taliterque omnem exinde evenire possibilem Caristiam velut publico nocivam, antevertere studeat, et neque intermittat

haecce Civitas. Datum ex Consilio Regio Locumtenentiali
Posonii Die 27 Januarii Anno 1736 celebrato.

Comes Joannes Esterházy.

Ladislaus Barinay.

Szfv. Levélt. Intimata a. a. Nrs. 1988. 1736 Január 27.

444.

Bécs 1736 február 20. A magyar udv. kancellária felkéri az udvari haditanácsot, hogy szólítsa fel Liebenberg tábornokot, a győri erőd parancsnokát, miszerint engedje meg az erődben lakó zsidóknak megyei tisztviselők által történendő összeírását.

Sae Caë Raeque Mattis Excelso Consilio Aulae Bellico amice insinuandum. Ab aliquo jam tempore Judaeos in Hungaria nimium multiplicari caepisse ita, quod de restrictione eorundem necessario cogitari debuerit Et siquidem conscriptio illorum, qui nimirum in Hunga. de facto degunt, demandata, hocque fine certa etiam idaea eatenus apposita Cottibus transmissa habeatur, Jaurini vero Dominus Vice Commedans Fortalitij ejusdem nominis Generalis à Liebenberg Judaeorum inibi habitorum conscriptionem medio Cottenſis Magistratus peragi non admisisset, conveniens autem sit, ut dum de Universali quapiam dispositione, circa Judaeos in Hga degentes agitur, hocque fine conscriptio illorum necessaria foret, ejusmodi conscriptio uniformiter quoque peragatur.

Quare suprafatum Istud Aulae Bellicum Consilium hisce peramice requiri, quatenus dicto Dno Vice Commendantj Fortalitij Jauriensis intimare haud gravatim velit, ut idem ad servandam Judaeorum in Hungaria conscriptionis uniformitatem medio Comitatus Officialium juxta normam eatenus praescriptam universos Jaurini commorantes Judaeos cum prolibus, servilibus ac facultatibus suis conscribi admittat, quibus talismodi Judaeos conscripturi, praefatus Dominus Gralis hominem quoque militarem, si vo-

luerit, adjungere poterit, ut taliter conscripti Judaei in fortalitis Jauriensi degentes medio Jaurien. Cottus Regio Locumten. Consilio reportari. Hoc vero veluti de aliis in Regno commorantibus Judaeis ita etiam de Jaurini subsistentibus fidelem relationem isthuc ad Aulam submittere valeat. In reliquo

Cancellaria R. H. A.

Viennae 20 febr. 1736.

Jaszvitz.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1736 Február. Nrs. 90.

445.

Bécs 1736 április 7. A cs. kir. udv. kamara közli a magyar kir. udvari kancelláriával ennek tudakozódására, hogy Schlesinger Wolfgangnak Neffzorn harmincadbérllő által elkobzott ékszereinek ügye, értesülés szerint, már kellőleg elintéztetett.

Illustrissime, Spectabiles, ac Magnifici, Generosique Domini, et Amici Nobis honorandi, salute, servitiorumque nostrorum praemissa promptitudine.

Desiderabant modo titulatae Dominationes vestrae sub prima Februarii Anni volventis informari, negotium in sequestro contrabandale sumptorum Judaei Schlesinger elenodiorum an? et qualiter sopitum sit? Placebit autem meminisse, quod praescitum sequestro durante adhuc Tricesimarum Arendationis tempore intercesserit, concomitanter ab arbitrio Tricesimarum Arendatoris Domini Consiliarii Wolfgangi Conradi de Neffzorn dependerit, an Contrabando inhaerere, et decisionem praestolari, aut vero placidioribus accomodare, vel plane remittere velit. Innotuit caetroquin Camerae huic Aulicae, quod inter praenotatas partes controversorum elenodiorum negotium jam accommodatum habetur. In reliquo praelitulatas Dominationes

vestras optato vivere cupimus. Viennae die 7^{ma} Aprilis.
Anno 1736.

N. N. Sacrae Caesareae Regiaeque
Majestatis Praeses, et reliqui Camerae
Aulicae Consilarii.

Orsz. Levélt. Ben. Resol. 1736 Aprilis 7.

446.

Pozsony 1736 május 19. A magyarországi zsidók panaszára, hogy a nyersbőrök vásárlásairól január 27-én kelt rendelet kibocsátása óta őket nemcsak azok bevásárlásában megakadályozzák, hanem a már azelőtt vett és elszállított árut is erőszakkal elveszik tőlük, a helytartótanács figyelmezteti Pest városát is, hogy nem az volt a rendeletnek szándéka, és elrendeli, hogy hirdessék ki azonnal, hogy ha zsidók és mások a vásárokon kívül bőrt vásárolni akarnak, azt előbb csak a magisztrátusnál, vagy a bírónál tartoznak bejelenteni.

Prudentes, ac Circumspecti, Nobis honorandi.

In Regno hoc, degentes Judaei nomine communi instantialiter recurrerunt, degentes et remonstrantes, qualiter ad publicatam Consilii hujus de dato 27 Januarii Anni Currentis ratione cutium a p̄dictis Judaeis et aliis extraneis coēmi ac praeemi et e Regno evehi solitatum, ad Articulum 71: 1659. per alterum 79: 1715 Anni confirmatum, regulandae emptionis exaratam Intimationem, non solum in coēptione cutium simpliciter turbarentur, verum a nonnullis eorum jam coēptae et alio vectae, ablatae sunt, alii insuper verberibus excepti, et nonnullorum dudum coēptae, ac in deposito asservatae in Quaestionem summerentur: Ex quo vero praeattactae Intimationis non esset ille sensus, ut quaestus hic cutium praefatis Judaeis aut aliis extraneis ex integro inhibeatur, quod ipsa ratio Publici, cum Dominorum Terrestrium et aliorum hospitum, ipsique aerario suae Mattis regio exinde promanante praejudicio et damno non

admittit, verum praeemptio duntaxat extra tempus nundinarum in praecitato Articulo declarata sufferatur.

Hinc Liberae et Regiae huic civitati ulterius intimari, ad id, ut praeemptiones ob favorem et Bonum Regnicolarum lege vetitae, ulterius etiam praecaveantur, in reliquo autem Judaeis et aliis Extraneis in emptione memoratarum cutium et pellium, juribusque Dominalibus et aliorum hospitum, in ipsorum et Aerarii suae Mattis Regii emolumentum prospiciatur, eas in gremio sui illico facere et publicare noverit dispositiones: ut Judaei et alii extranei extra tempus nundinale cutes emere volentes, semet apud Magistratum, seu ordinarium, aut substitutum Judicem eatenus insinuare teneantur, qui dein absque dilatione civibus et Hospitibus ibidem degentibus indicabit, ut si qui voluerint convento, cum insinuante Judaeo, vel alio Extraneo praetio cutes et pelles praeeumere possint, quo facto, prout antehac, ita nunc et in futurum repetitis Judaeis et aliis Extraneis taliter semet insinuantibus cutes et pelles emendi, in negotiationum suam convertendi, adeoque et e Regno evehendi activitas in salvo permanet: Neque ab aliis quibuscumque hocce in negotio turbandi, tanto minus violenta manu rebus suis destituendi sunt. Datum ex Consilio Regio Locumtenentiali Pozsony, Die 19. Mensis Maji Anno Domini 1736.

C. Franciscus Eszterhazy.

Ludovicus Ordódy.

Szfv. Levélt. Intimata a. a. Nrus 1988. 1736 Május 19.

447.

1736 augusztus 3. Auszterlitz Áron kismartoni zsidó örökössei felségfolyamodványban királyi rendeletet kérnek, mely szerint Sopron megye tartozik nekik atyjuknak a meggyének kölcsönadott 100 aranyát kamatostúl visszafizetni.

Augustissime Imperator et Rex.

Domine Domine naturaliter Clementissime.

Majestatis Vestrae Ssmae Clementiae solio demissime adgeniculati humillime repraesentare necessitatur, qua-

liter Spectabilis et Generosus Dominus Stephanus Zehe, Mattis Vrae Consiliarius et I. Cottus Soproniensis Ordinarius V. Comes, qua eotum attacti Cottus Notarius a defuncto Genitore nostro Áron Auszterlitz adhuc in Anno 1714 die 18. febr. centum ordinarios aureos ad necessitatem fati Cottus mutuo levasset uti ex hicce humillime annexo Ejusdem recognitionis genuino Pari eveniret. Idem nihilominus I. Cottus summam eandem una cum legali Interesse in diem hodiernum inexolutam reliquit, et licet apud repetitum I. Cottum iteratas nostras fecissimus Instantias, quatenus tandem aliquando idem debitum complanare dignetur, nihilominus haud aliam sortiti summus resolutionem, quam quod in Prothocollo reperiatur, praescriptam debitorialem summam P. condam, ac G. Dno Emerico Madarász, qua illius temporis Cottus Perceptor persolvendam comissum fuisse. Quod autem idem debitum persolutum non sit, manifeste ex eo evenit, quod nos actu originale titulati Dni V. Comitis recognitionem prae manibus nostris habemus, sed nec per I. Cottum ex rationibus fati D. Madarász, vel etiam aliunde idem debitum complanatum demonstrari, aut quietantia desuper produci potest.

Eapropter Matti Vrae Ssmae de genu demississime supplicamus, quatenus ex innata Sua Caesareo-Regia Clementia fato Cottui complanationem tam praescriptae summae capitalis, quam et ex ratione cessantis lucri et damni emersi legale interusurium benignissime committere dignetur. Dumque Benignam, eamque optatam praestolaremur resolutionem, emorimur.

Majestatis Vrae Ssmae

Praes. 3. Aug. 1736.

humillimi Vassalli

Aaronis condam Austerlitz

Haeredes.

Melléklet.

Vettem Austerlitz sídótól kezemhez száz közönséges aranyat, melyet a N. Vármegye szükségire fordítottam, s

proxime bonificaltatni fog néki: kirúl adtam pro interim ezen recognitiómat.

Sopron 18 Februarii 1714.

Zeke István.

Praesentem Copiam suo vero originali conformem esse
Testor

Michael Friberth.

Caar. p. R. H. Jur. Advocatus

O. L. Ad Conc. Exp. 1736 Augustus Nrs. 43.

448.

Bécs 1736 augusztus 13. A király megparancsolja Sopron megyének, hogy Auszterlitz Áron örököseinek fizesse meg atyjuktól kölcsön vett és még vissza nem fizetett pénzt.

Carolus etc.

Rendi Hrabiles etc. Posteaquam nomine Haeredum Aaron quondam Austerlitz memoriale hisce in copia annexum exhibitum nobis fuisset; ejusmodi Instantiam eo fine ac tali cum benigno Mandato ad Vos hisce dirigendam esse duximus, ut nimirum stante eo, quod hujusmodi pecunia mutuo levata et nondum restituta fuerit, eandem persolvi facere noveritis ac debeatis. Graa in reliquo etc. Datum in Citte Nra Vienna Austriae die 13. Aug. 1736.

Cottui Soproniensi.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1736 Augustus Nrs. 43.

449.

Bécs 1736 szeptember 13. Királyi parancs a helytartótanács-hoz, hogy Gábiel Frank, esztergomi zsidónak, az általa összevásárolt 10.000 mérő zabot annak árának és a költségek megtérítése ellenében az élelmi raktáraknak kell átengednie.

Carolus etc.

Seren^{me} etc. Clementer confidimus, Regium hoc Nrum

Locumten. Consilium, conformiter benigno rescripto Nro die 7 curren. abhinc expedito, ad praecavendas omnes aerario Nro, et ipsi etiam Statui Publico summe nocivas frumenti, avenae, vel etiam hordei praeemptiones, in Comitatus omnes necessarias et opportunas praecautiones hactenus jam instituisse, imo hominibus quibus coëemptio frumenti, avenae, ac etiam hordei ad rationem Aerarii, proque subsistentia Militiae Nrae est concredita, hoc quoque in passu praebendam debitam assistentiam injunxisse ac comisse.

Cum porro percipiamus, in diversis praefati Regni Nri Hgae partibus Judaeos omnem quasi avenae copiam coëmere, ex indeque non tantum annonarii Officiales Nri in coëmptione avenae justo pretio impediuntur, verum et ipsi regnicolae, dum dein pro Transeuntis Militiae equis avena opus habent, eandem elevato nimis pretio ab iisdem Judaeis comparandam haberent, prouti unum saltem Judaeum Gabriel Frank vocatum Strigonii degentem praeexposito fine 10 metretas avenae Posonien. Men. jam coëmissee intelleximus.

Quare Dilectioni et Fid: Vris clementer hisce commitendum esse duximus, quatenus ex ratione subversantis hoc in passu Publici Boni, congruas suo loco dispositiones facere, mox noverint, ut praenominatus Judaeus in damnum et detrimentum Puplici coëemptas $\frac{m}{10}$ metretas avenae, erga refusionem expositi pro illa pretii, habitorumque eatenus sumptuum remittere ac consignare debeat, in reliquo autem Locorum Magistras sedulam curam gerant, ne talismodi nocivae praeemptiones a Judaeis, vel etiam alterius conditionis hominibus imposterum exercentur. Gratia in reliquo Nra etc.

Datum in Civitate Nostra Vienna Austriae die 13. 7bris 1736.

Consilio Locumten.

Ex offo.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1736 September Nrs. 53.

450.

Bécs 1736 november 20. Török és zsidó kereskedőknek csak Törökországból behozott szőrme- és bélésárakkal való kereskedés engedtetik meg; Német- és Lengyelországból behozottakkal való kereskedés nekik elkobzás terhe alatt megtiltatik.

Illustrissime, Spectabiles etc. etc.

Inclyta Cancellaria Regia Hungarico Aulica Camerae isti Aulicae notificavit, Pelliones in Liberis, Regiisque Partium Regni Hungariae superiorum civitatibus degentes repraesentavisse, qualiter subditi Ottomanicae Portae, praetextu initi cum eadem tractatus commercii, cum Pellibus et omnis generis subducturis ex Imperio et Polonia adferri solitis promiscue per Hungariam quaestum exerceant, non tantum in nundinis sed extra illas quoque domatim, ejusmodi pelles et subducturas circum ferendo, imo et ipsi Judaei, turcicis quaestoribus omnia impune transire videntes, similia pariter attendent. Et siquidem ejusmodi quaestus dictis civibus et Pellionibus praejudiciosus nimium atque damnosus foret, ac ipsi quoque memorato tractatui commerciorum adversaretur. Hinc dictos cives et pelliones superinde instituisse, quatenus eo, quo ipsi in legitimo privilegiorum suorum usu conserventur, et ad praestanda onera publica habiles reddantur, praerecensiti Turcici subditi, ab omni penitus pellium et subducturorum non ex Turcia, verum aliunde adferri solitorum quaestu inhibeantur, et neque judaeis talismodi quaestus extra tempus publicarum nundinarum sit admissus, si qui autem talismodi inhibitioni quodammodo contravenire attentarent, eorundem merces ipsosfacto confiscare et Fisco Regio applicari debeant.

Constabit autem praetitulatis Dominationibus vestris, quod quaestus pellium et subducturarum illarum duntaxat, quae ex Turcia advehuntur, memoratis Graecis quaestoribus, Turcicis subditis admissus habeatur, ex Polonia autem et Imperio inducendarum quaestus solis pellionibus privilegio legali provisus competet.

Idcirco praelibata Regia Cancellaria nullam in deferendo pellionum petito considerationem, aut difficultatem subversari innuente, imo ad locorum quoque magistratus, convenientes intimationes facturam semet declarante; Non gravabuntur suprafatae Dominationes vestrae suis locis eas facere dispositiones, ut subditi Turcici quaestores, prout et Judaei a quaestu pellium et subducturarum ex Imperio, vel Polonia, aut aliunde, et non ex Turcia induci solitarum inhibeantur, contravenientium autem merces ipso facto confiscentur et Fisco Regio applicentur. In reliquo praetitulatas Dominationes vestras ad vota vivere comprecamur. Viennae die 20^{ma} Novembris 1736.

Orsz. Levélt. Ben. Res, 1736 Novembris 20.

451.

Eperjes 1736 december 20. Sáros megye fő- és köznemes-sége megyei közgyűlés alkalmával panaszt emel a ser- és szeszfőzdeiket bérlő zsidókra kivetett új kamarai, jogaikat sértő adó és ennek behajtási módja ellen.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas,
Domine Dne Clementissime.

Demisse repraesentare cogimur Majestati Vrae Sacrae, qualiter jam ab aliquot retroactis Annis, a Judaeis in Bonis Magnatum et Nobilium in gremio Comitatus nri habitis Educilla, et Braxatoria Arendantibus, sub specie cujusdam tolerantiae Pensionis, primo quidem a singulo aureus, jam vero de recenti etiam ab ipsa arenda, facultatibusque cujuslibet gravis et onerosa sub titulo Camerali exigatur Taxa, quae tanto magis nos cogit, pro benigno remedio clementissimas Mattis Vrae Sacrae pulsare aures, quo exactio illa in partibus trans, et Cis Danubianis hactenus fuisset incognita, et non nisi nobis, quamvis unius ejusdemque Regni Commembris, et una eademque Libertatis Praerogativa gaudere debentibus onerosa. Tolerabamus hocce gravamen tamdiu, usque sub praetextu tollerantiae

aureus ille unus a singulo tanquam a capite exigebatur, verum ultra capita Judaeorum jam ad nostros etiam reditus inhiante tolerantiae hujus arendatorum, uti inaudimus, etiam Judaeorum Auri sacra fame, pro praejudicii hujus aversione Mattis Vrae Sacrae Clementia, quae Praerogativarum nrarum sub glorioso Mattis Vrae Sacrae Regimine illibate conservatarum, semper summum fuerat Fulcrum, hoc quoque in casu supplicandum svadet. Certum et enim est Clementissime Dne educilla et braxatoria magnatum et nobilium pure Dominalia esse, ab omnique onere exempta haberi. Cur itaque ex eo lucrum Camerae quaeri debeat, quod pure Dominale, et exemptum esset? Praejudiciosum profecto Dnis Terrestribus de quorum proventu semper tantum decedit, quantum exactoribus his accedit. Grave praeterea et onerosum, nam Judaei sex hominum pro exactione hujus Taxae exmissi, in educillis Dnorum Terrestrium, per benignum Mattis Vrae Sacrae Regulamentum etiam a militari quarterio exemptis summos faciunt excessus, quorum exorbitantiae maximam etiam patientiam injustas provocare possunt querelas, nam nec haec praenarrata suffigit exigere; verum executionalem etiam pecuniam, intertentionemque cautam extorquere praesumunt, quamvis in solvendo morositatem nullam obvertere possint, cum nec hoc unquam sciant, aut eis insinuetur, quidnam, et cui administrandum ab eis praetendatur, primaque insinuatio esset, ipsa executio, multo quidem gravior, et onerosior, quam si ipsum contributionale quantum exigeretur, et quidem talibus etiam, qui vel famam adventantium audiendo, eisdem cum pensione praetensorum in occursum festinanter procedunt, malum hocce excepturi, Domum remissi. Quo exactores hi advenientes, omnia sibi licere rati, nec Dominorum Terrestrium effrenes parcant honori, ultra etenim aureum illum in principio exigi solitum, ab educillo et facultatibus plus non esse solvendum Judaeis suis dicentes, titulis inhonestis officiunt Mattisque Vrae Sacrae infideles (ipsimet totius humani generis Salvatoris infideles) compellant. Sed nec Mattis Vrae Sacrae Aerario esset hocce

proficium; nam si id ulterius etiam exigere pergant, necessitabuntur possessores e Bonis suis Judaeos penitus expellere, qui ab eductis et inductis majorem quam Christiani solvunt Tricesimam, et ne Fundus quidem contributionalis expulsis sentiet commodum, cum illi si quas haberent facultates, uti essent, cum humillima venia pecora et pecudes, a quibus tanquam commodum hocce de Bono Dni Terrestris, et non Camerali percipientes, inter incolas loci ejusdem, in quo degerent, et in cujus territorio easdem pascere, et non praetensae tolerantiae Arendatoribus solvere tenerentur, cum et alias non alia potissimum de causa, beneficia haec Dominalia eisdem elocarentur, quam ut Subditi Publica potius ferant onera, quam vacuis relictis suis sessionibus in Educilla illocentur, in quibus consumptis intra breve tempus suis facultatibus, conglomerataque potus pretii restantia, vel profugiant, vel expellantur, locoque profugorum aut expulsorum, novi iterum, cum nova contribuentium diminutione suscipiantur, et assumantur: Supplicamus proinde Majestatis Vrae Sacratissimae humillime, quatenus praejudicium hocce nostrum benigne tollere, nosque ad instar aliorum Sacrae Regni hujus Coronae commembrorum et statuum, quemadmodum in aliis, in hocce quoque negotio Majestas Vra Sacra tractari facere clementissime dignetur, ut nos quoque justis Bonorum nostrorum proventibus libere uti et frui valeamus, neque praejudiciosam hanc eorundem diminutionem ulterius tolerare debeamus, felix et diuturnum ad seros usque nepotes transferendum Regimen Majestati Vrae Sacrae incessantibus desideriis comprecando emorientes. In Generali Comitatus Saarossiensis Congregatione Die 20. Mensis Decembris, Anno 1736 Eperessini celebratae.

Majestatis Vrae Sacrae.

Humillimi perpetuoque fideles subditi
Universitas Praelatorum, Baronum, Magnatum,
et Nobilium Comitatus Saarossiensis.

Orsz. Levélt Acta Judaeorum Lad. B. Fasc. 7. Nrs. 1.

452.

1736 december havában. Márkus Schlesinger és Herz Löw Manasses engedélyt kérnek arra, hogy közös érdekű perükben Kanicsár Pál ügyvéd legyen jogi képoiselőjük.

Sacratissima, Caesarea Regiaque Majestas,
Domine Domine Clementissime.

Quandoquidem in certa causa coadunata ambobus nobis Jure agendum sit, hunc vero Processum absque assistentia Advocati neutiquam prosecui valeamus; Hinc confisi in promovendis hujuscemodi Juris negotiis dexteritati et activitati Egregii Pauli Kanicsár, eundem in specie, in genere vero quosvis alios, solito Juramento adstrictos in Regno Hungariae Advocatos, coram Augustissimo Mattis vrae Sacratmae Throno constituimus in nostros Procuratores, supplicantes humillime, quatenus solitas literas Testimoniales super hac Constitutione nostra, nobis Clementissime elargiri dignetur Majestas vra Sacratissima.

Sacratissimae Majestatis vestrae

Humillimi fidelissimi Subditi

Marcus Schlesinger et
Herz Löw Mannasses.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1736 December Nrs. 46.

453.

Bécs 1737 január 22. Moson, Sopron és Vas megye felszólítatnak, hogy kutassák fel levéltáraikban mindazon nyugtatványokat, melyek Wertheimer Simsonnak, vagy a hadihivatal pénztárának 1698 óta az adókból fizetett összegekről szólnak és küldjék fel az ezekről készített jegyzéket.

Carolus etc.

Splis et Magfce etc. Quandoquidem ad hoc, ut calculus circa antipationes a defuncto quondam Judaeo Simson Werthaimer vocato, Aerario Caesareo Regio factas, et exinde ab ejusdem haeredibus formatae praetensiones determinari

et finiri possint, inter reliqua praecipue desideretur, ut genuine sciatur, quidnam praefatus Judaeus ex Comitatus Soproniensi, Castriferrei et Mossoniensi inchoando ab A^o 1698 de Contributionali Annuo erga proprias vel Gralis Officii Solutorii bellici quietantias realiter perceperit.

Eapropter Fidelitati Vrae clementer hisce intimandum et comittendum esse duximus, quatenus in Archivo Mossoniensi Cottus omnes tales vel Judaei vel supramentionati officii quietantias in Originali quaecunque reperibiles sunt accurate perquiri, et illas in Extractu cum expressione dati illarum, Nominis item illis adscripti, nec non summae, de qua sonant Regiae Cancellariae Nrae Hgco Aulicae quociens submittere noverit et non intermittat, absque tamen eo, ut ejusmodi quietantiarum perquisitionis negotium ad notitiam Haeredum praefati Judaei perveniat. Gratia in reliquo etc. Datum in Citte Nra Vienna Austriae die 22. Januarii 1737.

Comiti Carolo Zichy,
ex offo.

In simili Stephano Zeke quoad Sopronien. Cottum.
In simili Stephano Rosty quoad Castriferrei Cottum.
mutatis mutandum.

Ürmény.
Jaszvitz.
Marczell.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1737 Januarius Nrs. 62.

454.

Kőszeg 1737 január 23. Kőszeg szabad kir. városának jelentése az ottan lakó egyetlen zsidóról.

Serenissime Dux Regio Locumtenens, Excelsum Regio Locumtenetiale Consilium. Domini, Domini Benignissimi, Gratosissimi, Colendissimi. *

Serenitatis vestrae Regiae Excelsique Regio Locumtenetialis Consilii, de dato diei 18. Mensis Decembris, et

anni proxime praeteritorum, Posonii ad Nos expeditum Benigno Gratosum Intimatum eo, quo par est, homigialis Devotionis Nostrae obligamine, humillime percipientes in facto Judaei, hic loci commorantis, eam demissime submittere valemus Informationem.

Haebreus olim Izrael Schlesinger nominatus, qui Telonium hujus Cittis multis retroactis annis in Arenda possidebat, verum juxta Gratosia Intimata praetitulati Excelsi Consilii Regii Locumtenentialis, ad mentem Legum Articulationum a praemisso Telonio nostro amotus, medio Tempore una cum uxore sua fatis cessit. Domus interea, quam hic loci Jure Emptio, et una Vineae unius Urnulae, quam Jure executionali possidebat ad posteritates ejus devoluta, respectu quorum Haeredes, qualem intra se subdivisionem fuerint, nobis adaequate non constat.

Verum filius ejusdem major natu, Marcus Schlesinger nomine, qui in Lakenbach, Bonis Celsissimi Principis Eszterházy (Tit.) collocatus, huc se contulit et praeattactam Domum cum vinea, uti informamur ex cessione Fratrum Suorum minorum natu, quibus sorte divisionis obvenisse feruntur, possidendam, recenter una cum una Fornice mercantili, quam et parens a Citte in 50 florenis quotannis solvendis, exarendatam habebat, apprehendit et etiam nunc tenet; in reliquo obventiones civiles, Cassam Domesticam, prout et Portionales, Cassam Militarem respicientes, a praeattacta Domo et Vineae, ad Normam reliquorum Civium et Inhabitorum a proportionem solvit, et deinceps quoque universa praestare est obligatus. Quantum ejusdem statum concernit, est Haebreus Viduus, exiguarum facultatum, praeter in praemissa fornice, habitas non magni momenti res mercantiles: utpote telam, fimbrias, ligulas, sericum, fila, aromata et alias minutias distrahens, alium quaestum non exercet, unde nec unquam publicas nundinas, extra civitatem hanc frequentat. Proles minores habet duos, unum famulum et famulam similiter unam, et hic aliter subsistere nequiret, nisi cum fratres minores natu, unus Kismartonii factor, et alter apud Viennensem Aulicum Judaeum in Con-

ditione existens, succolarent et sustentarent. Quantum alios Extraneos Judaeos attinet, hic loci nullum habent sustentaculum. Quin imo et hunc concives nostri, erga competentem exolutionem domus et Vineae amovere intendebant, sed recursum faciens ad Suam Majestatem Ssmam ob merita praememorati sui parentis, velut Privilegiati in Clementissimam Protectionem est receptus. Et haec dum humillimae Informationis Loco Serenitati Vestrae Regiae, Excelsoque Regio Locumtenentiali Consilio demissime submittimus, Nos ejusdem Clementiae, et Gratiis enixissime submittentes perseveramus.

Serenitatis Vrae Regiae Excelsique Regio Locumtenentialis Consilii

humillimi servi

N. N. Judex et Senatus adeoque Tota
Communitas Liberae Regiaeque Civitatis
Keöszegh, seu Ginz.

Ginzii Die 23 Januarii 1737.

Orsz. Levélt. Conscriptio Judaeorum 1735—1736 Acta Part.

455.

Pozsony 1737 január 26. A helytartótanács ismételt elrendeli, hogy a szomszédos tartományokból jövő zsidók és mások is csak útlevél előmutatása mellett jöhetnek be Magyarországra és az egyik városból másik városba menő zsidók is csak lakóhelyük magisztratusától kiállított útlevéllal mehetnek helyről-helyre.

Prudentes ac Circumspecti Nobis honorandi.

Meminerit procul dubio haecce civitas ex Praescripto benignarum Caesareo--Regiarum Despositionum Annis recentior abhinc praeteritis quoad perquisitionem vagorum iteratae emanaverint Intimationes. Quarum intuitu tametsi nil dubitet Consilium istud Locumtle Regium omnem passu in hoc vigilantiam Civitatem hanc adhibuisse, idque in gremio sui disposuisse, ut antelatarum ordinationum debitus

quoque subsequatur effectus; mirum tamen est, quod ut Consilio isti Locumtli Regio fidedigne innotuit, his non obstantibus Judaei ex vicinis Provinciis, absque ullius Passualibus ad Regnum hocce imittantur, et tam hi, quam et actu in Regno degentes per Cottus et Civitates, nullum, ut praemissum est, legitimationis suae documentum producere valentes, libere divvagari sinantur, et neque eatenus investigaturi; Unde fit, quod tot, et tanta Praedocinia, Latrocinia, Homicidia et alia quaevis maleficiorum genera, ut recentissime in Comitibus Pestiensi et Mossoniensi accidisse fertur, per ipsos patrari inudiantur.

Cum autem praescriptae Benignae Regiae Dispositiones, de perquisitione vagorum et quorumvis perniciosorum hominum generaliter sonantes, Judaeos aequae, ac Christianos, adeoque quosvis ignotos perquirendos innuere videantur. Sed et secus ratio securitatis publicae exigit, ne signanter perfida haec natio, et Christiano sanguini inimica, in vitam et fortunas Regnicolarum perperam saevire permittatur.

Idcirco Consilium istud Locumtle Regium huic etiam malo prospectum iri cupiens, Civitati huic Praesentibus serio ac districtim intimandum esse duxit, quatenus eas illico in gremio sui dispositiones facere noverit, ut memorati quoque Judaei, juxta praescriptam in perquisitione vagorum Idaeam investigentur, et nisi debitis passualibus provisi fuerint, comprehendantur, comprehensi autem, usque ulteriorem legitimationem suam detineantur, legitimatedi porro ad loco habitationis remittantur. Insuper quemadmodum Sacram Caesaream Regiamque Majestatem sperat disposituram Consilium istud Locumtenentle Regium, ut Judaei ex aliis vicinis suis Provinciis Regnum hocce intrare cupientes, debitas Passuales suis in locis extrahant, nec secus ad Regnum admittantur. Ita Civitas quoque haecce in gremio sui ordinabit, ut ibidem degentes, ac in alium Comitatum, vel Locum ire, et redire volentes, a Magistratibus Locorum novas de Casu in Casum passuales excipiant, neque secus comeare permittantur; absque iis autem divvagantes, pro gravitate circumstantiarum Magistrualiter puniantur. Datum ex Consilio

Regio Locumtenentiali Posonii die 26 Januarii Anno 1737 celebrato.

Comes Carolus Zichy.

Ladislau Barinay.

Szfv. Levélt. Intimata a. a. 1737 Nrus. 2013. 1737 Januarii 26.

456.

Bécs 1737 február 25. A király tudomásul veszi a helytartóság részéről a zsidók bevándorlására vonatkozólag történt intézkedéseket.

Carolus 6. etc.

Seren^{me} etc. Ex demissis Regii istius Nri L. Consilii literis die 26. Men. proxime praeteriti ad Nos datis uberius benigne intelleximus, quales interea etiam temporis donec circa restrictionem Judaeorum in Hungaria elaborari commissum opus perfectum fuerit, in eo ne Judaei quoque absque sufficientibus Passualibus Literis hinc inde proficisci, vel etiam vagari permittantur, per Universos Regni Cottus intimari et publicari fecerint dispositiones; Quas rite debiteque ubivis locorum observare utique est necesse, ut sic tanto magis ipsi quoque extra Hungariam defacto degentes Judaei qui neque in modofatum Regnum admitti debent ab ejusmodi per Hungam divagatione arceri possint. In reliquo etc. Datum in Citte Nra Vienna Austriae Die 25. febr. 1737.

Consilio Locumtenentiali
ex offo.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1737 Martius Nrs. 2.

457.

Laxenburg 1737 május 3. A király leküldi Sáros megyének hozzá intézett felterjesztését avval, hogy a helytartótanács hagyja meg e megyének, törekedjék inkább a zsidóktól megszabadulni, mintsem azokat szaporítani.

Carolus VI. DEI gratia electus Romanorum Imperator,

semper Augustus, ac Germaniae, Hispaniarum, Hungae, Bohemiaeque etc. Rex.

Serenissime Dux Consanguinee Nobis Charissime, Reverendissime item Reverendi, Spectabiles ac Magnifici, nec non Egregii, Fideles Nobis dilecti. Ex parte Comitatus Saarossiensis nobis humillime submissam Repraesentationem Dilectioni et Fidelitatibus Vestris clementer hisce in Copia eo fine transmittendam esse duximus, quatenus desuper Eidem Comitatus intimare noverint, ut se potius a Judaeis liberare, quam pro eorundem augmentatione laborare Audeat. Gratia in reliquo nostra Caesareo-Regia Eidem Dilectioni et Fidelitatibus Vestris benigne jugiterque propensi manemus. Datum in Castro nostro Laxemburg die tertia Mensis Maji. Anno Domini 1737.

Comes Ludovicus de Batthyán m. p.
Petrus Végh. m. p.

Másolata sub Conc. Exp. 1737 Május Nrs. 25.

Orsz. Levélt. Acta Judaeor. Lad. B. Fasc. 7 Nrs. 1.

458.

Bécs 1737 július 19. A bécsi udvari haditanács privilegiumot ad a Bánátban lakó zsidóknak.

Was dieser Zeit in Banat befindlichen, sich so nennet „Spanisch Judenschaft“ und bei obwaltenden Konjunktoren, in ihren bishero genossenen Privilegien und Freiheiten nicht beinträchtigt oder sonst auf einige Art empfindlich mitgenommen zu werden, supplicando bei uns angebracht und gebeten haben. Wie nun dieses Gesuch in Billigkeit von selbst gegründet, folglich demselben umso mehreres zu deferiren ist, da bei Handhabung dero Judenschaft hiebevorn erteilten Protektion fides publica hauptsächlich subversiret, gegenwärtige Umstände derzeit und Beschaffenheit der Sachen auch solche Manutenenz allerdings erfordern:

Als tun wir denen Herren hiemit bedeuten und ausdrücklich aufgeben, dass selbe besagte Judenschaft bei dem Genuss ihrer wohlhergebrachten Freiheiten, Concessionen.

Privilegien, auch Immunitäten allstets ungekränkter lassen, folglich hierin auf keinerlei weiss turbiren oder beeinträchtigen, noch sonst diesfalls einige Aenderungen vornehmen, sondern sie dabei viel mehreres handhaben und gegen selbe auf dem Fuss, wie es bishero geschehen, ohne geringsten neuer Auflag und Beschwerung weiters fürgehen sollen.

Wien den 19. Juli 1737.

Nomine Incliti Consilii Aulici et Bellici.

An die Administration in dem Temescher Banat.

Josef Willibald Freiherr von Schönstein

Főtiszt. dr. Singer Jakab, temesvári főrabbi szíves közlése szerint
Löwy M.: Skizzen zur Gesch. d. Juden in Temesvár c. munkájából,
16—17. l. Eredetije a bécsi Hof. és Kriegskanzleiban, M. B.

459.

Bécs 1737 augusztus 13. Rendelet a helytartótanácsához, hogy tegyen jelentést arról, hogy Máramaros megye hatósága miért nem engedte meg két zsidónak, akiknek a türelmi adót bérbeadták, ezen adó behajtását.

Carolus etc.

Serenissime etc. Ex demissa Camerae Nostrae Aulicae Repraesentatione informamur: Quod Cottus Maramarossien-sis certam tollerantialis pecuniae a Judaeis in Superiore Hungaria degentibus aut quaestum ex Polonia exercentibus desummi solitae, de facto autem quibusdam duobus Judaeis in arendam datae exactionem, in sui gremio impediat; Si-quidem vero praefata Camera Nostra existimaret Judaeos veluti in aliis partium Superiorum Comitatus, ita etiam in Maramarossien-si degentes, signanter a tempore factae hujus Jurisdictioni Hungaricae reincorporationis, praestationi antelatae tollerantialis pecuniae obnoxios esse.

Eapropter Dilectioni et Fid: Vris clementer hisce committendum esse duximus, quatenus Cottum Maramarossien-sem superinde cur. nimirum dictae pecuniae a Judaeis exactionem impediat, audire, ac de eo nos proxime informare

noverint et non intermittant. Gratia in reliquo etc. Datum in Archiducali Civitate Nra. Vae. Austriae 13. Augusti 1737.

Consilio Locumten:

Ex off'o.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1737 auguszt. nro. 28. Eredetijét l. Acta. Judaeor. Lad B. Fasc. 7. Nrs. 1.

460.

Bécs 1737 augusztus 26. Löw Hertz Manasses felségfolyamodványban panaszkodik Pozsony városkapitánya és hadnagya ellen, kik vele, midőn üzleti ügyekben a külvárosban levő „Az arany bárány“-hoz címzett vendégfogadóban tartózkodott, durván és sértően bántak, és midőn a királytól kapott privilégiumát felmutatta, ezt neki felségsértő kifejezéssel visszaadták. Elégtétel végett fordul a királyhoz.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas,

Domine Domine Clementissime.

Majestati Vestrae Sacratissimae humillime et cum dolore repraesentare necessitor, qualiter proxime praeterlapsa die 11^{ma} Mensis hujus Aug: sero vespero Posonium adveniens, posteaquam ibidem 12^{ma} ejusdem in Sub-Urbii diversorio ad aurum agnum nuncupato subsistere me necessum fuisset, tandem 13.^{ta} dicti Men: nescio cujus ex instinctu circa horam 9-na vespertinam Locumentenens Cittis der Stadt Lieut. dictus, vigiliis stipatus, his ante domum relictis, cubile meum cum Corporali praeter spem minus decenter ingrediendo negotia mea acrius ex me sciscitari non dubitavit, ad quod attonitus reposui me ibidem cum variis et quidem etiam Magnatibus agendum habere; replicat ille exprobrando, an nescirem Judaeis in fundo Cittis omnem mansionem interdictam? reposui iterato, me Extraneum adeoque horum inscium, praecise penes altissimas Mattis Vrae Smae Protectionales Privilegiales (quas sub lit: A. in vidimus humill: annecto) itinerari, rpu. quarum, ne dubium habeat, eas in Orig: exhibui, objicere autem audiente Di-

versoriario temerarius non reformidavit; *Mattem Vram Ssmam in iuribus Cittis nil disponendum habere*, rpu. tamen praefati orig: coram Iudice ordinario Cittis me illico ut legitimarem, praecepit, quod et medio Famuli mei per vigilias adinstar publici Malefactoris comitatui eo deportari feci, me non minus inter vigilias interim domi remanente, a quo dein Iudice loci ultro quidem ad Capitaneum Cittis missus idem famulus meus exstitit, ubi dum pariter cum vigiliis comparuisset, intellecto per eundem Capitaneum tenore altissimorum Protectionalium famulum meum indecentibus terminis aggressus dixit: ut si vel semel in territorio Cittis nos deprehendi contigerit, crura illico confringi nobis faciet. Clementissime Domine! Modus hic procedendi illicitus eo mihi acerbior quo neminem prorsus laedendo penes altissimas Protectionales Mattis vrae Ssmae ad Regna quoque haereditaria se extendentes, velut cujvis ita et mihi redire omnino tutum ac liberum esset; damnum tamen non leve casu ex hoc oriri mihi quiret, homo siquidem Negotiator hic Viennae existens, per ejusmodi, publicam quia ad accursum hominum inflictam Prostitutionem (aliis nescio quae supponentibus) fidem et existentiam, ne dicam panem meum perdere facile possem, qui per 20 et ultra annos Matti vrae Ssmae non tantum repetitas aliquot centenorum millium flor: paratas anticipationes indefesse procurari, verum et in variis admodationibus nec non subministrationibus ad ipsam quoque Augustissimam Majestatis vrae Ssmae Aulam me fidelem semper exhibui subditum; et certe an labem in his aliquam per dictum procedendi modum revera non incurrerim metuendum habeo, per quod ipsum insperate quoquo modo deficiens fides mea praesentanei rursus anticipationis negotii conamen admodum retardaret. Ejusmodi proinde excessus tam rpu. mei, quam et ne fors aliorum quo minus imposterum oriri accidat;

Majestati Vrae Ssmae de genu humillime supplico, dignetur intuitu praememoratorum ex innata sibi erga Ursos. Clementia Cao Ra ad manutenendam ulteriorem fidem et existimationem inter homines, benignam juxta altissimum

libitum mihi cleme, impendi facere satisfactionem Pro qua
clementissima gratia manebo dum vivo.

Majestatis vestrae Sacratissimae.

Humillimus perpetuoque fidelis
subditus

Hertz Löw Manasses.
Caesareae Aulae Judaeus.

Kivül: Praes. 26 Aug. 1737.

Per Agent. Trummer

Orsz. Levél. Ad Conc. Exp. 1737 Augustus Nrs. 82.

461.

*Bécs 1737 augusztus 30. III. Károly Pozsony város magisz-
trátusától vizsgálatot és jelentést követel Manasses Löw
Hertz felségfolyamodványában előadott panaszok ügyében.*

Carolus etc.

Prudentes et Circumspecti etc. Quonam in passu Ju-
daeus Nr. Vienensis Manasses dictus ad Mttem Nram recur-
rerit, qualemve querimoniam contra Civilem Capitaneum
vrum et ejusdem Locumtenentem posuerit, ex annexis
uberius percepturi estis.

Penes quorum communicationem Vobis benigne com-
mittimus, quatenus in expositorum, potissimum vero in
derogamen Regiae Authoritatis Nrae (uti asseritur) per
dictum Tenentem civem vestrum temerarie prolatorum
veritatem inquirere, ac tam quid eatenus subsit, et cur an-
telato Judaeo territorium Civitatis per dictum Capitaneum
vestrum sub tam gravi comminatione inhibitum sit, Mattem
Nram quantocyus informare debeatis ac teneamini. In re-

liquo etc. Datum in Civitate Nra. Vienna Austriae die 30. Mensis Aug. 1737.

Magistratui Posoniensi.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1737 Augustus Nrs. 82.

462.

Óbuda 1737 szeptember 29. Özv. Zichy Péter grófnő szül. Bercshényi Zsuzsanna grófnő örökáron eladja az óbudai zsidó községnek a telket, amelyen zsinagógájuk áll, és bérbe adja nekik a hozzáépített szobát és a mellette levő uradalmi házat. Egyben megállapítja a díjat, amit neki egy Óbudán elhalt idegen zsidó temettetése előtt fizetni kell.

Juden gemeinde old ofen Kauf brif.

Von heund zu Endgesetzten Dato haben S. Exell. der Hochgebohrene Gräfin und Frau, Frau Susanna gräfin Zichyn gebohrene gräfin Berchényi von Székes hinterlassener Wittib des weyl. In gott Ruhenden hochgebohrenen grafen Péter Zichy von Vásonkő dero Königl. May. grossten geheimben Rath würllichen Cammerherrn des Königl. Reichs Hungarn Obrist Kuchelmeister Eines septem Viraldafl Rath und der löbl. Szabolcser gespahnschaft Obergespahn von einer gesambten Juden-Gemeinde zu altopen Nachfolgenden Contract gefertigt und geschlossen.

Es verkaufen auf alzeit obhochgedachte Hochgräflliche Exell. versagter Judengemeinde-denjenigen blatz, auf welchen Ihre Schuhl vor ihr Juden gemein Eigenen grund, dato verpachtet Ihnen das daran gebauthe zimmer sambt des genanten zwischen Haus Stöll, von den Blaz, welcher Ihnen, eine Mauer herumb zu führen, vorgemessen ist, wie auch dass hersch. Haus alda, als 4 Zimer und Kuchl, Ein Cammer, Ein Gewölß, die jetzige fleischbankh, und unter dem Haus befindlichen Kellern, die fleischbankh aber soll und

muss Cassirt und zu ein Zimerl oder Camerl zugerichtet werden, doch alles das ohne praejudiz der grund Herrscht., soll ihnen auch nicht erlaubt sein, dahin was anders zu bauen als mit genomene Haltung und Erlaubnis der Herrscht. Dann auch ohne Sperrung oder Verbauung dess alda nău angelegten gassl, ohne das solches jemall nur Soll cassirt werden, diess soll zu eine Sicherheit Ihrer Synagog, ihren gottesdienst darin zurichten und übriger gemein H. [Heiligen] orth sein verbleiben haben; also auch den jeningen Orth, welcher zu Ihres begräbniss dermahlen mit latten schon umbefungen ist: so dann versprechen Ihre Exell. die Juden vor allen bei diesen Kaufe, und verlaubt so wohl wiedersambte (?) [Fremde] als Einheimbisch zu schützen und zu schürmen; Wohingegen

der Juden gemeinde verboten bleibt, keinen Fremdbden Juden, wer in auch seyer, so totter daher gebracht worden, oder aber alhier abgestorben mocht er, ohne aus ambtlicher erlaubnis zu begraben: der grund Herrscht, allwo sie es gewöhnlich anzumithen [anzumelden?], unter Straf 4 Z. [Fl.] allevail schuldig verbunden sind:

Wird aber

Ein dergleichen Statt — Sohero gebrachtes — begraben, beerden wollen, sollen sie Schuldig seyn, vor jeden Rf. 6 der Herrsch. zu bezahlen, wenn es sich aber zu tragen mechte, das ein dergleichen frembder, welcher von ungefähr in seiner Verrichtung komete, allhier verstorben würde, soll von jedem dergleichen, nebst ordentliches andeuthung der Herrsch. ein pfandt wiedrigen fals der sie es verschweigen sollten, auch hiefur die obige Straf von Fl 4—bestanden sein soll.

Dies zu unserer Becräftigung und sicherheit seiend dieses Contractes zwei gleichlautenden Exemplarria errichtet, und eines davon, von Se. Hochgräfl. Excell. ausgefertigt, der Juden gemeinde, das anderte aber von erstgedach-

ter Juden gemeinde unterschrieben und mit dem gemeinde
petschaft corroborirter an die hochgräfl. grund frauen über-
lassen worden.

Sig. Markth Altofen den 29. Sep. 1737.

S.[usanna] G.[räfin] Zichin (Sig.).

M. Zs. Szemle. 1906. évf. 355. l.

463.

Óbuda 1737.

Óbuda 1737.

Az óbudai zsidók

Nomina Judaeorum et Viduarum in Oppido Vetus Budae	Uxores	Majores proles	Minores proles	Praeceptor	Famulus	Ancilla	Summa Caputum	Equos	Boves	Vaccas	Vitulos	Dominus illius Haereditarius in, vel extra Hungariam
Judex Hirschl Mandel . . .	1	1	3	—	1	1	8	4	—	—	—	In Moravia Princeps Dietrichstein est subsequentium D. Haereditarium
Wolff Hirscl	1	—	2	—	1	1	6	—	—	—	—	"
Moyses Wolff . . .	1	—	1	—	1	1	5	—	—	—	—	"
Aron Jacob	1	—	—	—	1	—	3	—	—	—	—	"
Marcus Lebel . . .	1	—	2	—	—	1	5	1	—	—	—	"
Peril (?) Joachim . .	1	—	2	—	—	—	4	—	—	—	—	"
Isak Aron	1	—	1	—	—	1	4	—	—	—	—	"
Gabriel Philipp . . .	1	—	2	—	—	1	5	—	—	—	—	"
Mandel Moyses . . .	1	—	1	—	1	1	5	1	—	—	—	"
Mandel Lukas . . .	1	—	1	—	—	0	3	—	—	—	—	"
Faisel Ledi	1	—	1	—	—	—	3	—	—	—	—	"
Simon Joachim . . .	1	1	1	—	1	—	5	2	—	—	—	"
Elias Aron	1	—	—	—	—	—	2	—	—	—	—	"
Marcus Lazarus . . .	1	1	1	—	—	1	5	—	—	—	—	"
David	1	1	1	—	—	1	5	—	—	—	—	Ex Italia Roma oriundus
Isak Abraham . . .	1	1	1	—	—	1	5	—	—	—	—	In Moravia habet D. Principia Lichtenstain.
Hirschel Aron . . .	1	—	2	—	—	1	5	1	—	—	—	"
Moyses Joachim . . .	1	1	1	—	1	1	6	—	—	—	—	"
Moyses Simon . . .	1	—	2	—	—	—	4	—	—	—	—	"
Marcus Simon . . .	1	—	3	—	1	1	7	4	—	—	—	Vetero Budae natus
Lebel Isak	1	—	2	—	—	1	5	—	—	—	—	In Moravia habet D. C. Kaunicz.
Philipp Lebel . . .	1	1	3	—	—	—	6	—	—	—	—	Ejusdem Subditus
Moyses	1	—	1	—	—	1	4	—	—	—	—	Ex Bohemia oriundus

összeírása.

De praesenti est in Curia aut Fundo, vel sub Jurisdictione, aut Protectione	Annue solvit Haereditario Domino				Solvit Alteri D. sub cujus actuali Pro- tectione aut in cujus Fundo est				Conditione est, seu exercet quaestum aut opifium
	In parato		In natura- libus	Quae in pretio effice- rent	In parato		In natura- libus	Quae in valore effice- rent	
	fl	x			fl	x			
Est sub jurisdictione Exll. Donae Comitissae Petro-Zichianae prout et reliqui sub sequen- tes	3	—	—	—	—	—	—	—	Quaestum agit communi- bus Mercibus, utpote Telis, filiis, Ligulis Zo- naro? et similibus aliis.
"	3	—	—	—	8	—	—	—	Habet Fornicem Vetero Budae mercatur commu- nibus mercibus.
"	3	—	—	—	5	—	—	—	Mercator communibus mer- cibus.
"	2	—	—	—	2	—	—	—	Est tonsor.
"	3	—	—	—	8	—	—	—	Ejusmodi mercibus mer- catur, prout praecedens
"	3	—	—	—	2	—	—	—	Ferro mercatur antiquo.
"	2	—	—	—	2	—	—	—	Pagatim de ambulando mercat rebus minutiari- bus.
"	2	—	—	—	2	—	—	—	Prout proxime praecedens mercatur
"	3	—	—	—	8	—	—	—	Communibus Mercibus Mercat.
"	—	—	—	—	1	—	—	—	Sartor.
"	—	—	—	—	2	—	—	—	Sartor.
"	—	—	—	—	5	—	—	—	Pagatim peregrinando mer- cat minutiis.
"	—	—	—	—	2	—	—	—	Aeque mercat. minutiis
"	—	—	—	—	2	—	—	—	Leporinis Pellibus et aliis adjectis rebus mercat.
"	—	—	—	—	9	—	—	—	Vetero Budae habet forni- cem communibus merci- bus repletum.
"	3	—	—	—	7	—	—	—	" " " = detto.
"	3	—	—	—	5	—	—	—	Dorso portando pagatim res minores vendit.
"	—	—	—	—	5	—	—	—	Sartor.
"	—	—	—	—	5	—	—	—	Est aeque Dorsalista.
"	—	—	—	—	9	—	—	—	Habet fornecem communi- bus mercibus repletum.
"	—	—	—	—	5	—	—	—	Dorsalista
"	—	—	—	—	5	—	—	—	" " " = detto
"	—	—	—	—	2	—	—	—	Sutor.

Nomina Judaeorum et Viduarum in Oppido Vetus Budae	Uxores	Maiores proles	Minores proles	Præceptor	Famulus	Ancilla	Summa Caputum	Equos	Bovés	Vaccas	Vitulos	Dominus illius Haereditarius in, vel extra Hungariam
Kalmon	1	—	2	—	—	1	5	2	—	—	—	Ex Bohemia oriundus
Abraham Juda . . .	1	—	4	—	—	1	7	—	—	—	—	In Stomffa habet D. C. Pálffy.
„Idie“ (?) Jacob . .	1	1	1	—	—	—	4	1	—	—	—	Ex Polonia oriundus.
Siskint	1	—	3	—	—	—	5	—	—	—	—	Ex Bohemia.
Valentia	1	—	—	—	—	—	2	—	—	—	—	Ex Holics habet D. C. Czobor
David Moyses . . .	1	—	1	—	—	—	3	—	—	—	—	Ex Austria Principis Sulz- bach subditus
Samuel	1	—	2	—	—	1	5	—	—	—	—	In Bohemia ex Mirelitz (?)
Moyses Saje	1	—	3	—	—	—	5	—	—	—	—	Ex Cottu Posoniensi
Valentia Jacob . . .	1	—	1	—	—	—	3	—	—	—	—	Ex Polonia
Jacob Moyses . . .	1	1	1	—	—	—	4	—	—	—	—	Ex Cottu Mosoniensi
Hirschel Mayer . . .	1	—	3	—	—	—	5	—	—	—	—	Ex Polonia
Isak Hirschel	1	1	2	—	—	1	6	—	—	—	—	In Hungaria Mattersdorff
Lazarus Hirs	1	1	2	—	—	—	5	—	—	—	—	Ex Cottu Poson. Gece
Ancsel Kalmon . . .	1	—	2	—	—	1	5	—	—	—	—	Ex Cottu Barsien.
Joseff	1	—	3	—	—	—	5	—	—	—	—	Ex Polonia.
Joseff	1	—	2	—	—	—	4	—	—	—	—	Ex Moravia Bisenz
Isak Juda	1	1	1	—	—	—	4	—	—	—	—	Ex Moravia Pr. Lichten- stein.
Hirschl	1	1	2	—	—	—	5	—	—	—	—	In Moravia habet D. Princ. Dietrichstein
Wolff Abraham . . .	1	—	2	—	—	—	4	—	—	—	—	Ejusdem subditus.
Joseph	1	1	—	—	—	—	3	—	—	—	—	Praga oriundus.

Orsz. Levélt. Conscripio Judaeorum 1735—1737. Acta Particularia.

110
89
199

464.

Bécs 1738 március 7. Az ausztriai cancelláriával közli a magyar cancellária, hogy Bau József zsidó Pozsonyban csak a Pálffy-féle uradalom területén telepedhetik le az uradalom engedélyével.

S. C. Reg. M. I. Cancellariae Austriaco-Aulicae ad ejusdem circa dirigendum Posonium certum Judaeum Joseph Pau vocatum die 28. Mensis proxime praeteriti datam insinuationem peramice reinsinuandum. In territorio Liberae ac Regiae Civitatis Posoniensis, inclusis quoque eo suburbiis ejus juxta etiam habitum ad praesens usum, non concedi mansionem Judaeis, ad fundum vero Palfianum Subarcensum, a terrestre ibidem Dominio, non admitti alios Judaeos, quam qui se dicto terrestri Dominio subjiciunt. Penes quod reinsinuationem manet Incltyi isti etc.

Cancell. R. H. A. 7. Marc. 1738.

Jabloneczay.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1738 Martius Nrs. 127.

465.

Bécs 1738 április 17. Az udvari kamara felkéri a magyar kir. cancelláriát, hogy ejtse módját annak, hogy miképen lehetne, a felsőmagyarországi zsidók által már eddig is fizetett türelmi adó arányában, a dunáninnyi és -túli zsidókat is ily évi adó fizetésére szorítani.

Illustrissime, Spectabiles etc.

Perbene constat modotitulatis Dominationibus vestris, quod in superioribus Regni Hungariae partibus commorantes Hebraei pro sui tolerantia, et quaestu, quot annis ad aerarium contribuant, cujusmodi proventu exarendato de tempore in tempus summa hujusmodi arendatitia (ut ut in illis partibus opulenti, et notabilem quaestum exercentes Hebraei non habeantur) ultra bis mille florenos excrevit; sed et id publicum est, quod in inferiori, sic dicta Hungaria,

seu trans- et cis Danubianis partibus, et numero, et opibus incomparabiliter plures reperiantur Hebraei, qui tamen pro sui tolerantia, et quaestu ad aerarium nihil contribuant. Non videtur vero conveniens ratio esse, cur hi Cis- et Trans-Danubiani Hebraei exempti et liberi esse debeant.

Non gravabuntur ob id suprafatae Dominationes vestrae modum inire, qualiter commemorati Hebraei in partibus Cis- et Trans-Danubianis residentes cum proportionem in superioribus Regni Hungariae partibus commorantium, quaestumque exercentium Hebraeorum ad praestandam annum ad aerarium censum disponi, vel etiam compelli queant. In reliquo praetitulatas Dominationes vestras optato vivere comprecamur. Viennae die 17 Aprilis 1738.

N. N. Sacrae Caesareae etc.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1738 Aprilis 17.

466.

Bécs 1738 augusztus 12. A magyar kir. kancelláriával közöltetik, hogy a Németországból családjával Bécsbe jött és nem csekély okokból a király pártfogását élvező Bau-Jud József nevezetű zsidó Budán kamarai protectió alatt akar letelepedni. Ezen célra a király neki 500 frtt utalványozott ki a pozsonyi banknál.

Illustrissime, Spectabiles etc.

Hebraeum Joseph Bau-Jud nominatum ex imperio cum uxore Rachel, filioque Lazaro et filia Mamilla dictis, huc semet recipientem ex rationibus et motivis non postremis jussit Augustissimus sub protectionem cameralem sumi eidemque locum residentiae in Hungaria assignari. Ut vero subsistentiae media habeat et censum hospitii solvere valeat, assignati sunt eidem pro nunc quingenti floreni per partes angaricales, absque ulla taxae vel Arrhae detractioe ex cassa Bancalis Repraesentationis Posoniensis exolvendi. Videretur autem memoratus Hebraeus Budae commodius, quam alibi residere posse. Ob id etiam, quod Budae actu

quoque dentur Hebraei sub protectione camerali constuti, et hospitia quoque ibidem in suburbiis leviori pretio haberi queant, vel etiam in Domo Camerali, quae ante biennium certo nobili vendenda svadetur, commoditas quaequam pro hospitio assignari possit.

Placebit ob id praetis dominationibus vestris pro adimplenda benigna voluntate memoratum Josephum Bau-Jud cum suis sub Protectionem Cameralem recipere, et ut Budae hospitium erga censum (si in Domo Camerali habere nequiret) per eundem ex assignatis praescitis quingentis florenis solvendum habeat, suis locis opportunas dispositiones facere. Quas in reliquo diu salvas et incolumes vivere optamus. Viennae die 12 Augusti 1738.

N. N. Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis
praeses et reliqui camerae aulicae consiliarii.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1738 Augusti 12.

467.

Bécs 1738 augusztus 16. Berko Dalovics, a felsőmagyarországi zsidók türelmiadójának bérlője az udvari kamarától több okból a szerződés szerint fizetendő évi 3450 frt bérösszeg leszállítását kéri. A kamara információ és véleményezés végett átteszi a kérvényt a magyar kancelláriához.

Excelsa Caesareo Regia Camera Aulica,
Domini Domini Benignissimi!

Gratiose meminisse, dignabitur eadem Excelsa Caea Camera Aulica, quod inito die 29^a Mensis Augusti Anni 1736 cum Inclyta Regia Camerali Administratione Scepusiensi, super Tollerantialis Censui Judaici Arenda contractu, mihi omnes omnino Judaei, cujuscunque nationis, tam videlicet, ex commontaneo Poloniarum Regno, quam ex Ducatu Sylesiae, Marchionatuque Moraviae, aliisque, Sacri Romani Imperii Provinciis oriundi, in superioribus Regni Hungariae Partibus fixas residentias habentes, aut quae-

stum ex praedicto Poloniarum Regno et Provinciis et e converso, cum mercibus quovis nominis vocabulo vocitatis, erga Pactatam gravem Rhen. fl 3450 Arendalem summam, inclusis etiam Judaeis in In: Comitatu Maramarosiensi residentibus, hactenus tamen nihil praestare volentibus gratiosissime elocati habeantur. Occasione qua tametsi nihil firmitus speraverim, quam ut post initum talismodi contractum, Arenda illa libere, cum assistentia quoque Camerali juxta extradatam mihi ex officina Rationaria Taxas Judaeam uti fruique concomitanter proventum illum Tolerantialem incassare, ac Pactatam Summam pro exigentia contractus rite administrare potuissem, evenit tamen quod me ne quidquam tale cogitante, successu temporis Arenda mea in Transversum acta, et adeo labefacta sit, ut exinde proventus meus nimium quantum diminutus sentiam, superveniente namque Benignissima suae Majestatis Sacratissimae Domini Domini Nostri Clementissimi, in puncto praecavendae vini in Poloniam educendi ad alterationis emanata resolutione, vini quoque quaestus generaliter omnibus Judaeis interdictus sit, quae inhibitio tantam Judaeis in proventus Tolerantiales grassandi praebuit licentiam, ut nemo sit eorum, qui semet in officiis Tricesimalibus vini quaestores profitentur, quin potius omnes ii etiam, qui prius vinum pro quaestu in Poloniam efferebant, quorumve nomina in Registris Trimalibus Annos priorum ut quaestorum compaehabantur, nunc emendicatis sub Nomine Dominorum Magnatum, et Nobilium Polonos Testimonialibus provisi, aut uno alterove Polono stipati, factores dici, taliterque a solutione Censu Tollerantialis immunes esse volunt, re autem vera tales omnino consensui habeantur, quos conatibus resistendi nulla mihi amplius spes superest. Alterum est, quod tametsi (prout praemisseram) omnes omnino Judaei cujuscunque nationis, cum mercibus, quovis nominis vocabulo vocitatis quaestum exercentes, Arendae meae substrati habeantur, accidit tamen, quod Judaei cuprum lublyoviae pro quaestu comparatum in Poloniam educentes, Dobromilens: Telum penes benignas Caesareas salvi passus

literas, pro necessitatibus Militiae Caeae ex vicino Polonia-
rum Regno educentes, ac ipsi quoque Posonienses in Regno
isthic commorantes ad Publicas partium harum Nundinas
exercendi quaestus gratia, cum mercibus suis proficiscen-
tes Judaei, ex diversis reflexionibus, a solutione Tolerantia-
lis census partim, per Excelsam hancce Caesaream Came-
ram Aulicam, partim vero per Inclytam Hungaricam sint
immutati, Maramarossiensis porro I. Cottus Exactionem
Tolerantialis Census a Judaeis fiendam, in gremio sui nul-
latenus, ne ad iteratas quidem, easque amicas Praelibatae
I: Regiae Cameralis Administrationis Scepusiensis requisiti-
ones admittere vult, quin imo Munkacsenses, Karolyien-
ses, Ungvarienses, Miskolcienses, Szathmarienses Aliorum-
que Dominorum Terrestrium Judaei, sola antelatos Domi-
nos suos Protectione suffulti, quidquam Titulo Tolleran-
tialis Census praestare volunt, dumque me cum exequutori-
bus (prout soepius accidit) adventantem cernunt, sive ad
Curias Dominorum suorum Nobilitates (quas viduare, citra
in cursum gravioris Poenae fas non est) semet recipiunt,
sive qua quisque notis via e vestigio diffugiunt. Incolasque
locorum ad per sequendum me aut homines meos concit-
tant, taliterque e locis suis residentialibus ire cogunt. Quos
tametsi occasione publicarum partium harum nundinas de
facili comprehendere, adaequatamque mihi satisfactionem
ex aequo impendere quirem, ne tamen per id publicus
quaestus quandantenus interturbetur, propter interventas
non nullorum quaerelas inhibeor, ut re taliter exacta, om-
nis prorsus Consilii inops, nil nisi impendentem mihi gra-
vem ruinam, Arendae vero illius interitum paucum post
tempus praevideam. Cum proinde praedeclaratam vini
quaestus Judaici inhibitonem et reflexione interventae
Benignissimae Caesareo Regiae Resolutionis, subversantis-
que publici Boni per amplius ad statum priorem vix reponi
posse speraverim, mihi vero male-sanis et frandulentis, in
passu educendos sub Nominis Polonorum Uniorum Conati-
bus resistendi modalitas nullatenus superesset, ex ejusmodi
autem vini quaestus Judaici facta inhibitone, prout et Ju-

daeorum, Cuprum pro quaestu in Poloniarum educentium, Dobromilen: autem, Telam pro Militia Cao. Regia in Polonia isthuc ac ad Vicinas suae Majestatis Sacrae Ditiones inducentium, non secus et Posoniens: praeter solum vectigal, nil amplius ad aerarium Regium Contribuentium in Tollerantiali Censu interventa immunitatione ut plurimum decederet, ego vero per id, ad exolvendam aerario Regio, tam grandem Rhen: fl 3450 Arendalem summam alias ex Rhen: fl 400. successu temporis licitationibus mediantibus, unice industria, et opera mea (id quod praelibata Regia Caalis Administratio testari poterit) elevatam potiorique, ex parte, ex mea, et Conthoralis meae substantia Angatim hactenus etiam complanatam, plane incapax et inhabilis efficeret. Hinc apud Excelsam Caesaream Cammeram Aulicam perquam demississime supplico, quatenus habita Justi et aequi condigna reflexione a ratione praescitatarum Decrescentium, cum et alioquin magnas in intertentionem hominum meorum pro incassatione antelati Census Tollerantialis, in diversis locis ac Passibus constitutos, non secus, et Exequutorum Militariam habere soleam expensas, pro solita benignitate sua, notabilem, quamprimum praescitae Arendae partem mihi Benignissime relaxare, meque taliter ad ulteriora suae Majestatis Serenissimae servitia, hactenus etiam non inutilia, ulterius quoque conservare non dedignetur. Quam Gratiam humillimis iisque perpetuis servitiis meis, omni adhibita industria demississime vereri adnitar, Benignam, eamque favorabilem praestolatur resolutionem, cum mei demissima subjectione persevero.

Excelsae Caesareae Camerae Aulicae

Humillimus, perpetuoque fidelis
vasalus

Judaeus Berko Dalovics
Tollerantialis Census Judaici

Partium Regni Hungariae superiorum Arendator.

Kivül:

Camerae Hungaricae pro Informatione voto
item, et opinione amice comunicandum.

Ex Consilio Cae. Aulicae

Viennae 16. Aug. 1733.

Gabriel Gyöngyösi.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1738 Augusti 16.

468.

Bécs 1738 augusztus 22. Királyi rendelet, mely szerint a Budán lakó zsidók, úgy mint eddig, ezentúl is boltjaikban és otthonaikban eladhatják áruikat, azonban szigorúan vigyázni kell arra, hogy Pestre, vagy más dunántúli és dunáninnen helyre útlevel nélkül ne menjenek.

Carolus etc.

Prudentes etc. Circa Judaeorum amotionem ulterius quoque ad Nos demisse datas literas vras accepimus; Ut Judaei illi qui Domicilium apud vos fixerunt et usque nunc continuarunt in fornicibus et Domibus quas Budae incolunt res suas deinceps etiam distrahere possint, iisdem utique est admittendum: sedule tamen per Vos curandum erit, ne sive Pestinum vel ad alias trans Danubianas partes, aut etiam ex hac Danubii parte absque praevia eatenus apud Vos facienda insinuatione et specifica declaratione, quo quis ireopus habet, desuperque accipiendis et in reditu iterum reportandis Passualibus literis cum annotatione ubi quis fuerit et quamdiu in uno et alio loco substiterit, Judaei non minus quam et Rasciani apud vos alias commorantes excurrere possint et in casu, quo quis eorundem ejusmodi etiam dispositioni contravenire attentaverit, medio Vri contra talem Relegationis Poen vel alia exemplaris animadversio decernenda erit, communis salutis ratione ad ipsum exposcente. In

reliquo Vobis etc. Datum in Citte Nra. Vienna Austriae die 22. Mensis Aug. 1738.

Mgratui Cittis Budensis ex Offo.

Marczell.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1738 Augustus Nrs. 58

469.

Bécs 1738 szeptember 5. A magyar kancellária Budavára parancsnokának jelentésére kérdezi a budai magisztrátust, miért és mióta követel mindegyik zsidótól, valahányszor át-megy Pestre, 17 kr. vámot?

Carolus etc.

Prudentes etc. Ex Literis a Commendante Fortalitii Budensis isthuc nuper datis innotuit; quod a singulo Judaeo ad Partem Pestiensem per Danubium transeunte 17 xos exigatis. Quid proinde eatenus subsit, quove fundamento seu titulo ejusmodi pensio pecuniaria ab antelatis Judeis toties quoties Pestinum transeuntibus et a quo tempore exigatur, genuinam informationem vram proxime praestolaturi. Vobis in reliquo etc. Datum in Archiducali Civitate Nra Vienna Austriae die 5. 7bris 1738.

Magistratui Cittis Budensis Ex Offo.

Bors.

O. L. Conc. Exp. 1738 September Nrs. 10.

470.

1738 szeptember havában. Az Eszterházy-uradalom területén lakó zsidók, kiknek Sopron városa, a közeledő pestis miatt, a városba való belépésüket megtiltotta, a királyhoz folyamodnak e tilalom megszüntetése végett.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas.

Domine Domine Clementissime.

Inter liberam Regiamque civitatem Soproniensem, ac nos fundatum contractuale Jus ex humillime acclusis sub A.)

paribus Summa Majestas Vra clementissime intellegere dignabitur.

Interrumpendi longissimi usus occasionem antelatae civitatis Senatus ex moderni contagionis status calamitate nactus est. Emergentis hujus remedium non tantum Ssmae Mattis Vrae Excelsum locum tenentiale Consilium Regium sub B. accomode Disposuit: Verum etiam Comitatus Soproniensis Convenientes Magistratuales provisiones interposuit, in quarum eversionem memorata civitas humillimum ad Smam Mattem Vram recursum fecit. Commerciique interruptionem usque ad veteriorem benignam Ssmae Majestatis Vestrae dispositionem continuat.

Quia autem interrupti Comercii status, non tam quaesito nostro contractuali Juri, aut Terrestralis Dominii libertati praejudicat, quam paritate Decretorum sub. C. publico Ipsique Sacro Aerario adeo derogat, ut seposito omni Contractu Comercii libertas, per antelatae Civitatis Senatum tantocius promovenda sit, quanto minori argumento praetextu sanitatis impeditur. Cum autem intra Comitatum haec libertas nobis non praecludatur, et contigna vicinitate quotidianisque conversationibus nobiscum communicantes, dictam civitatem ingrediantur; ut remotissimus contagionis metus novae calamitatis genus nobis conciliet, in curam sanitatis cadere non potest.

Eapropter humillime supplicamus, dignetur Ssma Majestas Vra, publico expedientem, Magistratualique vigilantia circumscriptam Comercii libertatem, cum indilato in dictam civitatem aditu promovendam, et protegendam, iis quorum interest, benigne committere, ne ejus praeclusionem amissis vitae mediis, sanitatis pacturam subire cogamur.

Gratiam et humillima fidelitate deservituri perseveramus.
Sacratissimae Majestatis Vestrae

Humillimi Subditi

N. N. Principalis Majoratus

Esterhazyani Judaeorum Communitas.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1740 Aprilis Nrs. 21.

471.

Pozsony 1738 szeptember 12. A helytartóság felkéri Sopron város magisztrátusát, hogy addig, amíg a pestisragály veszedelme nagyobb és közelebb nem lesz és újabb intézkedések nem történnek, engedje be a városba a szomszédságból jövő és kellő útlevéllal ellátott zsidókat.

Copia Insinuati Civitati Soproniensi expediti.

Recte dum Liberae ac Regiae Civitatis Soproniensis praecepisset Consilium Locumtenentiale Regium in eo Rescriptum, qualiter interventu benigni Suae Mattis Mandati, quod Rascianis, Armenis et Judaeis extra loca mansionis suae pro instruendo quaestu excursionses veras, per hoc Consilium Locumtle Regium intimati, Judaeos ab ingressu Civitatis inhibuerit. Exhibita est etiam nomine Judaeorum in Dominiis Illrmi Celsissimi Principis Domini Pauli Esterhazy Kis-Martón, Kereszt Úr (így) Lakembach, et Irateno (?) Comitatus huic Soproniensi adjacentibus degentium Instantia, in qua idipsum quod praemisso ex capite ad hanc Civitatem ingressus ipsis vetetur, exponunt; Et quia a multis annis fixas Sessiones suas, a dicto Comitatu Soproniensi tenerent, nec vagabundi, ast in uno loco degentes essent, neque sine authenticis Passualibus Dominalibus ullam Civitatem, vel alium etiam locum accederent, supplicant, ut alia ipsorum, quam aliorum Extraneorum et vagabundorum ratio habeatur: adeoque et Ingressus erga sufficientes authenticas Passuales in hanc Civitatem Soproniensem, prout hactenus, ulterius quoque iisdem admittatur.

Quibus intellectis: laudari in eo Industriam Magistratus praelibatae Civitatis Soproniensis, quod pro ulteriori Peculii hujus Regii a Pestifera Lue conservatione, quae in aliorum etiam commune bonum cedit, providum semet exhibeat, quam exacte interventis hoc in passu benignis Suae Majestatis Sacrae Mandatis morem gerere cupiat, quod ipsum solerti ejusdem curae ac vigilantiae ulterius etiam commendamus; Quantum nihilominus ad generaliter factam quorumvis Judaeorum ab ingressu in Civitatem Inhibitio-

nem, cum Divina Clementia non in tantum periculum urgat, ut in vicinia ibidem habitantibus et communiter notis Judaeis, a loco fixae mansionis suae alio digressio admittatur et licitis communibus suis vivendi mediis destituantur, prouti etiam recenter publicatae Suae Majestatis Patentes Literae, quas indubie Magistratus hic quoque Civitatis Soproniensis jam percepit, non alios Judaeos, Armenos, Rascianos, Valachos, ac Mendicos a digressu aliorum arcent, quam qui ex locis Contagioni obnoxiiis, aut de Contagione suspectis essent; Uti id ad calcem Puncti Primi exprimitur. In quantum autem iisdem Patentibus Literis Puncto Octavo Judaeis et reliquis praespecificatis ex Hungaria in Austriam aditus generaliter vetatur, ratio, quod respective ad Austriam Extranei sint, admittere debuit.

Eapropter praelibato Magistratui Liberae Regiae Civitatis Soproniensis intimari, quatenus in vicinia ibidem degentibus Judaeis, qui alias suspectae et vagabundae personae non sunt, ubi authenticis Passualibus Literis sufficienter remonstraverint, qua die, per quae loca, unde directe iter suum fecerunt usque ulteriorem aliam benignam Suae Majestatis aut Consilii hujus Locumtlis Regii dispositionem usque majus, seu proximius periculum contagionis (quod Deus clementer avertere dignetur) non aderit, ingressum in Civitatem prout antehac licitum habuerunt, admittat. Datum ex Consilio Regio Locumtli. Posonii, die 12 Septembris 1738.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1740 Aprilis Nrs. 21.

472.

1738 november 7. Bau-Jud József, ki eddigi ajánlás ellenére nem kaphatott Budán megfelelő lakást, a királytól ajánlatot kér Gr. Jörger budai várparancsnokhoz, hogy vagy a katonai Bauhofban, vagy polgári házban lakást kaphasson.

Allerdurchleuchtigst-Groszmächtigst- und Unüberwindlichster Röm-Kayszer, auch zu Hispanien, Hungarn, und Böhheimb König, Erz-Herzog zu Österreich etc. etc.

Allergdster Kayser, König, Landesfürst und Herr Herr.
 Eür Röm-Kays. und Königl. Kath. Mayestät haben
 jungsthen allergdst. geruhet, meine Unterkunft und Wohn-
 statt zu Ofen in Hungarn zu haben, allermildest anzubefeh-
 len vor welche allerhöchste Gnad nochmahlen den allerun-
 terthänigsten Dank abstatte. Da nun aber bey meiner All-
 dahinkunft der v: Pleyern, an dene der allerhöchste Befelch
 erlassen worden, gemeldet, wie dasz Er in dem Bau-Hof,
 welcher nicht Cameral- sondern Militärisch wäre, mir keine
 Wohnung anschaffen künnte, folglich ich um ein Quartir in
 der Stadt mir umsehen wolle, in der Stadt aber durch-
 gehends den durch den alldaigen Bürger Meister erlassenen
 Befelch: Keinen Juden bey 100 Reichs-Thaller Straff logie-
 ren zu dörfen, vernohmen, und also mich elendlich in
 einer resp. Hütten, oder vill mehr Stallung aufhalten musz.

Als an Eäer Röm-Kays- und Königl- Kath- May- mein
 allerunterthänigst fussfallendes Bitten an den Gral. Grafen
 v. Jörger Commandanten zu Ofen den allerhöchsten Befelch
 ergehen zu lassen, damit mir in dem Bau-hof eine Wohnung
 angewisen, oder wenigstens durch den Bürgermeister ge-
 stattet werde, in eine Behausung um den Zinsz mich begeben
 zu dörfen. Zu welch-allerunterhgster Bitt-Gewehrung, auch
 allerhöchsten Hulden und Gnaden mich allerunterthgst.
 allergehorsambst empfehle.

Eäer Röm- Kays- und Königl- Kath- Mays:

Allerunterthgst. allergehorsambster
 Joseph Bau Jud.

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1738 Novembris 7.

473.

*Bécs 1738 november 7. Az udvari kamara Bau-Jud József
 kérvényének csatolása mellett a magyar kancelláriától oly
 intézkedést kér, mely szerint ő vagy Szolnokon, vagy pedig
 „Sziget“-en (Szegeden?) lakhatnék.*

Illustrissime, Spectabiles, etc.

Ex annexa Josephi Baujud instantia patebit uberius.

qua de causa exponat sibi haecenus Budae quartyrum procurare non potuisse: constabit autem Praetitulatis Dominationibus Vestris melius, utrum Magistratus a recipiendo Judaeos concives suos inhibere possit. Quod si ita: cum oppidum Szollnok ejusmodi Judaeos excludendi facultatem sibi vindicare nequeat, praeterea in oppido Sziget aliunde Judaei residerent. Placebit ob id eas facere dispositiones, quae memoratus Baujud sive Szolnokini, sive Szigetini residentiam habere queat, ut et enim eidem locus residentiam assignetur, est benigna ipsius Augustissime voluntas. In reliquo Praetas Dnaos Vras diu salvas ac incolumes vivere desideramus. Viennae 7^{ma} Novembris 1738.

N. Sacae Caesaris Regiaeque M^{ts}
Praeses, et reliqui Camerae-Aulicae
Consiliarii.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1738 Novembris 7.

474.

Bécs 1738 november 8. A király jóváhagyja az udv. kamara által a felsőmagyarországi zsidók türelmiadójának beszedésére Berkó Dalovics zsidóval leszállított bérösszeg alapján kötött szerződést.

Carolus Sextus etc.

Spectabilis ac Magnifici etc.

Expositae sunt rationes et motiva, quorum intuitu Fidelitates vestrae cameralis administrationis scepusiensis informationi conformiter contractum census et tolerantiae judaeorum superioris Hungaricae cum hebraeo Berko Dalovics in florenis ler mille ducentis quinquaginta ad triennium caeteroquin initum ad florenos bis mille reducendum sub vigesima septimo Augusti devolventis anni existimabant, novumque in hac summa oppositum, ac ad annos duos restrictum pro ratificatione submiserunt fidelitates vestrae.

Et quidem hujusmodi contractus a ratione temporis ac circumstantiarum metiendi forent, recognoscerent autem fidelitates quoque vestrae, quaestu vini in Poloniarum regnum judaeis interdicto existente, census praesciti judaici obventiones notabiliter decrescere debere, sperare tamen posset, ut evoluta biennio contractuali quaestus, si non in vino, in aliis tamen mercibus reflorescat, ac id, quod in vino decessit, in aliis rebus resarciatur, concomitanter praenotatarum obventionem arenda in majus elevari possit. Ob id erga votum obsequiosae camerae nostrae aulicae, antelatum cum judaeo Berko Dalovics in bis mille florenis stipulatum, et a prima Januarii decurrentis anni ad biennium regulatum contractum clementer approbamus.

Fidelitatibus vestris benigne praecipientes, quatenus ea, quae ad debitam observantiam, et effectum ejusdem opportuna sunt, suis locis ordinare noverint. In eo enim fidelitates vestrae benignam mentem ac voluntatem nostram sunt executurae. Dabantur in civitate nostra Viennae die octava Novembris 1738,

Joan. Frau comes a Dietrichstein.

Ad mandatum etc.

Christophorus Baro a Werdenburg

Gabriel Gyöngyösi

Ben. Res. 1738 nov. 8.

Orsz. Levélt. Ben. Res. 1738 Novembris 8.

475.

Kismarton 1738 december 26. Az Eszterházy-uradalom igazgatója tudatja a területén levő zsidó községekkel, hogy új bíró választásához csak az erre való hercegi engedély megadása után foghatnak.

Es wird hiermit von Hochfürstl. der Herrschafft Eyszenstatt Ambts wegen aus erheblichen und Hochfürstl. gnädigster Herrschafft bekannten Ursachen einer Herrschafft Schutzjuden Gemeinde öffentlich kund und zu wissen ge-

macht, dasz selbte zu keiner neuen Richter Wahl nicht schreiten sollen, in so lang der Hochfürstl. Befelch, oder die Ambts Verwilligung darzu nicht Intimiret worden.

Nach welchen ernstlichen Befelch die gantze Gemeinde sich zu richten und deme in Gehorsam nachzuleben wiszen wird. Actum Schlosz und Herrschaft Eyszenstatt den 26. Dezember 1738.

L. S.

Johann Michael Richter
Verwalter

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1740 Aprilis 20.

476.

*Kassa 1738 december 26. Berkó Dalovics a türelmiadó bér-
lője panaszkodik, hogy a borkereskedés tilalma, a török
háború, a pestis, a vásárok megszüntetése és más okok miatt
a türelmiadó alig folyik be, és így ő sem tudja a bérösszeget
kézpénzben megfizetni, kéri tehát az udv. kamarát, hogy
engedjék meg neki, hogy ezt a szomolnoki cs. kir. nagy-
kereskedésnek szállítandó nagyobb szeszmennyiséggel leró-
hassa.*

Excelsa Camera Caesarea Aulica,

Domini, Domini benignissimi Graomi.

Quantis undiquaque in Re Tolerantialis census, per
me arendati, sive ex reflexione interdicti Judaeis vini quae-
stus, sive vigentis moderni belli Turcici, imminentisque luis
Pestiferae, et sublatarum exinde Nundinarum publicarum,
adeoque interturbati omnis pene commercii hoc rerum statu
premor calamitatibus, patet vel exinde coarctatis ubi
Proventibus meis, ne dum ad excontentandum aerarium
Caesareo-Regium, nisi propriis Uxoris meae facultatibus
adjutus sufficiam, si namque extraneorum Judaeorum mer-
ces suas pro quaestu antehac in, vel educere solitorum com-
mercium consideretur, illud interdictis passim nundinis
publicis, Passibusque praeclusis, ac nullo itinerantibus sive

Trans-Tybiscum, sive Trans-Danubium patente transitu sublatum est; concomitanter proventus quoque meos evanescere fuerat necesse; si denique internorum hicce in Regno residentium Judaeorum obveniens Tolerantialis census perpendatur, hic enim aequè admodum, ac cum gravibus expensis exigi potest, quovis etenim quisque Judaeorum est, qui benevole Tolerantialem sui censum, nisi adactus et executione militari, non contemnendas expensas post se trahere, praessus exolvere velit, Alii namque Patrocinio et protectione Dominorum suorum Terrestrium suffulti, Incolisque locorum stipati homines meos invadunt, verberibus afficiunt, cruentant, ac taliter exolutionem Tolerantialis census, a se amoliri student, alii autem rerum omnium penuriam et sublatum quaestum, adeoque circulationem parati aëris obvertentes facultates suas paratae loco acceptandas (quibus caeteroquin ego aerarium Caesareo-Regium neutiquam excontentare valeo) obtrudunt ut in tam arduis rerum angustiis constitutus, necessario de alio subsistendi, aerariumque caesareo-Regium excontentandi fundo prospicere debuerim siquæ coactus. Et hinc est, quod facto ad Inclytam caesareo-Regiam cameralem Administrationem scepusiensem recursu, crematum, sive propria mea industria exustum, sive ex Polonia sumptibus meis inductum, pro negotiatione caesareo-Regia Szomolnokienſe, currenti ibidem pretio acceptandum humillime obtulerim. Cessit quidem res ex voto, talisque cremati acceptatio, ast in exigua duntaxat quantitate (nam 15 solum vasa administrari jussa sunt) applacidata est. Ex quo autem exigua haecce cremati quantitas ad excontentandum pro Tolerantialis census Arenda aerarium caesareo Regium minus sufficiat expensas adhaec meas, sive in utramque Polonicam, videlicet et Hungaricam Tricesimam, sive vecturam profundendas, aliaque fatigia non adaequet, pro acceptando in futurum etiam ejusmodi cremato, humillimum ad Excelsam hancce caesareo-Regiam Cameram Aulicam recursum facere decrevi. Proinde humillime apud Excelsum hocce camerale consilium insto, quatenus talismodi cremati mei acceptationem

ex motivis praeadductis, intuitu etiam adauctae antelati Tolerantialis census Arendae, procuratique in Annos, aerario caesareo Regio, exinde majoris emolumenti reflexione ulterius quoque applacidare, id ipsumque praelibatae Regiae camerali Administrationi gratiosissime intimare haud dedignetur; Quo facto aerario caesareo-Regio decedet nihil, et ego per talismodi cremati acceptationem sublevabor, ac ad ulteriora servitia Caesareo-Regia cooperante Altissima Excelsae camerae Aulicae gratia et clementia conservabor. Quam ego humillimis servitiis meis omni tempore demisse remereri adnitar gratiosam praestolaturus resolutionem.

Excelsae Caesareae Camerae Aulicae

Humillimus servus

Judaeus Berko Dalovics

Tolerantialis census Arendator

Cassoviae 26^{ta} Xbris 1738.

Orsz Levélt. Ben. Res. 1739 Februarii 17.

477.

*Zimony 1739 február 12. Gróf Wallis tábornak, Szerbia kormányzója a Belgrádból távozó zsidóknak mindenütt másutt és különösen Temesváron való letelepedésükre olta-
lomlevelet ad.*

Der römisch Kaiserliche May: Kamerer, Hof-Kriegs-Rath, General-Feldmarschal, Oberster über Ein Regiment zu Fuss, Gouverneur des Königreiches Serbien und der daisigen Administration Praeses, wie auch des hohen Königl. Ordens des weissen Adlers Ritter; dermalen Commandiren-der General der Kaiserl.-Armee in Hungarn etc. etc.

Nachdem sich die spanische Judenschaft jederzeit besonders treu bewiesen, auch viele nützliche Dienste zu Behuf des kais. Interesse geleistet, nunmehr aber bei Evacuirung Bellgrad sich von dannen hinweg begeben müssen, folglich sich anderer Orten, besonders in Temesvár nieder

zu lassen und ihren Handel und Wandel weiter zu treiben, mich umb gegenwärtige Protectionalien zu ertheilen angegangen, alss habe in Betrachtung ihrer erwiesenen besondern Treue und vieler nützlichen Dienste in Ihr Bitte zu willigen, kein Bedenken getragen.

Wannenhero jedermänniglichen ersuchet, die meinem Commando aber unterstehende ernstlich befehligt werden, obbesagt spanische Judenschaft aller Orten, wo es noch immer seye, wie auch in Temesvár nicht nur allein allgedeylichen Vorschub zu leisten, und ihnen das Nötige Unterkommen zu gönnen, sondern auch in Treibung ihres Handels und Wandels nicht die mindeste Hindernuss zu machen, nicht zweifelnd, es werde von Einem hochlöbl. kais. königl. Hof-Kriegs-Rath demnächst das weitere desswegen angeordnet werden.

Signatum Semlin den 12. Febr. 1739.

L. S. Georg Olivier Graf v. Wallis.

Dr. Singer Jakab, temesvári főrabbi úr szíves közlése szerint: A volt szefard zs. község levéltárából.

Közölte már Rosenfeld Mór. Emléklap. Temesvár 1882. és Dr. Löwy Móricz Skizzen zur Gesichte d. Juden i. Temesvár 1890.

478.

Bécs 1739 március 10. Királyi parancs Sopron megyéhez, hogy vizsgálja meg a herceg Eszterházy Pál uradalmán lakó zsidók panaszát, mely szerint a hercegi tisztviselők tőlük közjó ürüggye alatt bizonyos fizetéseket és kezességeket követelnek, és ha a panasz indokolt, tegyen róla.

Carolus etc.

Rndi Hbles etc. Pro parte Judaeorum in Dominiis Principis Pauli Antonii Eszterházy de Galantha in hoc Cottu Vro sitis degentium, qualisnam Nobis exhibitus fuerit Supplex Libellus, ex acclulis*) uberius percipietis; Et licet bonum foret, quod Offles. dicti Principis modernis praesertim temporibus, etiam supra Judaeos in antelatis Dominiis in-

luito quoque ulterius conservandae Communis Salutis vigilem oculum habeant: quatenus tamen praefati Judaei regularentur, quod hac modalitate etiam ad indebitas praestationes adigerentur, iisdemque in Communi, fidejussio pro quovis individuo praestanda imponeretur; praeannexum Memoriale Vobis eo fine ac tali cum benigno Mandato hisce transmittendum esse duximus, quatenus perpensa et ruminata praefatorum Judaeorum querimonia superindeque auditis memorati Principis Officialibus, eum adinveniat modum, ut si quae fundata comperta extiterint dictorum Judaeorum gravamina conveniens et oportuna eatenus adferatur remedium, de quo etiam Nos medio Regiae Cancell. Nrae Hgco Aulicae cum remissione praeannexorum informabit. In reliquo etc. Datum in Citte Nra Vienna Austriae die 10. Mart. 1739.

Cottui Soproniensi.

Memoriale cum allegatis

Original. acclud.*)

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1739 Martius Nrs. 35.

*) Hiányzanak.

479.

Bécs 1739 április 17. Királyi parancs a magyar helytartótanácsához, hogy egy Bécsben elkövetett jelentékeny lopásban érdekelt és bűnrészes, Magyarországra szökött zsidók felkutatására, kihallgatására és esetleges letartóztatására kiküldött bírósági tisztviselőnek mindenben közigazgatási asszisztenciát adjanak.

Carolus etc.

Seren^{me} etc. Posteaquam his recenter evolutis diebus, in hac Archi-Ducale Citte nra certum notabile furtum, in variis pretiosis rebus, comissum fuisset, ac eatenus quidam Judaei Posonii et in Rajka Cottui Mossoniensi adjacente loco ne fors in aliis etiam locis intra ambitum Regni nri Hungaria subsistentes, aut saltem inibi latitantes interessati

ac complices esse perhibeantur, veluti per exquirendis reliquis Complicibus ad alia loca alios exmitti fecissemus, ita intuitu memoratorum Judaeorum in Hungam descendit Josephus Martinus Hauer Praetorii Viennensis Assessor; cui apud Regium hoc Nrum L. Consilium praevis semet insinuaturnon solum admittendum, sed et omnis requisita et necessaria assistentia in eo suppeditanda erit, ut Judaeos tam Posonii quam et Rajkae vel alibi etiam locorum subsistentes perquirere, visitare ac de memorato furto, ejusdemque complicibus et rebus ablatiis circumstantialiter examinare possit. Illos porro Judaeos, quos idem Praetorii Assessor indicaverit, ratione ex praevis arrestandos, res vero in sequestrum summendas esse, in utroque praenominatorum et aliorum locorum medio competentis Jurisdictionis celeriter arrestari, resque detectas sequestrari et secure custodiri conservarique faciet Regium hoc Nrum L. Consilium, ac de eo quot Judaei ubi ratione ex praevis arrestati, quales item res apud quem in sequestrum sumptae habeantur? circumstantialiter relationem Nobis medio Regiae Cancellariae Nostrae Hgco-Aulicae quantotius submittet. In reliquo Dil. et Fid: Vris. etc. Datum in Citte Nra Vienna Austriae die 17. Apr. 1739.

Consilio Locumtenentiali
ex offio.

Bernáth.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1739 Aprilis Nrs. 68.

480.

1739 június 14—20 közt. A nyitra megyei zsidók panaszt emelnek a berencsi uradalom úriszéke ellen, mert a templomi kegyeszerek ellopásával vádolt szeniczi zsidókat keményen kivallatta és elhamarkodottan kivégeztette, és kéri a királyt, hogy ezen ügyről szóló akták felküldését követelje és tiltson meg ilyen helytelen eljárást a többi vádlottakkal.

Sacratissima Caesarea Regiaque et Catholica Majestas.
Domine, Domine naturaliter clementissime.

Lacrymabundi sane Matti Vestrae Sacratissimae detegere necessitamur, qualiter consortes nostrae Religionis judaei in Dominio Berencsiensi degentes, primum quidem Kalman et Judex Moyses, uterque inhabitationis Szeniczien-sis et post vero Benjamin Wolf Schaschiensis ex unica eaque satis elumbi ratione, quod cujuspiam furti comissi accusati essent, illico via facti incarcerationi et in continenti ad insolitos torturae gradus tracti, postremo statim executione mediante adeo horrende vita privati extiterint, ut nec ipsimet tempus et media semet defendendi nec alii non incaptivati, usque ad limites justitiae ipsis succurendi modum habere potuerint. Quae procedendi modalitas, si ulterius continuabitur, et illi qui pro dolore cruciatuum aliquid sunt fassi, ante delictorum confrontationem ex vivorum numero extinguerint, nullus certe quantumcunque innocens securus existet, cum tamen sub A.*) longe aliter res se habet Proinde ad summum Justitiarum thronum Mattis Vestrae Ssmae poplite flexo prostrati humillime supplicamus, quatenus Mattas Vra Ssma miserae huic nationalistarum, nostraeque sorti compati et in praesentissimo hocce periculo nostro per Benignum suum comiti Josepho Nyári et reliquis Domini Berencsiensis compossessoribus sonans Mandatum de securitate adversus tam praecipitem agendi modum una cum expressa prohibitione ulterioris torturae et executionis antequam res tota genuine inquisita et comperta fuerit, priorum quoque actorum submissionem cum specificatione modi torturae peractae iisdem committere dignetur.

Pro qua Caesareo-Regia Clementia perseverabimus
Sacratissimae Majestatis Vestrae

Humillime perpetuoque fideles subditi

N. N. Judaei in I. Cottui Nitriensi
sub protectione Caesareo-Regia Existentes

Orsz. Levélt. Ad. Conc. Exp. 1739 Junius Nrs. 111.

*) Ezen melléklet hiányzik.

481.

Nikolsburg 1739 június 17. Alibi-bizonyítvány a szeniczi kath. templomból kegyszerek ellopásában bűnrészességgel vádolt Wolf Benjamin sasvári zsidó számára.

Anno 1739 den 17 Juni hat bey den Nikolsburger Stadt-Richterlichen Ambte der Johann Wanicsek, ein Schaffer, oder Vorknecht bei dem hiesig jüdischen Jokisch Fuhrleuten gewissenhaft ausgesagt, das er den Montag vor dem Heiligen Pfingstfeiertag gegenwärtig 1739 Jahrs mit vier Wagen und vier Fuhrknechten benanntlich Mathes, Hanszl und Jacob, welche drei auch bei dem Jokisch dienen, dann einem andern Knecht, so bei den Sekl Österreicher dient und auch Hanszl heiszt, von Ostra weggefahren, allwo ein sicherer Jud, Nahmens Wolf mit ihm gefahren war. Am obgedachten Montag, also d. 11 Mai waren sie zu Neudorf im Wirthshausz bei den dicken Wirth geblieben. Am Dienstag den 12 Mai hatten sie zu Oreszko in Würthshaus übernachtet, alldorten hatte obbemelter Jud Wolf von des Seckls Österreicher Knecht einen Fisch gekauft und solchen gebraten. Am 13. Mai waren sie sambt dem Jud Wolf zu Strakonitz in Würthshaus über Nacht verblieben und da war Vrzadnek oder Verwalter von Nadasch, nebst dem Nadascher Fleischhacker vor dem Würthshaus gesessen. Am Donnerstag den 14. Mai seien sie nachher nach Schosberg gekommen, allwo auch obiger Jud Wolf verblieben war. Weiters meldet anfangs benambster Johann Wanicsek, dasz er diesen Juden schon über 2 Jahr kennt, hatte ihime auch dem letzten Weinachtsfeiertagen einmahl Tabak nacher Schosberg geführt und der Jude war mehrenteils auf des Knechtes sein Wagen über Nacht gelegen. Undt diese seine gerichtliche Auszsage ist er Johann Wanicsek jeder Zeit erbittig mit Einem körperlichen Ayd zu bestättigen. Der Jued Wolf soll etwas groszer Statur, von grauem, oder weiszlichem Haare und röthlich groszem Barth sein. Damahls hatte er schwarze Hosen angehabt, wegen des Rockhs konnte er sich nicht eigentlich erinnern, doch vermeint er,

dasz er Einen grauen Rockh angehabt hatte. — Die übrigen vier Knechte hatte man auch abgehört, nachdem aber selbe dermahlen nicht allhier, also werden sie bei ihrer nach Hausekunft der Nothdurft nach abgehört werden.

Zu wahrer Urkundt- dessen ist die hierunten stehende gerichtliche Fertigung Sub Acto Nikolsburg Anno et die ut supra.

L. S.

Gabriel Mestola, Stadtrichter.

Mathias . . . Pistabel,

Orths-Notarius.

O. L. Ad Conc. Exp. 1739 Junius Nrs. 156.

482.

Bécs 1739 június 22. Királyi rendelet Nyitra megyéhez, hogy alispánja azonnal intse meg a berencsi uradalom úriszékét, hogy tartózkodjék minden további kínvallatási eljárástól a templomi kegyeszerek lopásával vádolt szeniczi zsidók ellen és függessze fel az ellenük netán hozott ítéletet; a már kivégzettek elleni eljárásról pedig küldjenek fel pontos és körülményes információt.

Carolus etc.

Reverendi Honorabiles etc. Relatum est isthic quod in Dominio Berencsiensi degentes Judaei, primum quidem Kalman *) et judex Moyses uterque inhabitatores Szeniczienses et post vero Benjamin Wolf Sassiensis ex ratione cujuspiam furti praetensive comissi incusati et illico incarcerati ac in contenti ad insolitos torturae gradus tracti, juxta lata Sedis Dominalis sententiam executione mediante tam horrende vita privati extitissent, ut nec ipsimet tempus et media semet defendendi, nec alii non incaptivati usque ad limites justitiae ipsis succurendi modum habere potuerint. Quodve si haec procedendi modalitas ulterius continuaretur, etiam illi qui pro dolore cruciatuum aliquid sunt fassi ante delictorum confrontationem e

*) Az eredeti fogalmazványban (O. L. Conc. Exp. 1739 Junius Nrs. 111.) a Sálmán név Kálmánra van átírva.

vivis decedere deberent. Quibus taliter isthic repraesentatio vobis clementer hicce committendum esse duximus, quatenus Vicecomes vester acceptis mox praesentibus Terrestrale Dominium Berencsiense, sub cujus nempe Jurisdictione praefatum judicium est celebratum medio processualis Judlium illico moneri faciet: ut praefatum Judicium ulteriorem Torturae-praetensis complicibus memoratorum reorum inflictionem intentandamque contra eosdem omnem executionem omnino sistat, quoad praeteritum autem quibusnam ex indiciis et ad quot gradus torturae cui dictorum reorum et quo ex capite adhibita et applicata, quibus praeterea ex fundamentis unus et alter antelatorum Judaeorum medio quorum judicum morti adjudicatus qualiterve executus fuerit? memoratus processualis Judlium circumstantialiter et fundate investigare ac rescire, superindeque non minus prouti et de reliquis actis processualibus nec non eo, quo titulo pretensae complicitatis praefatorum reorum ubi comprehensi habeantur et ad quidem cum iisdem in via Juris deventum jam fuerit, genuinam et circumstantialiorem informationem idem Judlium memoratum Vice-Comiti Vestro, hic vero nobis medio Cancellariae Nostrae regio-Aulicae facere ac submittere noverit et non intermittat. Gratia in reliquo etc. Datum in Archiducali Civitate Nostra Vienna Austriae die 22. Junii 1739.

Ürményi.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1739 Junius Nrs. 111 és Nyitra megye Levéltárában Iratok XXI/5431 1739 Junius.

483.

Szenicz 1739 június 25. A berencsi (gr. Nyáry cs.) uradalom úrszéke ítéletet hoz a szeniczi katolikus templomból kegyeszerek ellopásával vádolt 5 személy ellen.)*

Deliberatum est.

Ex torturati morteque Authenticata Georgii Petrassek

*) Az ítélethozatal napja ez okmányon nincsen feltüntetve.

Fassione Expillatione Ecclesiae Szenicziensis adeoque Sacri-legii Crimine prodeunte: tametsi denominati per eundem Georgium Petrassek hujus atrocis criminis complices sui, utpote Joannes Irlyna Christianus, Judaei item Salamon Lebl senior et Salamon junior filius suus, Tertius denique Moyses Jacob cum eodem Petrassek adhuc in vivis existente in figura Judicii praesentes Confrontati complicitatem abnegassent, ac Torturae etiam subjecti in ordine secundus et tertius Judaei in negatione perseverassent, quia tamen Joannes Irlyna et primus in ordine Judaeus Salamon senior nefandum scelus hoc, sicquidem sub 4^{to}, Joannes autem Irlyna sub 12^a torturae gradu recognovissent, dictosque juniorem Salamon et Moyses Jacob Judaeos complices et socios criminis extitisse confessi fuissent ac dein etiam invicem confrontatis ultro citroque in fassiones suas perseverantibus, complicitatemque hujusmodi confirmantibus, Judaeus quoque junior Salamon actionalis criminis reum semet fuisse recognovisset. Tertio duntaxat in ordine Judaeo Moyse Jacob pertinaciter in negativa perseverant, cujusmodi negativa per quaternas jam, ut exmittitur, sociorum criminis et unius quidem jam morte authenticatas fassiones superata existente, res ejus quoad dictandam eidem pro actione hujus tam gravis delicti imponendam mortis poenam in dubium trahere haud posset, imo facinus recognoscentibus veluti facti complex de omni jure, insuper, ac praxi communiter receptae par efficeretur ac consequenter hi ex propriis in conformitate justificati Georgii Petrassek fassionis elicitis confessatis ita in negativa perseverans judaeus Moyses Jacob et horum qua actionalis criminis reorum et complicum, respective (ut praerefertur) morte authenticatis fassionibus enormi huic delicto conformem poenam dubio absque omni reciperet, pensitatis proinde actionalis facti circumstantiis fassionibus reorum invicem combinatis: Tametsi Judaeus Salamon senior Joannem Irlyna primum templum intrasse resque sacras, uti Monstrantiam et ciborium, e tabernaculo excepisse, adeoque attigisse, tam sub, quam post torturam confiteretur, inde exasperatio poenae eidem Joanni Irlyna accedere merito posset deberetque, quia tamen circumstantia

haec tam propria torturali, quam ex Georgii Petrassek morte authenticata fassione in contrarium recenseretur, adeoque fassio Judaei Salamonis senioris elideretur et consequenter quis etiam ex Judaeis ejusmodi res sacras attigisset ex fassionibus Reorum haud eveniret, taliterque ratione ad exasperationem poenae abscissionem manuum promerentis non sufferente, eadem etiam huic vel illi reorum dictari minus posse censeretur; Praehabita nihilominus actionalis enormis criminis consideratione cognitoque simultaneo praefactorum reorum ad factum actionale concursu, tametsi omnes una eademque poena puniri deberent; qui nihilominus tamen Judaeus Salamon senior cum filio suo aequae Salamone(?) semet (abjurato paganismo) fidem Romano-Catholicam amplexurum policeretur, imo eandem amplecti velle sponte sua declarasset, reflexione proinde eatenus habita eundem judaeum Salamonem seniore[m] una cum filioque Salamone, accedente etiam ejusdem juvenili aetate capite plectendos, alios vero duos, utpote Joannem Irlyna et Hebraeum Moysem Jacob erecto supra piram patibulo, laqueo strangulandos, omnes autem quatuor Rogo imponendos et cremandos decerni. Quantum autem contentationem spolitae Ecclesiae tangeret, hanc omnes ex Bonis et Facultatibus reorum judaeorum fieri debere adinvenire.

Extradat. ex protocollo dominali per Anton. Macripodáry. Ejusdem Dominii pro actu praemisso Procurator Fiscalis.

Praesentem deliberationem ex suo vero et genuino originali descriptam eidemque originali per omnia conformem ac per nos collatum esse testamur.

Szenicii 25 Junii 1739.

Georg Medveczky

Incl. Cottus. Nittr. Jur. Assessor.

Ladislau[s] Benyovszky ejusdem

Incl. Cottus. Nittr. Jur. Assessor.

Örsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1739 Junius Nrs. 156.

Szenicz 1739 június 26. A szeniczi kath. templomi kegyszerek ellopásában bűnrészességgel vádolt, halálra ítélt és azután kikeresztelkedett ifj. Salamon zsidó felségfolyamodványban kegyelemért könyörög.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas. Domine. Domine naturaliter Clementissime.

Non equidem praesummerem ad Augustum Majestatis Vestrae Sacrimae solium accedere, nisi Clementia et benignitas Vestrae Majestatis Sacrimae spem tremulo cordi mei adderet, ac proinde Imperator Augustissime tremebundus quidem, firma tamen cum spe ad Mattem Vestram Sacratissimam genu flexo recurro, lapsum meum coram jure recognitum humillime expono: Quod posteaquam Georgius Petrassek et Joannes Irlina cristiani ac dein Moyses Jakob et genitor meus Salamon Lebl Szeniczenses ac Benjamin Wolff Strasznicziensis, omnes quidem jam justificati Judaei cum duobus adhuc aliis Strasznicziensibus aequae Judaeis malignantis (aliter effari non possum) spiritus instinctu permoti Expillationem Ecclesiae Szenicziensis attentaturi die 10. Maji praefatum genitorem meum convenissent, eatenusque intra sese insano consilio inito rem effectui mancipandam deliberassent; Ego quoque ductu genitoris mei eosdem in hoc detestando crimine secutus me complicem redidi ac ex huic etiam revisio criminalis Dominii Berencsiensis sententiam capitalis mihi dictavit, ut hic annexa Deliberatio sub A.) docet, hujus tamen executio respectu exeo, quod Romano-Catholicam Christianam fidem (in qua parens quoque meus atrox hoc delictum expiavit) amplexus sim, quatenusve in Dogmate hujus salvificae fidei pro primiori salutis animae meae spe crudiri possim, ex gratia suspendit, per idque ad Mattem Vestram Sacratissimam pro imploranda vitae gratia occasio mihi affulsit. Quare Majestas Sacra ego, humillimus vasallus agnosco quidem, graviter me errasse, quia tamen juvenilis aetas mea necdum Annos

18 adaequans immaturumque judicium ad sequendum patris mei insanum consilium me decepit, unde ex Clementia Mattis Vestrae Sacrimae indubie sperarem mihi relevamen affuturum; pro 2^{do} eo quod hic primus et unicus actus sit: 3^{tio} quod Ecclesia spoliata ex bonis et facultatibus, respective etiam meis plene et integre contentata extiterit, uti hic sub B pateret; 4^{to} quod atrox hoc delictum jam quinque personae aspera sane morte, duo quidem, uti Georg Petras et genitor meus capite plexi; alii vero tres ad patibulum supra piram erectum suspensi et dein omnes concremati expiaverint; pro 5^{to} spondeo firmiter hanc quam gratia Spiritus Sancti illuminatus amplexus sum Orthodoxam et Christianam fidem volo retinere, vitamque meam doctus exemplo hoc emendare.

Ac ideo, dum ex praeductis rationibus gratiam vitae (quae in Suprema Majestatis Vestrae Sacratissimae potestate consistit) humillimè genuque flexo imploro me Clementiae Mattis Vestrae Sacrimae submitto et persevero

Majestatis Vestrae Sacrae

humillimus perpetuusque vasallus

Joannes ita Baptisatus.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1739 Junius Nrs. 156.

485.

Szenicz 1739 június 26. Rudinszky József, szeniczi plébános és kerületi főesperesh. igazolja, hogy Salamon Lebnek, alias Kalmelebbnek János névre keresztelt fia a szeniczi egyháznak okozott kárt megtérítette.

L. I. C.

Quod Neo-Christianus Joannes Baptista aetatis suae annorum 18 Salamonis Lebl, alias Kalmeleb Judaei Szenicziensis, etiam Neo-Christiani naturalis filius illatum Ecclesiae Szenicziensi damnum tum ex parte sua, quam ex parte

patris sui debite compensaverit, Infrascriptus tenore prae-sentis recognosco.

Szenicz die 26. Junii 1739.

Andreas Jos: Rudinszky

P. A. Ecclesiae Szenicziensis plebanus et per
eundem districtum vice Archidiaconus
L. S.

O. L. Ad Conc. Exp. 1739 Junius Nrs. 111.

486.

Szokolca 1739 június 30. Majtény Bálint nyitramegyei szolgabíró beküldi a magyar udvari kancelláriától követelt jelentést a szenici katolikus templomban történt kegy-szerek lopása miatt kivégeztetett 4 embernek elítéltetéséről.

Excelsa Cancellaria Regia Hungarica Aulica.

Domini, Domini mihi Gratosissimi Colendissimi.

Gratiosas Excelsae Cancellariae in facto jam quidem ob atrox Sacrilegii crimen per expillationem Ecclesiae Szenicziensis commissum justificatorum Judaeorum mihi sonantes, ac submittendam super eo, qualiter res eorundem Judaeorum in sede criminali Dominii Berenciensis gesta extiterat, informationem praecipientes humillima cum devotione percepi literas. Et cum revisioni eidem criminali a principio usque finem solus quoque praesens fuerim, hanc genuinam circumstantialioremque et fidemque humillime submitto informationem:

Posteaquam Malefactor ex complurimis variorum fur-torum, tam per fiscalem procuratorem evictorem, quam per eundem benevole recognitorum criminibus capitalem sententiam recepisset ac ad elicendos complices, revelan-daque plura crimina sua, de quibus graviter suspectus red-debatur, torturae subjectus ac ad gradum secundum tractus extitisset, quandoquidem inter reliqua detestanda facinora sua expillationem quoque Ecclesiae Szenicziensis recognovis-

set, in ipsoque torturae loco complices suas denominavit. Et tunc ob praevisam necessariam in hoc tam, quam delicto cum complicibus suis sub ejusmodi examine torturali denominatis confrontationem, Executione ejusdem suspensa, consequenterque eodem ad locum celebrati Judicii criminalis reducto et quidem de hoc Sacrilegii crimine examinato idemque cum omnibus circumstantiis ultroquoque recognoscente, mox ii, qui sub jurisdictione Domini hujusce Berensiensis fuissent, veluti Joannes Irlyna, Judaei item Salamon senior cum filio aequae Salamone et Moyses, Judex Judaicae communitatis Szenicziensis comprehensi et ad iudicium ducti fuere. Ubi dum idem Georgius Petrasek cum iisdem confrontatus fuisset, iisdem ad oculos per omnes circumstantias hoc Sacrilegii factum, eosque suos complices fuisse recensuit, seque super hoc moriturum declaravit. Unde habita hac ad infligendam Torturam sufficienti proba mox dictus Joannes Irlyna et praerecensiti Judaei ad subeundam ejusmodi Torturam adjudicati extitere. Pro firmiori tamen adhibendae torturae ratione idem Georgius Petrasek die insequenti ad locum supplicii educatus, ac ibidem quoque ante imminentem Executionem eatenus interrogatus, cum fassionem suam confirmasset, adeoque morteque authenticasset Praememorati etiam complices sui ad torturam tracti fuere, ex quibus seniore Salamon sub 4^o torturae gradu delictum hoc Sacrilegii confitente ac eatenus cum filio suo aequae Salamone confrontato existente, hic quoque in conformitate fassionis Petrassianae actum recognovit. Joannes vero Irlyna ad 11^{um} torturae gradum tractus, non obstante horum et justificati jam Georgii Petrasssek facti contestatione in negativa perseverat. Ac primo sub adhibitio 12^o gradu Sacrilegium hoc factum confessus est. Dein his omnibus tribus tam seorsum, quam et insimul constitutis fassionem suam ultro citroque confirmantibus horrendumque hoc sacrilegii attentum confitentibus ac Judaeo Moysi Judici communitatis Judaicae Szenicziensis ad oculum recensentibus, tametsi idem tam ante, quam sub Tortura (cui judicialiter objectus erat) complicitatem abnegasset, ex horum tamen trium et quarti Georgii Petrasssek jam eotum

justificati qua Criminis hujus sacrilegii correorum fassio-
nibus hic quoque capitalem recepit sententiam. Et dum
haec per octo continuos dies taliter acta extitere Sztrazni-
cziensis quoque et nequiquam Sassiniensis Judaeus Benja-
min Wolf vocatus fato in captivitatem incidet, tam Joannes
Irlina quam praefati Salamon filiusque suus tum qua adhuc
Judaei, tum dein facti Christiani hujus detestandi criminis
socium et complicem suum fuisse de facie ad faciem per-
hibuerunt. Ac toties factus Joannes Irlina et Salamon senior
superinde quoque mortui sunt, junior autem Salamon, qui
adhuc dum in vita conservaretur, pariter se moriturum de-
claravit. Imo Salamon senior manibus ejusdem pro venu-
nando Monstrantiam Ecclesae Szenicziensis cum ciborio
semet, quod ipsum filius quoque suus (quoniam ejusmodi
rerum traditio et assignatio in Praesentia sui facta fuisset)
contestatur. Ac hinc, hic quoque Benjamin Wolf accedente
pro aggravatio ejusdem etiam eo, quod pro indemnitate sua
laboraturus certas passuales non simpliciter suspectus, ast
realiter falsas, quibus mediantibus se tempore expillationis
Szenicziensis Ecclesiae 10^a Maji Anni de currentis inter-
ventae Budae fuisse probare videbatur, produxisset, ad
horum qua complicum fassiones convictus ac justificatus
quoque extitit.

His igitur (ut praemittitur) actis Crimineque sacrilegii
ex praevis rerum confissatis in luce prodeunte, sedes etiam
criminalis non aliud faciendum, quam delinquentibus pro
demeritis suis aliorum in exemplum conformes quam de-
licto Poenas dictare existimabit. Quae dum Exselsae Can-
cellariae pro Informatione humillime submitto, me gratis
devoveo et permaneo.

Szakoleczae 30 Junii 1739.

Humillimus servus

Valentinus Majtény

I. Cottui Nitriensi Judex Nobilium.

487.

Bécs 1739 július 30. Kir. rendelet Sopron megyéhez, hogy a lajtaújjfalvi zsidók távozása után a megyei hatóság zárja és pecsételje le zsinagógájukat és temetőjüket; másutt való lakhatóságuk iránt tudakozzék a földes uraságnál és tegyen erről jelentést.

Carolus VI.

Reverendi, Honorabiles etc. Communitas Judaeorum in Possessione Comitatus isti Vestro adjacente degentium, ratione et intuitu habitationum suarum pro loco Contumaciae servandae applicandarum, adeoque clementer ordinandae ulterius Ipsorum permansionis et provisionis, qualemnam demissam coram Nobis exhibere fecerint Instantiam, ex isthic annexis ejusdem paribus uberius percepturi estis. Et licet memorati supplicantes ob publicam [sanitatem?] per eos, qui in Ausztriam e praefato Regno nostro Hungariae venire voluerint in quarantenae necessitatem, habitationibus suis omnino cedere debeant. Quoad Synagogam nihilominus, seu Scholam Ipsorum ibidem habitam ac etiam Coemeterium Nos rem integram servare benigne cupimus.

Proinde penes communicationem praeannexi Memorialis Vobis hisce benigne committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus eas mox facere noveritis dispositiones, ut praeattacta Synagoga, postquam mentionati Judaei in Neufeld e modernis habitationibus praedecclarato ex Capite recesserint, medio Cottlen. Magistratus claudatur et obsignetur, ac illa, prouti et antelatum Coemeterium interea ad alios usus nullatenus applicentur. In reliquo autem Dominium Terrestrale in Neufeld de ulteriore praementionatorum Judaeorum (cum iidem requisitis habitationibus destitui et hinc inde oberrare non debeant) accomodatione audire et genuinam idcirco non minus, quam et quoad alias praeannexi Memorialis Continentias Informationem Nobis quantocytus submittere debeatis et teneamini. Gratia in reli-

quo nostra etc. Datum in Cítte nra Vienna Austriae, die 30 Julii 1739.

Cottui Soproniensi.

Jabloneczay.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1739 Augustus Nrs. 9.

488.

1739 július havában. Berkó Dalovics, Salamon Mihály halála után türelmi adó-bérlő kéri az udv. kamarát, hogy a lejáró bérszerződést — a folyamodványban felsorolt okok miatt — kisebb bérösszeg alapján újítsák meg vele.

Excelsa Caesarea Camera Aulica etc.

Triennali Tolerantialis Census Judaici Arenda per Excelsam hancee Caesaream Cameram Aulicam, post decessum judaei Michaëlis Salamonovics gratiose in me translata, cum fine Anni hujus exitum suum sortiente, dum proventus meos hactenus mihi obventos, administratumque ad aera-rium Caesareo-Regium aes paratum penitius intueor, ex rationibus et motivis ab infra declaratis non lucrum, sed damnum me tulisse animadverto. Statim et enim, ac cum 1^a 7bris Anni 1736 arendam hanc adire licuerat, illico A^o subsequenti 1737 innuente benignissima Caesareo-Regia Resolutione omnes omnino Judaei a quaestu vini in Poloniam exercendo, a quo maximus proventus obvenire solebat, districtim inhibiti habebantur; successu vero temporis alia rursus occurrebant impedimenta, arendam meam partim remorantia, partim absorbentia: Judaei quippe cum cupro quaestum in Poloniam exercentes, juxta gratiosam Excelsae Caesareae Camerae Aulicae, Posonienses vero, ac alii, in circum vicinia commorantes Judaei, cum diversis, iisque pretiosis mercimoniis ad partes hasce Hungae superiores penetrantes ac quaestum exercentes juxta gratiosam In: Rae Camerae Hungaricae ordinationem, universaliter a solutione Tolerantialis Census Judaici contra expressos contractus Cameralis mecum initi tenores exempti sunt, in Regno

vero commorantes exceptis paucioribus. Dominorum suorum terrestrium suffulti Patrocinio, non modo Tolerantiam censum in praesens non praestiterunt, actuque haud praestant, verum homines meos ad incassandum ejusmodi censum exmissos, signanter in Dominiis Munkács. Sz. Miklós et Ungvár, adjectis quam plurimis convitiis, et imprecationibus loco debiti census, plagis et verberibus afficiunt et afficiebant, nullo post iteratas etiam Camerales Requisitiones a parte Dnorum Terrestrium, aut eorundem officialium (quemadmodum id proximius Excelsae huic Caesareae Camerae Aulicae, Inclyta Regia Cameralis Administratio Scepusiensis repraesentavit) subsecuto remedio, nedum satisfactione. Ast maximum ponere videtur impedimentum: grassans in nonnullis partium Regni Hungariae superiorum locis Trans-Tybiscanis Pestifera lues, intuitu cujus interdictis passim Publicis Nundinis, ac intercluso parte ex omni commercio, non modo justis obventionibus-meis privor, etiam ab aditu locorum Trans-Tybiscanorum, signanter oppidi Károly et civitatis Szatmáriensis, ac aliorum, ubi complures, et bene habentes Judaei commorantur, arceor; Ut in his circumstantiis et injuria sterilium admodum temporum positus, nisi me propriis et uxoris meae facultatibus sublevarem, at exinde etiam aerarium Cao-Regium contentarem, omnis caeteroquin consilii inops, quid mihi facto opus foret, prorsus ignorarem.

Et quia his non obstantibus, cum extrema etiam mei, et meorum ruina, pactatam Arendam meam ita complanare studuerim, ut Aerarium Cao-Regium, sive parato aere, sive per Administrationem boni, et acceptabilis cremati, in Caesareo Regia Cupri negotiatione Szomolnokienae, omnino cum lucro, partim jam distracti, partim vero distrahendi, cujus vasa No. 66 jam effective administravi, omni ex parte contententur, cautionalem adhuc Rh: fl 1500 summam penes modofatum Aerarium Cao Regium effective dinumeratum habeam, nullumve ejusdem pro futuro etiam a parte mei subversetur periculum.

Hinc in omni submissione apud Praelibatam Excelsam Caesaream Cameram Aulicam supplico, quatenus habita

interturbati hoc rerum, et circumstantiarum statu quaestus, adeoque causati mihi exinde enormis damni gratiosa reflexione, quodve in excontentatione aerarii Cao. Regii a parte mei nullum subversetur periculum, ad resarciendum mihi quoquo modo damnum, praescitam Tolerantialis Census Judaei Arendam, rursus ad Triennium, salvis tamen conditionibus, modernis verum, et temporis circumstantiis commensurandis extendere, meque taliter consolatum, ad ulteriora etiam Suae Majestatis Sacratissimae Domini Domini Nostri Clementissimi servitia gratiosissime conservare, haud dedignetur. Cum secus grave me damnum, et extremum pene me maneret exitium. Gratosam praestoloturus etc.

Excelsae Caeae Camerae Aulicae.

Humillimus servus

Judaeus Berko Dalovics Tolerantialis
Census Judaici, Partium Regni
Hungariae Superiorum Arendator

Orsz. Levélt. Ad Ben. Res. 1739 Julii 20.

489.

1739 július havában. A pestis miatt Lajtaújfaluból távozásra kényszerült zsidók felségfolyamodványban kérik III. Károly királyt, hogy zsinagógájukat és temetőjüket megyehatósági felügyelet alatt bántatlanul hagyják meg nekik, továbbá, hogy megélhetés végett ne kelljen nekik eddigi lakóhelyüktől Szarvaskőnél messzebb menniök és hogy ne kebelezzék be más községbe.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas,
Domine Domine Clementissime.

Quam arduum non minus, ac Damnis refertum sit, Privilegiatis, et a memoria hominum possessis habitationibus momentanee excedere, hocque modo relicto exiguo Comercio vitae mediis imminui, ad Sacros pedes lamentabiliter exponere ideo erubiscemus, quod in mutatione pro loco se-

parationis antehac nominatae possessionis Naïdorf, jam vero substitutae possessionis Naïfeld in Comitatu Soproniensi, Summum Ssmae Mattis Vrae servitium et publica salus subesse praecipiat. Quia tamen secundum DEUM, et ejus Justitiam, naturalemque aequitatem, ea quae cum incommodo privatorum praecise aliquorum in Commune conferri debent, naturali aequitati conformem recipiunt compensationem, ac insuper ne ultra Summae necessitatis limites incommodum extendatur, publicam exigunt provisionem; idcirco reservatis laesionibus, quae ante benignam nominatarum possessionum mutationem jam irrogatae sunt; nostri Clementissimam praeservationem in futurum humillime supplicamus.

Primo: quia pro sexu masculino et faemineo divisus locus orationis (Sinagogam nuncupamus) factorum Aulicorum Elemosyno plurimum extractus, exiguus, adeoque in rationem separationis nihil conferens sit, dignetur Ssma Majestas Vestra benignissime committere, ut locus ille per nos rite clausus, ab omni alio usu praeservandus, adeoque in eadem qualitate nobis conservandus sub Inspectione Magistratuali Cottensi permaneat.

Secundo: quia communi, omniumque gentium jure Coemeterium loci Religiosi Privilegio gaudet ne hac quoque in parte fundatus immemorialis usus noster praejudicio gravetur, benigne praecipere, cum tam quoad Synagogas, quam Coemeteria fundator Majoratus Esterházyane usum nostrum contractualiter Privilegiatum effecerit.

Tertio: quia possessio Naïfeld a loco separationis seu per nos inhabitatae Domus satis remota est, in qua possessione potissimum nostrum commercium adeoque et activum creditum habetur, misera vero plebs debitum nobis successive et etiam in naturalibus solvere censuerit, consequenter si ab hac possessione longius removeremur, ne omnibus vitae mediis improvise destituamur misera plebs instantaneis solutionibus gravari, aut etiam successiva expensarum, et interusurii praestatione cumulari deberet, dignetur Ssma Majestas Vra ex aequitatis et miserae plebi convenientes

conservationis ductu Caesareo-Regia pietate ordinari, ut in possessione Naifeld aut eidem contiguo loco adeoque nullatenus extra Dominium Hornstein habitationes interimales figere debemus.

Quarto: ex allegatae aequitatis ductu dignetur Sma Majestas clementissime demandare, ut quia ob salutem publicam nobis enata damna compensationem fundant reservatis hic et nunc reservandis saltem a futuris Communem Calamitatem modernam gravantibus afflictionibus Magistratuali Cottensi autoritate praeservemur, praecipue vero ne aliis Judaeorum communitatibus incorporemur, quae alioquin strictis habitationibus locatae, si nostris multiplicentur Personis, existimentur; quod aequitati tanto est conventius quanto quaesitum Jus nostrum contractuale exigit evidentius, ut exorata a DEO in cum pentium (sic) [incumbentium] malorum remissione in nostras redeamus habitationes super cujus Juris integritate specialem provisoriam Cottui intimandam humillime imploramus Caesareo Regiam Dispositionem.

Divinae Justitiae et naturali aequitati conforme postulatam, superindeque benigni remedii emanationem commendare videntur occasione sanitatis antehac nobis communiter irrogatarum, et medio Factorum Aulicorum pro communi remedio ad sacros pedes humillime expositarum laesionum species, ut proinde clementissimae consolationis spe erecti, gratiam et clementiam humillimis fidelibus servitiis demerituri perseveremus.

Sacratissimae Mattis Vestrae

humillimi subditi

N. N. Communitas Judaeorum in
Possessione Naifeld, Cottu Soproniensi
degentium.

490.

Bécs 1739 augusztus 18. Császári közjegyző előtti tanuságtétel arról, hogy a kismartoni prépost 1739 augusztus 16-án vasárnap, búcsú alkalmával a lajtaújfalvi zsinagógát kápolnává avatta fel.

In Nomine Domini Amen.

Im Jahr 1739. Indictione Romana 2-da, den 18-ten Monaths Tag Augusti, welcher waar a einem dienstag zu Wienn in Oesterreich unter Glorwürdigster Herrsch- und Regierung des allerdurchleuchtigst-Grossmächtigst- und Unüberwindlichsten Römischen Kayssers Caroli 6^{ti} auch in Germanien, zu Hispanien, Hungarn, und Boheimb etc. Königs, Ertzhertzogens zu Oesterreich etc. Habe ich Geschworhner Kays. Notarius porticus (publicus?) mich aus requisition deren Kayl. privilegirten Hoff-Juden allhier nachmittag zwischen 2 und 3 Uhr in die so genandte vorstadt Wyeden zum Goldenen stern Begeben, und alda den von Ebenfurth zugegen gewesten Breu Meister Nahmens Johann Pitzl dann einen Fuhr Mann Nahmens Offner Befraget

Qu.³ Ob ihnen bewust wäre, dass die Juden Schul zu Neufeld zu einer Capell geweyhet, auf was vor Ceremonien und durch wem, dann ob ein freyer zu-Tritt Verstattet und ein Kirch tag gehalten worden seye.

R.¹ Es seye an Jüngst verflossenen Sonntag, alss am Fest des Heil. Rochi gedachte Juden Schul zu Neufeld würcklich zu einer Capelle geweyhet- und die Ceremonien (wie sie glauben durch den Hochwürdigen Herrn Probst zu Eysen Statt Verrichtet, — dann erstermelter neu geweyhten Capelln der Nahmen des Heil. Rochi zugelegt, nicht allein ein Ofentlicher Kirchtag gehalten, sondern auch Markh-Hütten auferbaut und denen Unterthanen solchen Kirchtag zu frequentiren bey Zehen Gulden straff auferlegt

worden, wie dann eben selbigen Tag biss Sieben processio-
nen von unterschiedlichen umbliegenden orthen mit ihren
Creutzen alda angekommen wären, welches sie Theils selbst
über das Wasser die Leütha genandt gantz genau abnehmen-
und sehen können, Theils von Vielen ander Leuthen denen-
selben Bestättigt worden seye, welches alles ich Kayl. No-
tarius Publicus getreulich ad notam genohmen, und auf
Verlangen deren Herrn requirenten hiemit in formam Pu-
blicam gebracht, zu wahrer Uhrkundt dessen meine Nah-
mens Unterschrift- und beygetrucktes Notariats symbolum.
Actum Wienn Im Jahr Monath- und Tag ut supra.

Joannes Franciscus Aurelius Adalbertus Glaser m. pro-
pria. Notarius Caesareus publicus et juratus in fidem prae-
missorum.

Orsz. Levélt Conc. Exp. 1739 September Nrs. 28. Magyar Zsidó
Szemle 1898. évf. 135—136. l.

491.

*Bécs 1739 augusztus 31. A cs. és kir. udvarnak, valamint
az Eszterházy uradalom zsidainak privilégiumával részben
ellátott bécsi zsidó község faktorjai a királytól a Lajtaújfalu-
ból kényszerűségből távozott zsidók részére oltalmazó és
visszahelyezhető rendeletet kérnek.*

Sacratissima Caesarea Majestas, Domine, Domine Cle-
mentissime!

Summo animorum nostrorum cum moerore altefatae
Majestati Vestrae de genu representare necessitamus, quod
tametsi quidem benignis optimae memoriae Sacri Romani
Imperii Principis et Regni Hungariae Palatini, Pauli condam
Eszterházy qua terrestres nostri domini privilegialibus et
protectionalibus hicce sub No 1^o demisse annectis suffulti
in Bonis et Dominiis ejusdem ab immemorabile jam fere

tempore quietam et pacificam permansionem habuerimus, obventiones urbariales aliaque tam dominales, quam et publica onera exacte praestiterimus, quin imo pro altissi Majestatis Vestrae Sacratissimae servitii promotione ad extraordinarii subsidionalis quanti solutionem iteratis vicibus, uti sub N^o 2^o patet concurrerimus, modernis attamen calamitosis contagiosi mali circumstantiis, dum libera commendi facultas admissa haud esset, e possessione Neufeld. *Comitatus Saxonici adiacentis contractuali quippe ac* immemorabili usu firmato domicilio prope ducenta capita Iudaeorum excedere ac in diversis locis non sine praestaneo fame ac inedia senio jam confectorum, mulierumque puerperarum ac parvulorum variolis laborantium miserae interitionis ac (quod Deus clementer avertat) mali publico noxii et actu grassante periculo semet coarctare, ac iisdem, quorum habitationibus illocati sunt, maximo incommodo esse debuerint, debeanturque. Et licet erga humillimam Iudaeorum ad praefatam Neufeld possessionem pertinentium Instantiam Majestas Vestra Sacratissima clementissime resolvere dignata sit, ut schola seu synagoga ipsorum sigillo tacti comitatus munita intacta maneat, modofatusque Comitatus pro effectuatione benigni Majestatis Vestrae Sacratissimae Mandati Iudicem suum Nobilium exmiserit, ac eandem Scholam obsignare fecerit, qualiter tamen non obstante benigna et positiva ejusmodi Majestatis Vestrae Resolutione ac Magistratuali obsignatione eatenus processum sit, productum sub N^o 3^o hicce demisse annexum exhibet. Cui accederet et id, quod certa beneficia nonnullis ipsorum Iudaeorum contractualiter impertita et ab ipsis diuturno tempore pacifice possessa recens adempta, et quod dolorosius, comminationes ubique insuper acerrime divulgatae jam sint, de irrogandis iisdem gravioribus adhuc malis et ex principatus bonis prorsus expellendis, prout ex annexo sub N^o 4^o videre est, quibus comminationibus et jam realibus commissis plebs (quae caeteroquin ex rerum non facile distrahibilium per Iudaeos facilitatae distractionis, re vera non exiguum emolumentum sensit) incitata, contra eosdem con-

surgere, ac majoribus ne fors, quam praevideri, possint, malis afficere inclinet.

Quia vero a memoria hominum, penes attactas benignas protectionales, debita in subjectione, juxta contractuum usum, tam cum plebe, quam cum Dominio contra Iudaeorum communitates querela pacificam duxerunt conversationem, universa quaevis onera prompte praestiterunt, ad extraordinarii quanti (uti praemissum est) solutionem quoque concurrerent, moderna calamitas temporis, quies publica, aequitas et justitia commendant quatenus sub benigna Majestatis Vestrae protectione ulterius quoque conserventur, inque Beneficiorum suorum privilegialiter sibi concessorum ac nonnisi recens interruptorum usum et statum restituantur, et nec ultra urbarialem conventionem ad quasvis insolitas praestationes adigantur: quo in passu erga humillimam Iudaeorum in praeattacti principatus Dominiis degentium Instantiam praementionato comitatui de dato 10 praeteriti mensis Martii Majestas Vestra Sacratissima clementer demandare dignata sit, ut modum adinveniat, quatenus praemissis indebitis exactionibus conveniens et opportunum remedium adferri possit, quia nihilominus interveniente circa praeclusionem et constitutionem passuum dispositione, benignum illud mandatum mansit sine ullo effectu in praesentiarum.

Idcirco Majestati Vestrae Sacratissimae de genu humillime supplicamus, quatenus Majesta Vestra Sacratissima penes Urbalialem et Privilegialem usum eosdem benigne conservare, recenter adempta quaevis eorum beneficia restitui facere, respecta praeattactae synagogae nuper clementer impertitam resolutionem manutenere, hocque duro et calamitoso tempore ab omnibus innovationibus, translocationibus et coarctatione eosdem immunes reddere, idque, quatenus Iudaei ex Neufeld emigrantes, ad modofatae possessionis viciniam, Dominium quippe Hornstein, quo ibidem de vitae medijs commodius sibi prospicere et periculosam illam tantarum familiarum constrictionem evitare possint, illocare semet valeant, benigne ordinare, hisque potissimum

in circumstantis, ubi communicatio locorum et comitatum praecussa haberetur, contra quasvis ultiores inquietationes eosdem protegere clementissime dignetur Majestas Vestra Sacratissima. Quam gratiam humillimis servitiis nostris remetiri perseveramus.

Majestati Vestrae Sacratissimae humillimi perpetuoque fideles subditi.

N. N. factores aulae caesareae et privilegiatae Viennensis privilegiisque Iudaeorum principatus Eszterhaziani partim incorporata communitas.

Hátirat: Ad sacratissimam caesaream regiamque Majestatem Dominum Dominum clementissimum humillima instantia introscriptorum factorum aulae caesareae et privilegiatae Viennensis privilegiisque Iudaeorum principatus Eszterhaziani partim incorporatae communitatis.

Praes. 31 Aug. 1739.

O. L. Conceptus Expeditionum. 1739 September Nrs. 28. Szentkirályi György másolata.

492.

Bécs 1739 szeptember 7. A király nemtetszését tudatja herceg Eszterházy Pál Sopron megye főispánjával amiatt, hogy a kir. rendelet folytán lezárt lajtaújfalvi zsinagógát önként megint kinyitatta és figyelmezteti, hogy jövőre ezt ne tegye.

S. C. Regiae M. D. D. clem. nomine, Ejusdem Camerario Domino Paulo Antonio I. R. I. Principi Esterházy de Galantha Cottus Soproniensi perpetuo Supremo Comiti hisce benigne intimandum. Posteaquam intuitu benigni Caesareo-Regii Mandati, ad Instantiam Iudaeorum in Neufeld antehac degentium die 30. Men. Julii nuper praeteriti ad Comitatum Soproniensem expediti, Ejusdem Domini Principis Memoriale exhibitum fuisset, supervenisse a praefato Comitatu eam fidedignam relationem: quod nimirum erga

praeattactum benignum Caesareo-Regium Mandatum ab antelato Cottu exmissus dicti Cottus Judlium Lad. Pásztori etiam cum praescitu et annuentia supremam directionem in bonis praefati Domini Principis habentis, in Possne Neufeld locum illum ubi Judaei Synagogam antehac habuerunt, interea donec ulterior eatenus clemen^{ma} Caesareo-Regia Resolutio subsequatus clausurit et obsignaverit quidem, subsequenter nihilominus terrestre Dominium ibidem, clausionem et obsignationem dicti loci per praenominatum Judlium ad suprafatum Mandatum Nrum et nomine Magistratus Cottensis factam, propria Autoritate reservari fecerit. Quod cum inconvenienter imo inordinate factum extiterit; ob id summeatae Caesareae Regiae Majestatis nomine praefato Domini Principi praesentibus hac vice intimari, ne imposterum ejusmodi etiam contraventionem in conformitate benigni Caesareo-Regii Mandati et interventis Comitatus Magistratus dispositionibus committat, aut a Constitutis in Bonis Officialibus suis fieri admittat. In reliquo altefata Cae Regia Majestas, gratia sua Eidem Domino Principi benigne propensa manet.

Bernáth.

Per S. C. R. M.

Vae 7. septembris 1739.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1739 September Nrs. 109.

493.

Bécs 1739 szeptember 7. Sopron megyének szóló királyi rendelet, hogy a vármegye segítségére legyen a Lajtaújfaluból távozott zsidóknak abban, hogy földesuruktól visszakaphassák zsinagógájukra fordított költségeiket, hogy a járvány miatt nem szabad őket másutt összezsúfolni, régi szabadalmaikban tovább is meghagyandók és minden megújítástól megóvandók.

Carolus etc. Reverendi etc. Pro parte Iudaeorum in Bonis Principis Pauli Antonii Esterházy degentium quale

nobis demisse exhibitum rursus fuerit Memoriale, exhibe-
 annexis uberius percepturi. Post cujus exhibitionem prae-
 sentatae etiam extiterunt litterae vestrae die 18 Mensis re-
 center evoluti ad Regiam Cancellariam nostram Hungarico-
 Aulicam datae, ex quarum contextu id utique patuit: quod
 erga Benignum Mandatum nostrum exmissus idcirco Iudex
 Nobilium Vester etiam cum praescitu et annuentia supre-
 mam directionem in Bonis antelati Principis habentis in
 Neufeld locum illum ubi Iudaei synagogam antehac habue-
 runt, interea, donec repraesentationes eatenus apud Nos
 fiant et ulterior benigna resolutio nostra subsequatur, clau-
 serit et obsignaverit, subsequenter vero et prius, quam alia
 resolutio nostra supervenisset, terrestre Dominium ibidem
 clausione et signatione dicti loci per Iudicem Nobilium
 factam propria autoritate reserari fecerit. Quod cum in-
 ordinate omnino factum sit, desuperque convenientem
 intimationem antelato Principi Esterházy fieri curassemus,
 idem vero per introporrectum memoriale semet ad id ob-
 strinxisset, quod ubi in Neufeld antehac constituti Iudaei
 sumptus aliquos medio ipsorum in antelatum locum im-
 pensos fuisse liquidaverint, eosdem ipsis bonificari curaturus
 sit. Proinde ubi antelati Iudaei ejusmodi sumptuum bonifi-
 cationem alio modo non obtinuerint rerum idcirco ma-
 gistratualem jurisdictionem vestram implorare necessitati
 fuerint, iisdem eo assistetis, ut indemnes eatenus reddantur.

Quod dein concernit alia dictorum Iudaeorum petita,
 siquidem illi tenore etiam benigni rescripti nostri die mensis
 Martii hocce currente anno expediti, taliter ad vos directi
 et remissi jam essent, ut si quale fundata habeant grava-
 mina, quoad concessionem a terrestri Dominio antehac
 iisdem admissas et elargitas conveniens et opportunum
 eatenus a vobis obtineant remedium; modernis autem cala-
 mitosis temporibus et ex ratione conservandae sanitatis
 Iudaei potissimum neque in uno loco nimis constringi, neque
 ex partibus et districtibus, ubi mansionem hactenus habue-
 runt amandare aut alio admitti possent. Quapropter ulte-
 rius hisce clementer praecipimus et mandamus, quatenus ex

ratione etiam conservandae, uti praemittitur, communis salutis magistratualem auctoritatem vestram eo interponere debeatis, ut ex Neufeld intuitu constituti ibidem pro servanda contumacia loci discedentes Iudaei in aliis memorati principis bonis in hoc comitatu vestro habitis non ita constringantur, ut exinde infirmitates quaequam evenire, vel saltem metui possint; praeterea et alii in bonis praefati Principis Esterházy degentes Iudaei penes hactenus obtentas territorialis dominii concessionibus hoc praesertim tempore a quibusvis innovationibus nec non translationibus liberi ac immunes conservari debeant. In reliquo etc. Viennae 7 Septembris 1739.

Comitatui Soproniensi omisso supremo comite.

Jabloneczay.

Hátlapján: Comitatus Soproniensis committitur, quatenus Iudaeis Neufeldiensibus, ut sumptus in sinagogam factos a domino terrestre obtinere possint, assistat et ne inde translocati in alio loco constringantur, invigilet, demum a quibusvis innovationibus immunes conservet.

O. L. Conc. Exp. 1739 September Nrs. 28.

494.

Bécs 1739 szeptember 15. A helytartóság felszólíttatik, hogy tudakozódják Bereg és Ung megyénél, miért és ki által akadályoztatik Berko Dalovics, a felsőmagyarországi zsidók türelmi adójának bérlője ezen adó behajtásában.

Carolus.

Serenissime etc. Cameram Nostram Aulicam Matti Nrae demisse repraesentasse, qualiter Iudaei in superiori Hungariae, et praesertim in Dominiis Munkacsienſi, Szent Miklosienſi et Ungvariensi residentes, protectioni Dominiorum Suorum Terreſtrium innixi, non tantum Iudaeum Berko Dalovics, Pecuniae Tollerantialis ab ipsis annuatim pendi consuetae Cameralem Arendatorem in exactione ejusdem

impedire, sed homines quoque suos, eo fine eorsum exmissos, durius tractare et excipere assolerent. Cum autem praetacta Camera Aulica hanc Judaeorum obligationem in superiori Hungaria a complurimis jam annis introductam et continuatam esse exponeret,

Hinc Dilectioni et Fidelitatibus Vestris harum serie clementer committimus, quatenus Beregiensem et Unghensem Comitatus, quibus praespecificata Dominia adjacerent, de et super eo, cur et per quem in Exactione praenotatae pecuniae tollerantialis contra usum et obligationem hucusque praehabitam antelatus Cameralis Arendator Judaeus impediatur, audire, ac praelibati Cottus negotio in praemisso quid reposuerint eatenus, Majestatem Nram suo modo informare noverint, nec intermittant Dilectio et Fidelitates Vestrae. Quibus in reliquo etc. Datum in Civitate nra Vienna Austriae die 15. Septembris A^o 1739.

Conilio Regio ex offio.

Bernath.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1739 September Nrs. 51.; az eredeti mandátumát l. Acta Judaeorum Lad B Fasc. 7. Nrs. 1.

495.

Bécs 1739 október 20. A magyar udv. kamara kérdezi Sopron megyét, hogy miért akarja Sopron városát az Eszterházy uradalom zsidó alattvalóinak beengedésére kényszeríteni.

Carolus VI. etc.

Rendi Hrabiles etc. Ex hicce copialiter annexis Liberae ac Regiae Civitatis nrae Soproniensis Literis ad Regiam Concellariam nram Hungaricam Aulicam exaratis demisse relatum est Nobis, qualiter Vos occasione recenter celebratae Congregationis Vestrae, Judaeos Dominii Eszterhazianae subditos, in eandem Civitatem intromittendos esse determinaveritis, e Contra memoratae Cittis Magistratus, quibusnam ex motivis atque rationibus praefatos Judaeos ab ingressu ejusmodi arceri et inhiberi cupiat.

Quocirca penes attactarum Literarum communicatio-
nem Vobis hisce benigne committimus et mandamus, qua-
tenus super eo, quonam ex capite, moderno signanter tem-
pore, dictam Civitatem, ad prænominatorum Judaeorum
in gremium sui admissionem stringatis, Nos demisse et
quantcūq; informare interea autem repetitam Civitatem
ad ejusmodi Judaeorum admissionem nullatenus cogere
debeatis. Gratia in reliquo etc. Datum in Citte Nostra
Vienna Austriae die 20 octobris 1739.

Comitatui Soproniensi ex offio.

Űrményi

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1739 October Nrs. 49.

496.

*Bécs 1740 február 11. Az udv. haditanács felkéretik, hogy
tiltsa meg báró Lubeticz/ezredesnek, Nagyvárad alparancs-
nokának, hogy a hetivásárokra oda jövő zsidókat fegyveres
erővel is támogassa; olyannyira is támogatja a zsidókat,
hogy már házacskákat építhettek maguknak, bírót is vá-
lasztottak és a közterhekhez nem kell hozzájárulniok.*

Sae Cae Regiae Mattis Inclyto Consilio Aulae Bellico
amice insinuandum. Regium Hgcum Locumten: Consilium
querimoniam Cottus Bihariensis contra Dnum fortalitii
Magno Varadien. Substitutum Commendantem Vice Colo-
nellum Baronem a Lubeticz sibi perscriptam, et hisce in
Copia annexam pro adferendo eatenus conveniente remedio
isthuc submisisse: In qua siquidem uberius deduceretur,
qualiter dictus Dnus substitutus Commendans ibidem Va-
radini vagabundis Judaeis tempore Nundinarum hebdoma-
daliū armata vi eos protegendo liberum quaestum exer-
cere indulgeat, ad illorum placitum pecora quoque, quae
Laniones ad necessitatem Dominorum terrestrium, et Cittis
comparare volunt, rejecto pretio abigi, contravenientes vero
verberibus affici curet, sed et vagabundos onera Publica
subterfugientes sub protectionem suam summendo, tot jam

juxta hortum suum Tuguria et Domunculas extruendas indulserit, ut Judicem quoque suum intra se habeant, sensimque ideo etiam augeantur, cum sub militari protectione videant se ab oneribus publicis tueri ac eximi.

Hinc Inclytum istud Aulae Bellicum Consilium praesentibus amice requiritur, quatenus praelibato Dno Substituto Commendanti, ut ab ejusmodi excessibus imposterum Committendis absteineat, in Jura terrestrium Dominorum semet non ingerat, ex Jurisdictione Provinciali fundos et Personas publico oneri subjectas abinde avellere non attentet, verum in eo erectis praeattactis tuguriis constitutos Jurisdictioni Provinciali submittat, serio ac districtim committere haud gravatim vellit. Cui in reliquo etc.

Cancellaria Regia Hgco Aulica
Viennae 11 Februarii 1740.

Bors.

Orsz. Levélt. Conc. Exp. 1740 Februarius Nrs. 88.

497.

Nikolsburg 1740 február 18. A nikolsburgi zsidó község előjárósága igazolja, hogy Gorlitz Zelig nevű zsidó lopás miatt már többször megbüntetett egyén.

Wir. N. N. Juden Richter ältester und Geschworene Einer gesamten Jüdischen Gemeinde der Hochfürstl. Dietrichsteinischen Residenz-Statt Nickolspurghr Kunden und Attestiren hiermit göttlichen Wahrheit zu Steyer, insonderheit aber aller Orthen, allwo dieses vorzuzeigen von nöthen seyn möchte, wie dasz der sogenandte Jud Seelig Ghärliz? mit rothen Haaren und Bard (alsz welcher sein Lebens Lauff in Diebereien zubringet und zu öfftermahlen sowohl in Auspitz, Dürnholz, alsz auch andern Markt-Plätzen unter andern Beutelabschneidern wegen verübten Diebstücken mit lebensgefährlichen Schlägen tractiret) nicht nur allein zwischen anderen Haupt-Dieben ungefehr vor ezlichen Jahren lang zu Irriz in Znaimber Craýszes eingefangen, und von dannen nach der Königl. Statt Znaimb geliefert

worden, in welches gedachter Seelig Ghärliz eine geraume Zeit zugebracht hat, sondern auch derselbe von Einer Hochlöbl. Königl Appellations Cammer zu Prag, folgens ad opus publicum condemnirt worden, Er auch zu gemelte Königl. Statt Znaimb die gemeine Statt Arbeit lange Zeit zugebracht hat, gleich dann auch einige aus der allhiesig Jüdischen Gemeinde (welche damahlige Zeit die Znaimber Jahr Märkte frequentiret haben) ihme Seelig Ghärlitz in Eyszen die gemeine Statt Arbeit zu verrichten selbst augenscheinlich gesehen, dasz deme also in, pur gegründete Wahrheit bestehe, deszen zu wahrer Urkund wir das Jüdische Gemein Insiegell hiebey drucken laszen. Actum Nikolsburg den 18. Feber 1740.

L. S.

N. N. Juden Richter.
Altister und Geschworne
allda.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1740 Aprilis Nrs. 20.

498.

Kismarton 1740 március 2. Az Eszterházy-uradalom hivatalos irodájából felszólítják a kismartoni zsidó községet, hogy családjával megérkezett Antscherl Fülöpöt Menczel, vagy Pinkász lakásában ideiglenesen elhelyezzék.

Es ist der hohe Befelch (tit.) gnädigen Herrn Hoff Raths, dasz diesem Philipp Antscherl, welcher anheute mit Weib und Kindern anhero gekommen, in so lang ein Quartier verschaffet werden solle bisz (tit.) Herr Verwalter von Lackenbach zurück anhero revertiren werde, dahero veranstalte der Juden-Richter also gleich, damit dieser entweder zu dem Mentzel, oder zu dem Geschieszer seyn Ayden Pinkes in das obere Zimmer, welches sich leer befindet, einziehen und seine Sach unter dem Dach bringen könne, welchem oben bemelt hohen Befelch (titl.) gnädigen Herrn Hofraths der Richter zu gehorsamben, in aller Unterthänigkeit vollziehen beynebst dem Amibts-Befelch zu

respectiren wiszen wird, im wiederigen dieses nicht geschehen sollte, mich bezwungen sehete, alsoogleich solches nacher Lackembach an (titl.) Hrn. Verwalter zu berichten, welcher es (titl.) gnädigen Herrn Hoff Rath beybringen würde. Dann mir von Hoch diesem der Befelch wie auch von Herrn Verwalter gegeben worden, dasz wann dieser Philipp Antscherl ankommen, ihm der Juden Richter ein Quartier einräumen sollte. Actum Schlosz Eyszenstadt den 2. Martii 1740.

Pr. Ambts Cantzley ibidem.

O. L. Ad Conc. Exp. 1740 Aprilis Nrs. 20.

499.

A kismartoni zs. község előljárósága ennek a zsidónak befogadását visszautasítja hivatkozással privilegiumuk 17. paragrafusára.

Hochfürstliche Löbl. Ambts Canzley.

Wir haben lezthin wegen Einnehmung des Juden Seelig Ghärlitz (nunmehr aber-benahmsten Philipp Antscherl) nicht ohne Ursach so schuldig als gehorsamst dem Hochfürstl. Löbl. Ambt zu Folge hochweiszlich vorgesehene Contractmäszige Ordnung Sr Hochfürstl. Paulus Esterházy Durchl. Hochseel. Andenkens de dato den 1. Januar: Anno 1690 § 17.

„wann sich dan Taugliche und wohlverhaltene Juden befunden, dasz der Gemein nicht zuwieder, und sich als vor Innwohner einlaszen wollen etc. etc. die Anzeigung gethan, dasz wegen gedachten Gharlitz gewisse Bedenken vorgekommen; So will jedoch vermög Beylag sub Lit: auf die Einnehmung deszelben angetragen werden:

Es gereicht dahero an Ein Hochfürstl: Löbl: Ambt unser gehorsames Bitten, beszerer Information halber die Bedenklichkeit aus der Beylag Lit: B. zu consideriren und

uns von Einlaszung oft erwehten Ghärlitz zu befreyen.
In devotesten Respect verharrend

E: Hochfürstl: Löbl: Ambts-Canzley.

unterthänig gehorsamste N: N: Richter
und Geschworene Schuz Verwandten Juden Gemeinde
in Eyszenstadt.

O. L. Ad Conc. Exp. 1740. Aprilis Nrs. 20.

500.

1740 március 31. Sulzbacher Simon, kismartoni zsidó bíró, szintén panaszkodik uradalmi tisztviselők ellen, kik azért, mert nem akar egy, kismartoni letelepedésre már uradalmi engedélyt kapott idegen rosszhírű zsidót a község kebelébe fogadni, vele és másokkal erőszakoskodnak. Ezek ellen királyi védelmet kér.

Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas.

Domine Domine Clementissime.

Viginti Annis apud Ssmae Majestatis Vrae Factorem Aulicum Sünesheim serviens, uxoremque cum prolibus erga censum Kis-Martoni habens, tribus circiter ab hinc Annis cum summo servitii mei praejudicio Judicatum Judaicae Kis-Martoniensis Communitatis assummere, et conformiter ad annexam sub Num. 1^{mo} Terrestralis Dominii commissionem cum eodem praejudicio continuare debui.

Hoc tempore inter Principalis Esterhazyani Majoratus officiales, et Communitates Judaeorum, quoad Terrestralis Dominii Concessionem exorta controversia, odium in me et reliquos ne fors Judices provocavit; quia proinde secundum annexam sub Num. 2^{do} Commissionem contra Dominalium Concessionum usum illocatum Judaeum Communitas Kis-Martoniensis sub Num: 3^{tio} et ejusdem acclusis A. et B. ideo deprecata est, quod idem Judaeus e Dominio antehac amotus, publicus malefactor esse perhibeatur, quorum receptio Arlis 9. Sigis: 3. 24. Sigis. 6 et 17 Anni 1659 prohi-

bita est. Super ejusmodi demonstratione Communitas super imposita illocatione favorabilem [dispositionem] sperare potuerat, verum in mea absentia citatus substitutus Judex publica subire verbera debuisse fertur, nisi illocari comisus Judaeus preces interposuisset, et verbera in me exequenda impetrasset, prout et horum impendendam executionem obtinuisse auditur.

Clementissime Princeps! Combinatis factis cum titulo 23 Par: 3^{tie} humillimus meus fundatur recursus, ne laedendae Causae serotina remedia quaeri debeant; publica namque, et recente fama constat, in Sancta Cruce Judaeorum Judicem in intensissimo Anni hujus frigore publico Scyppo impositum, et ideo verberatum fuisse, quod alter pauper Judaeus Domi suae pro sua necessitate vitulum nesciente Judice occiderit, quod tamen in omni Dominio indiscriminatim permissum, nec culpa Judicis sit, id ignorasse. Eadem occasione alii Judaei novo in Hungaria non audito tormento, quod Hyspanicum Pallium vocant, in eodem intensissimo frigore inclusi, et ad infamiae calumnem publico ludibrio congelationisque periculo duabus horis expositi sunt ideo, quod dum Lanio via facti occisum vitulum occupare voluisset, opem acclamanti Judaeo permissione Tituli 24 Par. 3 ne vitulus eriperetur, licitum auxilium tulisse ferantur.

¶ Eapropter e genibus humillime suplico, dignetur Sma Majestas Vra me contra hujusmodi intentori auditas efficaces minas in clementissimam Protectionem assumere, Comitatusque Soproniensis Magistratui eatenus etiam protegendum clementissime comittere, quatenus ad casum dictandae adversus me alicujus poenae, ob praemissam legalis perhorrescentiae rationem ante Executionem officiolatus decretationem argumento Arli 41 1729 sibi referri, meque audiri faciat, taliterque ne libera verberum, et poenarum arbitrativa executio mensuram excedat cognita causa provideat, et disponat.

Gratiam et clementiam humillimis fidelibus servitiis
demeriturus persevero.

Sacratissimae Mattis Vestrae

Humillimus Subditus
Simon Áron Sulzbacher.

A külzeten: Praes. 31 Martii 1740.

Orsz. Levélt. Ad Conc. Exp. 1740 Aprilis Nrs. 20.

501.

